


139.



THEO
MOR
SACRAM

Ad leg
Cantorum, r

PAL
DE SAC
POENI

AN
I. F. PATRI
Pallaviensi, Ord
Prov. Argent. SS.

ED
Poli Proposito
xandro VII. & lra



SALIS
Stap. & Typis Joann
Academici Typo

**THEOLOGIÆ
MORALIS
SACRAMENTALIS**

Ad Instructionem

Curandorum, seu Confessariorum

**PARS III.
DE SACRAMENTO
POENITENTIÆ.**

AUTHORE

P. F. PATRITIO SPORER,
Passaviensi, Ord. FF. Min. Recollect.
Prov. Argent. SS. Theol. Lectore Jubilato.

EDITIO V.

Post Propositiones damnatas ab Alex-
andro VII. & Innoc. XI. & Alexand. VIII.



SALISBURGI,

**Sumpc. & Typis Joan. Josephi Mayr, Aulico-
Academici Typogr. & Bibliopolæ.**

Syst Th - 2 - 139: 3


1372 531 01

Privilegium

Comibus & line
polis, ne libros à nob
relinqterum ede
aut ubi reculos in
que ac. Diconum
finiaz ines adduc
absque assensu &
sub gravissima mul
Straz., Ord. FF. M.
MINISTER PRO
Man., Typograph
lisburgi in impetu
cramentalis à M.
dem Provincia L
aduali compoliz
concedo utendi di
fitem has med manu
munias cedi in Co
Maternum, die 26. F

(L.S.)

P. S.



Privilegium Cæsareum.

CUM S. Cæs. Majestatis Privilegiô cautum sit omnibus & singulis Typographis & Bibliopolis, ne libros à nostri Ordinis Patribus editos, vel imposterum edendos imprimant, recudant, aut alibi recusos intrâ S. R. Imperii, Regnorumque ac Ditionum hæreditariarum Domûs Austriacæ fines adducant, vendant, vel distrahant absque assensu & facultate dictorum Patrum sub gravissima mulcta, &c. Hinc ego F. SIMON STAHL, Ord. FF. Min Recollect. Prov. Argent. MINISTER PROVINCIALIS JOANNI JOSEPHO MAYR, Typographo Aulico & Academico Salsburgi in impressione Theologiæ Moralis Sacramentalis à M. V. P. PATRITIO SPORER, ejusdem Provinciæ Lectore Jubilato ac Diffinitore actuali compositæ per præsentem facultatem concedo utendi dicto Privilegiô. In quorum fidem has meâ manu subscriptas & Officii Sigillò munitas dedi in Conventu nostro Ellenû ad S. Maternum, die 26. Februarii, Anno 1681.

(L. S.)

P. SIMON, qui suprâ.

X 2

Re-



*Renovatio Facultatum, &
Privilegii Casarei, pro omnibus
Editionibus in quacunque forma.*

Cum Joannes Josephus Mayr, Typographus, & Bibliopola Aulico-Academicus Salisburgensis, pro plurimorum expectatione, cogitet opera Patritiana, seu Theologiam Moralem, tam Sacramentalem, quam Decalogalem, Mult. Ven. P. PATRITII SPORER, Provinciae nostrae, olim SS. Theologiae Lectoris Jubilati, reimprimere, & desuper meam expetierit Licentiam, hisce eandem renovo, & libenter impertior Facultatem, eadem opera, in placitam formam reimprimendi ad multorum solatium, & animarum Curatoribus in subsidium. Dabam in Conventu nostro Egrano, die 2. Decembris 1716. sub ordinario Sigillo Minori.

(L.S.)

Ita confirmo

F. MARCELLINUS WEDEL,
Provinciae Argentinae, seu Superioris Germaniae Fratrum Minorum Re-
collectorum Minister Provincialis.

Fa.

Facultas A
verendi P
E. GoF. Smow
S. Francisci
ciae Argentinae
hisce Facultate
concedo, ut
SACRAMENTALIS
ret, SS. Theolo
Provinciae Difi
Theologis ad
sa praeo dian p
Officii mei Sig
rentu nostro
Decembr. Ann

(L.S.)



Facultas Admodum Revere-
verendi P. Provincialis.

EGO F. SIMON STAHL, Ord. FF. Minor.
S. Francisci Recollectorum, Provin-
ciæ Argentinæ Minister PROVINCIALIS,
hiscæ Facultatem, quantum in me est,
concedo, ut PARS III. THEOLOGIÆ MORALIS
SACRAMENTALIS à M. V. Patre Patritio Spor-
rer, SS. Theologiæ Lectore Jubilato, ac
Provinciae Diffinitore conscripta, ac à
Theologis ad id deputatis lecta ac cen-
sa prælo dari possit. In cujus fidem has
Officii mei Sigillô munitas dedi in Con-
ventu nostro Lenzfridano, die 10.
Decembr. Anno 1680.

(L. S.)

P. SIMON,
qui suprâ.



Approbationes Theologorum Ordinis.

I.

ET hæc TERTIA quoque PARS THEOLOGIE MORALIS SACRAMENTALIS, seu *Instructio Curandi sive Confessarii de Sacramento Pœnitentiæ* M. V. Patris ac Venerabilis Senis, P. PATRII SPORER, Ordinis Fratrum Minorum Recollect. Almæ Provinciæ nostræ Argentinensis tertio Diffinitoris, ac SS. Theologiæ Lectoris Jubilati, cum à prioribus immaturitate, claritate, ac soliditate haud degener, proindèque Sacræ Fidei Orthodoxæ, & bonis moribus maximè sit conformis, lucem publicam jure sibi vendicat. Ita censeo in Conventu Salisb. die 15. Mensis Novembris 1681.

F. PETRUS de Alcantara
STAUDACH, ejusdem Ordinis & Provinciæ p. t. in præfato Conventu SS. Theolog. Lector Ordinarius.

II.

TERTIA quoque PARS THEOLOGIE MORALIS SACRAMENTALIS vulgò *Instructio Curandorum seu Confessariorum* à M. V. P. F. PATRII SPORER, Ordinis FF. Minorum Recollectorum Provinciæ Argentinæ SS. Theologiæ Lectore Jubilato & Diffinitore Actuali concinnata, quia Orthodoxam fidem, aut religiosos Mores non modo

do

ob in illo officio, quod
lens solide & maxime
colectam, ac clarissimam
vique Curatis pro præ
hinc merito, in hinc
que Confessionem in
Ya fatis in Conventu
Ordinis & Provinciæ, a

F. RO

quis

Co

SS

ETiam hæc TERTIA
MORALIS SACRAMENTALIS
PATRII SPORER, O
ctorum Almæ nostræ
compositam, pro lect
te relegi, à pluribus
corrent, ac præfatis
alio Partibus conform
um Curandorum, &
endem tum ob solidit
lem, tum ob multitu
dines, & præses,
Ex Conventu nostro
1689.

F. DE

quis

præf

Lect

ad in nullo offendit, quin potius doctrinam moralem solidè & maturè ex probatissimis Authoribus collectam, ac clarissimè ad captum digestam, omnibusque Curatis pro praxi apprime facilem continet, hinc meritò, in solatium & subsidium quorumcunque que Confessorum in lucem publicam prodire debet. Ita sentio ex Conventu nostro Salisburgensi ejusdem Ordinis & Provinciae, 25. Novemb, 1681.

F. RODERICUS SCHNABEL,
ejusdem Ordinis & Provinciae, in
Conventu nostro Salisburgensi
SS. Theologiae Lector Ordinarius.

III.

ETiam hanc TERTIAM PARTEM THEOLOGIAE MORALIS SACRAMENTALIS à M. V. P. PATRITIO SPORER, Ordinis FF. Minorum Recollectorum Almae nostrae Provinciae Lectore Jubilato compositam, pro secunda editione iteratò & attentè relegi, à pluribus mendis & erroribus pro posse correxi, ac praefixis ubique summaris ad methodum aliis Partibus conformem disposui in gratiam omnium Curandorum, & Curatorum; quibus proinde eandem tum ob solidam & claram doctrinam moralem, tum ob multiplices & faciles casuum resolutiones, & praxes, iteratò plurimum commendo. Ex Conventu nostro Salisburgensi 16. Maji, Anno 1689.

F. DEMETRIUS WIDMAN,
ejusdem Ordinis & Provinciae in
praefato Conventu SS. Theologiae
Lector Ordinarius.



Facultas Reverendissimi, & Metropolitanici Consistorii Salisburgensis.

EX Mandato Reverendissimi Consistorii, attentè legi & consideravi
PARTEM TERTIAM THEOLOGIAE
MORALIS SACRAMENTALIS à
M. V. P. F. PATRITIO SPORER, Passaviensi,
Ord. FF. Min. Recollect. SS. Theolog. Lectore Jubilato collectam, in qua
virtus & usus Sacramenti Pœnitentiæ,
juxta ritum & mores Catholicos, Orthodoxamque fidem, clarissimè, & solidissimè tractatur, ut proinde publicè
utilis publicam lucem mereatur, ita
censeo

JOANNES JULIUS DE MOLL,
Provinc. Austr. Celsiss. & Reverendiss.
Princip. & Archi-Episcopi Salisburg.
S. Sedis Apostol. Legati Consiliarius
Consistorialis, & Colleg. B. M. V.
ad Nives Canonicus.

SE-

SERIES
Capitum, & Sectionum, &
Questionum.

CAPUT I.

DE Sacramenti Pœnitentiæ Essentia,
Partibus, Materia. Pag. 2.

SECTIO I.

Quid est Pœnitentia?

SECTIO II.

Quæ, quot, & quales sunt partes Pœnitentiæ
seu Sacramenti Pœnitentiæ? 16

SECTIO III.

Quæ, & quotuplex est Materia Sacramenti Pœ-
nitentiæ? 23

SECTIO IV.

De Materia sufficiente, & dubia Sacramenti
Pœnitentiæ? 27

Quæst. incid. Quibus modis universim deleantur
venialia? 32

CAPUT II.

De Contritione.

SECTIO I.

De Contritione generatim sumpta. 49
Quæst. I. Quid sit Contritio generatim sumpta? 50

Quæst. II. Qualis debeat esse Dolor in omni
Contritione generatim? 62

Quæst. III. Quantum esse debeat Dolor Contri-
tionis? 83

SECTIO II.

De Contritione perfecta. 90

Quæst. I. Quid sit Contritio perfecta? 90

Quæst. II. Qualiter Contritio sit necessaria ne-
cessitate medii? 114

Quæst. III. Qualiter Contritio sit necessaria ne-
cessitate præcepti? 141

Quæst. IV. Qui sunt effectus Contritionis per-
fectæ? 172

SECTIO III.

De Attritione, Contritione imperfecta; maxi-
mè ut requisita ad Sacramentum Pœnitent-
tiæ? 199

Quæst. I. Quid Attritio seu Contritio imperfe-
cta? 199

Quæst. II. Qualis dolor requiritur ad Sacramen-
tum Pœnitentiæ? 228

Quæst. III. Qualis dolor sufficiat ad Sacramen-
tum Pœnitentiæ? 241

Quæst. IV. Quando eliciendus est dolor in Sa-
cramento Pœnitentiæ? 254

SECTIO IV.

De Proposito requisito ad Contritionem, & Sa-
cramentum Pœnitentiæ. 275

Quæst. I. Quale propositum requiritur ad hoc
Sacramentum validè & licitè suscipiendum? 275

Quæst.

Quæst. II. Quid agens
nente continet
CA
De Confessione
requisita
Quæst. per amb. Co
pocplex, quæst
SE
De integritate Con
Quæst. I. Qualis i
tationem Sacram
Quæst. II. Quæst
tenda?
Quæst. III. An et
confitenda sint?
Quæst. IV. Quæst
explicanda in C
Quæst. V. Quali
tario experimen
Quæst. VI. Quæst
tantum Confessi
licitè reticeantur
De Confessione Ve
Quæst. I. Qualiter
Quæst. II. Qualiter
Quæst. III. Qualiter
lit?

Quæst. II. Quid agendum Confessario cum Pœ-
nitente continuò recidivo? 295

CAPUT III.

De Confessione Sacramentali, ejusque
requisitis. 318

Quæst. præamb. Confessio Sacramentalis quid,
quotuplex, quasque condiciones requirens?

318

SECTIO I.

De Integritate Confessionis Sacramentalis. 325

Quæst. I. Qualis integritas requiratur ad Con-
fessionem Sacramentalem? 325

Quæst. II. Quænam peccata necessariò confi-
tenda? 338

Quæst. III. An etiam peccata dubia ut dubia
confitenda sint? 358

Quæst. IV. Quænam Circumstantiæ necessariò
explicandæ in Confessione? 370

Quæst. V. Qualis Numerus peccatorum neces-
sariò exprimendus in Confessione? 397

Quæst. VI. Quando sufficit Integritas formalis
tantùm Confessionis, sic ut aliqua peccata
licite reticeantur? 425

SECTIO II.

De Confessione Vera, Secreta, Vocali. 414

Quæst. I. Qualiter Confessio debet esse *vera*?

444

Quæst. II. Qualiter Confessio debet esse *secreta*?

450

Quæst. III. Qualiter Confessio debet esse *voca-*
lis?

454

SECTIO

SECTIO III.

- De Confessione invalida repetenda. 458
 Quæst. unica. Quando Confessio est invalida,
 quando & quomodo repetenda? 458

SECTIO IV.

- De Necessitate & Obligatione Confessionis. 481
 Quæst. I. Quando obligat Præceptum divinum
 Confessionis? 481
 Quæst. II. Quando & qualiter obligat Præcep-
 tum Confessionis Ecclesiasticum? 484

CAPUT IV.

- De Satisfactione Sacramentali. 502
 Quæst. I. Quid est Satisfactio Sacramentalis?
 quis Effectus? quæ Necessitas? 502
 Quæst. II. Quanta & qualis Pœnitentia injun-
 genda? 517
 Quæst. III. Quando imponenda & implenda Pœ-
 nitentia? à quo? & qualiter commutanda?
 535

CAPUT V.

- De Absolutione Sacramentali.
 Quæst. I. Quæ forma absolutionis consueta, suf-
 ficiens, necessaria, & præcisè essentialis? 548
 Quæst. II. Qualiter proferenda est forma Abso-
 lutionis? 564
 Quæst. III. Quando Absolutio danda? quando
 repetenda, specialiter respectu Excommuni-
 cati, & Moribundi? 580

CAPUT VI.

- De Confessario, ac Ministro Sacramenti
 Pœnitentiæ. 602
 SEC.

SECTIO
 De Confessari Appo-
 generatim.
 Quæst. I. Quis est
 tentia valde admi-
 Quæst. II. Quid sit
 specialiter de Appo-
 Quæst. III. Quid sit
 neratim, specialiter
 à quo? respectu
 Quæst. IV. Jurisdi-
 quocumplex? qui
 Quæst. V. Quid sit
 obbia? Ubi
 Quæst. VI. Quid sit
 stricta? specialiter
 SE
 De Cibus referre
 Quæst. I. Reservato-
 ratorum? spe-
 Quæst. II. Quis
 servatis?
 De Bonitate & Sci-
 Quæst. I. Quis bo-
 rio?
 Quæst. II. Quis
 sarius?
 SE
 De Obligatione &

SECTIO I.

De Confessarii Approbatione, & Jurisdictione generatim. 606

Quæst. I. Quis est Minister Sacramenti Pœnitentiæ validè administrandi? 606

Quæst. II. Quid & quotuplex est Approbatio? specialiter de Approbatione Regularium. 613

Quæst. III. Quid & quotuplex est Jurisdictio generatim, *speciatim*: ordinaria quid? quorum? à quo? respectu quorum? 631

Quæst. IV. Jurisdictio delegata quid? à quo? quotuplex? quibus modis? 638

Quæst. V. Quid Jurisdictio certa, probabilis, dubia? *Ubi etiam de errore communi.* 649

Quæst. VI. Quid Jurisdictio universalis, & restricta? *speciatim pro Articulo mortis.* 658

SECTIO II.

De Casibus reservatis. 666

Quæst. I. Reservatio quid? à quo? quorum peccatorum? *speciatim respectu Religiosorum.* 666

Quæst. II. Quis potest absolvere à casibus reservatis? 677

SECTIO III.

De Bonitate & Scientia Confessarii. 718

Quæst. I. Quæ bonitas requiratur in Confessario? 718

Quæst. II. Quæ scientia requiratur ad Confessarium? 725

SECTIO IV.

De Obligatione & Officio Confessarii. 730

Quæst.

Quæst. I. Qualiter, & de quibus tenetur Confessarius Pœnitentem examinare, & interrogare? 731

Quæst. II. Qualiter & de quibus tenetur Confessarius instruere, & monere Pœnitentem? 736

Quæst. III. Qualiter Confessarius tenetur absolvere dispositum, & non alium? 739

Quæst. IV. Quid agendum Confessario, si erravit in suo officio? 741

CAPUT VII.

De Sigillo Sacramentali. 747

Quæst. I. Quid est Sigillum Sacramentale? quanta & qualis ejus obligatio? 747

Quæst. II. Quænam est materia Sigilli Sacramentalis? seu: quænam cadunt sub Sigillo Sacramentali? 762

Quæst. III. Quinam obligantur Sigillo Confessionis? 777

Quæst. IV. Qualiter licet, & non licet uti notitiâ ex sola Confessione Sacramentali habita? 789



THEO.



THEOLOGIÆ
MORALIS
SACRAMENTALIS.
PARS III.

Instructio Curandi , seu Con-
fessarij.

DE POENITENTIÆ SACRA-
MENTO.

DE hoc septem erunt capita. I.
De Sacramenti Pœnitentiæ
Essentia, Partibus, Materiâ.
II. De Contritione. III. De
fessione. IV. De satisfactione.
V. De absolute Sacramentali. VI. De Con-
fessario , ejusque requisitis. VII. De sigillo,
& notitiæ ex confessione habitæ Usu
licito, & illicito. In nomine
Domini incipiat.

PARS III. DE SACRAM. A CA.

CAPUT I.

De Sacramenti Pœnitentiæ Ef-
fentia, Partibus, Materia,

SECTIO I.

Quid est Pœnitentia?

SUMMARIUM.

1. Pœnitentia quid nominis contra hæreticos?
2. Pœnitentia, ut virtus, & ut Sacramentum.
3. Quid ut virtus.
4. Offensa & injuria differunt in hoc, quod offensa sit læsio seu irritatio voluntatis alterius.
5. Injuria verò læsio injusta juris alterius rationabiliter invicti.
6. Differentia satisfactionis, & restitutionis.
7. Et 8. qualiter & quot modis quodlibet peccatum repugnet Deo? &
9. Contineat offensam, & injuriam Dei?
10. Quid Pœnitentia ut Sacramentum?
11. Est verum N. L. Sacramentum,
12. Immediatè à Christo institutum.
13. Estque necessarium omni post Baptismum moraliter lapsò necessitate mediæ in re, vel in voto,
14. Ejus subjectum, & differentia à Baptismo.

§. I.

Pœnitentia quid nominis?

PŒNITENTIA dicta est à nomine, pœna,
& verbo teneo, ut idem sit pœnitere, ac pœ-

nam

nam tenere: pœnitens, pœnam tenens; ac pœnitentia, pœne tenentia: seu ut loquitur D. Isidorus l. 6. Ethymolog. c. ult. Pœnitentia; eò quòd ipse homo se puniat pœnitendo, quod malè admittit. Ita omnes Catholici, contra Hæreticos nostri temporis, qui delicatum hominum genus, ab omni pœna abhorrentes, fingunt Ethymologiam pœnitentiæ, non à nomine pœna, sed à propositione, pone, id est; post, quasi dicatur, pono tenere; id est: postea sapere: adeoque volunt pœnitentiam nihil aliud esse, quam resipiscentiam à peccatis commissis, consistentem in agnitione peccatorum commissorum, & proposito non amplius committendi. Sed imperfectè & perversè. Nam ut homo per actum virtutis pœnitentiæ animi mutatione ad meliorem vitam se convertat, necesse est, ut non solum agnoscens malè facta sua, novæ vitæ propositum arripiat, seu resipiscat, sed etiam vitam veterem, se peccata commissa & agnita tanquam malum abolendum detestetur, ac de eo doleat: ut passim significant Scripturæ & SS. Patres, significationem hujus vocis, Pœnitentia, ubique exprimentes per dolorem & pœnam seu afflictionem aliquam. Job. ultimo. *Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere &c.* Joël. 2. *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis & fletu & planctu & scindite corda vestra &c.* Et Christus ipse Matth. II. *Si in Tyro & Sidone factæ essent*

4 *Theol. Sacrament. Pars III. Cap. I.*

virtutes, qua facta sunt in vobis, in cilicio & cinere, poenitentiam egissent. Quæ omnia important poenam aliquam & animi dolorem. Et clarissimè D. Augustinus lib. 50. Homiliarum homiliâ ultimâ : Non sufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi etiâ de his, qua facta sunt, satisfaciat Deo per poenitentia dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis Sacrificium, cooperantibus elemosynis. Et notissimum est illud D. Ambr. relatum cap. 1. d. 3. de Poenitent. Poenitentia est mala praterita plangere, & plangenda iterum non committere. Similiter loquuntur alii Patres passim ad longum.

§. II.

Poenitentia, quot modis accepta?

- 2 **D**upliciter accipitur Poenitentia, 1. Ut virtus: 2. Ut Sacramentum. est. *Poenitentia ut virtus* dicitur, quatenus consistit in actu poenitentis detestantis ac punientis peccata sua. Et est in re ipsa Contritio, pars materialis Sacramenti Poenitentia. *Poenitentia ut Sacramentum* dicitur, quatenus consistit in actu Sacerdotis peccatorum verè poenitentem, seu de peccatis suis dolentem ac confessum absolventis: adè ut Poenitentia *ut Sacramentum* non tantum præsupponat, sed etiam ut partem materialem correquirat, ac velut includat poenitentiam

tiam

tiam ut virtutem. De pœnitentia virtute absolute sumpta, & sine ordine ad Sacramentum, quatenus scilicet olim ante Sacramentum pœnitentiæ institutum, requirebatur ad remissionem peccatorum, & peccatoris justificationem, latè speculantur Scholastici. Nns breviter aliquid.

§. III.

Quid est Pœnitentia virtus?

Est habitus inclinans hominem ad detestandum & vindicandum peccatum à se commissum, quatenus offensa & injuria DEI est. Communis DD. ex Scoto in 4. d. 14. Hujus virtutis actus, seu pœnitentia actualis est: *Detestatio ac dolor animi de peccato quatenus est offensa & injuria Dei, intentione eam delendi ac vindicandi, seu compensandi* Ex D. Thom. Layman, lib. 5. tract. 6. c. 1. num. 2. Estque in re ipsa contritio generatim sumpta, de qua copiosè dicemus cap. 2. De Pœnitentia virtute seu habituali, qualis virtus sit, quæ ejus ratio formalis, objectum formale, finis &c. (de quo, ut modò dixi, latè disceptant Scholastici) res tota speculativa est, ad praxin parum utilis, minùs necessaria: tantùm enim abest, ut Tyro nem dirigat, & promoveat ad practicam cognitionem contritionis, quin potiùs distrahat, & confundat. Id solùm nota. Hujus virtutis & actus pœnitentiæ objectum materiale detestandum & vindicandum esse peccatum. Objec-
tum

Etum verò formale & rationem formalem, ob quam detestandum & vindicandum peccatum, esse injuriam & offensam DEI. Hos terminos juvat explicare pro fundamento & pleniori intellectu dicendorum,

Quatenus offensa, & injuria Dei est.

4 **D**ifferunt hæc duo offensa & injuria, sicut magis & minus latè patens. Omnis enim injuria offensam continet. Non è contra omnis offensa injuriam. Nam

I. OFFENSA generatim est *lesio seu irritatio voluntatis alterius*: quâ nimirum aliquis alteri contra voluntatem suam molestiam infert, icque eum movet, ei que motivum seu jus tribuit ad displicentiam, indignitatem, aversionem ac iram adversus offendentem, activè loquendo. Nam passivè & formaliter *offensa* est ipsa displicentia, aversio, indignatio, ac quidam. Animi amator & cordoliû offensi adversus offendentem. Atque hæc offensa potest esse & sæpe fit absque omni injuria propriè dicta, seu læsione juris alterius offensi. Ex gr. Amico petenti à te librum commodatò, quo is valdè indigeret, & tu facilè carere posses, negas tamè & non vis dare: procul dubio offendis Amicum, & das ei sufficiens motivum ad displicentiam, aversionem, & indignationem adversus te: non tamen facis ei injuriam, quia nullum ejus jus lædis, neque ullo jure tenebaris ei librum com-

mo-

modare, sed tantum voluntati ejus inferis molestiam: ideoque est offensa pura contra pacem & amicitiam humanam, & ad summum contra virtutem charitatis, minimè contra justitiam. Atque pro hac offensa pura debetur satisfactio amica, non ex justitia aliqua, cum nullum jus alterius læsum sit, sed ex charitate, fitq; ea satisfactio per amicam petitionem veniæ, per obsequia alia specialia & similia homini offenso exhibita pro quantitate offensæ, ac ejus animum, affectumq; reconciliandum: prout latius tractatur in materia de charitate.

II. INJURIA est *læsio injusta legis alterius rationabiliter inviri*, (ideoque eo ipso etiam offensa,) quâ nimirum fit aliquid contra verum jus alterius, v. g. contumeliam inferendo: & potest injuria etiam esse absq; omni damno illato, (ut si soli, nemine præsentente contumeliam inferas; si adulterium committas omnino occultum manens, nullâ inde prole susceptâ &c.) Et pro tali injuria mera & non damnosa, debetur aliqua vindicta, seu satisfactio ex justitia vindicativa. *Satisfactio* enim propriè est *compensatio injuriæ alteri illatæ*: in hoc consistens, quod sicut alterum injuriando & lædendo contra jus & voluntatem ejus molestavimus; ita nos vicissim in ejus gratiam aliquid molestum nobis contra voluntatem nostram agendo vel patiendo (v. g. ad minimum humiliter & confusibiliter deprecando &c.) injuriam illatam

ndra, & simul disce, quâ intentione onera tua satisfactoria, seu pœnitentias peragas, & DEO offeras. Jam consequenter videamus, quâ ratione omne peccatum sit.

III. INJURIA & OFFENSA DEI. Omne ⁷ peccatum ex eo ipso, quôd sit transgressio legis divinæ, seu uti definit S. Augustinus *Dictum, factum, vel concupitum contra legem DEI æternam*: consequenter necessariò & contra ipsum Deum, adeoque offensa & injuria DEI: idque variâ & multiplici ratione. I. Generalissimè peccatum repugnat DEO ob infinitam suam Sanctitatem summè abhorrenti, abominanti, ac detestanti peccatum, prout pœnis æternis ac temporalibus nimirum manifestat: & sic peccatum generaliter continet offensam DEI, provocans nimirum Deum ad justissimam, gravissimam, infinitam displicentiam, aversionem, indignationem &c. adversus peccatorem; nisi pœniteat. Estque hæc offensa contra virtutem pacis cum DEO, ut pulchrè declarat Cardinalis Lugo *disp. 2. de Pœnit. sect. 1.* & significare videtur Apostolus. Rom. 5. *Justificati ergo ex fide pacem habemus ad Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum.* II. Generaliter peccatum ⁸ repugnat Deo, ut supremo Principi ac Domino, cui summum jus competit disponendi de omnibus prout vult, absque ullius creaturæ contradictione vel repugnantia. Et hæc ratione generaliter omne peccatum continet injuriam DEI

proprie dictam contra justitiam ac jus divinum strictissimum, quod DEUS habet in nos, & omnes actiones nostras, multò magis, quàm Dominus in servum, Dux in militem &c. pro qua injuria meritò detestanda, omnis & stricta DEO satisfactio debetur. Atque hanc injuriam & offensam adversus Deum detestandam, compensandam, abolendam, ac velut vindicandam debità satisfactione, dicimus objectum formale, ac proprium munus pœnitentiæ virtutis.

III. Jam particulariùs. Peccatum supremè repugnat DEO, ut summo bono, & fini nostro ultimo, quippè super omnia amando & profeguendo, tum amore concupiscentiæ, ut summum bonum nostrum, & ultimus finis **CUJUS** est: tum maximè amore amicitia, ut summum bonum in se, & ultimus finis **CUI** est: à quo summo Bono & ultimo fine totaliter avertit peccatum mortale, & saltem retardat peccatum veniale, offensa, injuria, & malitia peccati suprema, atque directè opposita charitati divinæ.

IV. Repugnat DEO, ut supremo Legislatori simpliciter prohibentis peccata: sicque omne peccatum generalem inobedientiam involvit, contra obedientiam DEO debitam, alia specialis offensa, & injuria DEI.

V. Repugnat DEO, ut primo principio ac supremo Domino vitæ ac mortis, cui proindè supremus cultus Patriæ debetur ex virtute Religionis: sicque omne peccatum generatim inhonorationem DEI, adeoque offensam & injuriam gravissimam

Sci. I. Peccatum
 contra e
 yms: ut pœnitenti
 et respectu & am
 re. Ceterum pœnitenti
 ti est pœnitenti
 VI. Repugnat DEO
 nescit, omnimodis
 legunt: sicque tunc
 team ac atrocem er
 tem continet adver
 mo pœnitentiæ: al
 & injuria. Quæ
 aggerata reperies in
 curibus.

IV. Vides ergo
 jam non elicto v
 tis actu super omnia
 abolere, ac vana
 satisfactio sine m
 injuriam DEI? Vides
 præter propriam ma
 co, v. g. blasphemiam
 super continere gen
 ta eius in honore sanc
 injuriam contra sum
 in te, & omnes actio
 les offensas, injuria
 tra charitatem, Religi
 iudicium, omni iure
 apprehendens in o

mam involvit, contra eandem virtutem Religionis: ut proinde pœnitentiam, quatenus eo respectu & ratione peccatum detestatur, rectè Cajetanus apud Layman *cit. n. 3.* dixerit esse quandam speciem virtutis Religionis. VI. Repugnat DEO, ut supremo nostro benefactori, omniumque bonorum auctori & largitori: sicque tandem omne peccatum generalem ac atrocem erga DEUM ingratitude- nem continet adversus gratitudinem ipsi summo jure debitam: alia rursus specialis offensa & injuria. Quæ omnia latè & terribiliter exaggerata reperies in scripturis, Patribus, & Doctoribus.

IV. Vides ergo (& nonnè contremiscis, & jam nunc elicito vehementi pœnitentiæ virtutis actu, super omnia detestaris, & compensare, abolere, ac vindicare effervesces omni debitâ satisfactone sanè multiplicem offensam & injuriam DEI?) Vides, inquam, omne peccatum, præter propriam malitiam specificam ex objecto, v. g. blasphemiam, adulterii, furti &c. insuper continere generaliter offensam DEI, contra ejus infinitè sanctam voluntatem: deinde injuriam contra summum ac strictum ejus jus in te, & omnes actiones tuas? ulterius speciales offensas, injurias ac malitias infandas contra charitatem, Religionem, obedientiam, gratitudinem, omni jure Deo debitas. Sed tamen: ne apprehends iis omnibus constitui plurali-
ta-

12 *Theol. Sacrament. Pars III. Cap. I.*

tatem specificam peccatorum, seu diversas malitias specificas in confessione explicandas & enumerandas per modum circumstantiarum speciem mutantium: minimè: quia sunt malitiæ transcendentes generaliter imbibitæ in omni peccato; & ipso peccato in sua specie explicato, sufficienter intellectæ, & ideò non multiplicant peccata mortaliter, nisi formaliter & directè intenderentur à peccatore, ut si expressâ intentione ideò velles peccare, v. g. blasphemare, fornicari, te inebriare, &c. ut Deum offendas, injuriâ afficias, inhonores, ei ingratus sis &c. quod quidem extremæ esset malitiæ, diabolis & diabolicis hominibus magis, sagisque propriæ. Placuit tamen commemorare, ut subministrem varios modos apprehendendi deformitatem peccati, ut ad illud fugiendum, detestandum, & abolendum moveamur jam hæc, jam illâ consideratione, prout erimus dispositi, & occasio se offeret. His ergo sic positis quoad objectum pœnitentiæ virtutis, quoad ipsum actum, & actualem detestationem, vindictam, & satisfactionem peccatorum, noli hic abstractè agere, quia necessariò pluribus agendum erit deinceps, tum de Contritione, tum de Satisfactione, tanquam partibus Sacramenti Pœnitentiæ.

§. IV.

§. I. Pœnitentiæ

Quid Sacramentum

Est ad satisfactionem
peccatorum præter
veniens in intentione
à peccato signifi-

Est definitio acco-
mum concurrent
primas: sed tu, Ty
facilius. Est Sacram
no vere pœnitentiæ
no, certa virtutis
Explicatio necessari
curium: ut superve
neraliter & in adbe
men hic breviter a

I. Pœnitentiæ e
ve legis. Certum
Christi. Matth. 18.
aliquem super
dis: Et quomodo
erunt soluta & in ca
ubicunque in Scrip
symbolum, cum pec
tuitur verum Sacram
verbis institutum est

S. IV.

Quid Sacramentum Pœnitentiæ?

Est absolutio hominis pœnitentis, contriti, & IO
 confessi, facta certis verbis cum debita in-
 tentione prolatis à Sacerdote jurisdictionem ha-
 bente ex institutione divina absolutionē anima
 à peccato significans. Ex Scoto in 4. d. 14. q.
 4.

Est definitio accurata singula ad hoc Sacra-
 mentum concurrentia & requisita distinctè ex-
 primens: sed tu, Tyro, non facillè retines. Dic
 faciliùs: *Est Sacramentum novæ legis, quo ho-*
mo verè pœnitens & confessus, à Sacerdote legiti-
mo, certà verborū formà, à peccatis absolvitur.
 Explicatio necessariò tractanda est per totū de-
 cursum: ut supervacaneum sit, hic multa ge-
 neraliter & in abstracto inculcare. Aliqua ta-
 men hic breviter adnoto.

I. Pœnitentia est verum Sacramentum no-
 væ legis. Certum de fide. Ex verbis expressis
 Christi. Matth. 18. *Amen dico vobis: quacunq;
 alligaveritis super terram, erunt ligata & in
 calis. Et quacunq; solveritis super terram,
 erunt soluta & in calis.* Ratio ergo est, quia
 ubicunque in Scriptura instituitur externum
 symbolum, cum promissione gratiæ, ibi insti-
 tuitur verum Sacramentum: sed in prædictis
 verbis institutum est externum symbolum, seu
 signum

signum sensibile, nempe absolutio, utique faci-
enda signo aliquo externo sensibili, cum promissio-
ne gratiæ, scilicet remissionis peccatorum,
quæ necessariò fit per infusionem gratiæ sanctifi-
cantis: ergo ibi institutum est verum Sacra-
mentum.

12 II. Sacramentum Pœnitentiæ est immédia-
te institutum à Christo Domino. Certum de
fide, prout docet & definit Concilium Tridentinum
sess. 14. cap. 1. Can. 1. Est quidem Potestas
abolvendi prædicta & promissa Apostolis,
adeoque Sacramentum Pœnitentiæ inchoativè
institutum à Christo adhuc vivente vitâ mortali
citato *cap. 18 Matthæi*: simpliciter tamen
& absolute in effectu institutum est post Resurrex-
tionem *Joan. 20.* quando Christus Apostolis dixit:
Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Sic Trident.
cit. sess. 14. c. 1. dicens: *Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue instituit cum à mortuis excitatus insufflavit in Discipulos dicens: Accipite Spiritum Sanctum &c.*

13 III. Sacramentum Pœnitentiæ post sui institutionem in lege nova est necessarium ad salutem omni homini post Baptismum in peccatum mortale prolapsò, necessitate mediè in re, vel in voto: reipsâ autem susceptum, necessitate præcepti tantum. De fide definitum in Concilio Tridentino *eadem sess. 4. c. 5.* Ratio est

Sec. I. Pœnitentiæ
est: quia quando effectus
tamen simpliciter necesse
est quæ medium illud
est effectus Sacramenti
remissio peccatorum
nulli, et tantum p
necessarium ad salutem
est, nisi remissio pecc
ipsum Sacramentum
tum necessitate medi
possibilitatis adit, ut
simpliciter saltem len
perfecta vel amore
est Contritione suo
tantum susceptum
cessitate præcepti d
& præcepti Ecclesiæ
nos, ut talis pœnit
sione.
IV. Subiectum
tæ proinde est om
post Baptismum p
que ad eius remissio
dicenda in sequen
nam necessarium in
Sed iam auctoritati
mini post Baptism
prolapsò, vide in
menti.
§. Est ergo Sac

est: quia quando effectus alicujus medii instituti est simpliciter necessarius ad salutem, ipsum quoque medium institutum sic necessarium est: sed effectus Sacramenti Pœnitentiæ, scilicet remissio peccati mortalis post baptismum commissi, ac justificatio peccatoris, simpliciter est necessarius ad salutem, cum nullus possit salvari, nisi remissis peccatis mortalibus: ergo & ipsum Sacramentum Pœnitentiæ est sic necessarium necessitate medii, aut reipsâ susceptum, si possibilitas adsit, aut saltem habitum in voto, implicite saltem semper incluso in contritione perfecta vel amore Dei super omnia, ut *cap. seq.* de Contritione suo loco patebit. Nam reipsâ tantum susceptum necessarium est solum necessitate præcepti divini pro articulo mortis: & præcepti Ecclesiastici semel per singulos annos, ut latius patebit *infra*, cum de Confessione.

IV. Subjectum capax Sacramenti Pœnitentiæ proindè est omnis & solus homo viator¹⁴ post Baptismum peccato alicui obnoxius, atque ad ejus remissionem dispositus, juxta latè dicenda in sequentibus. Alia quæstio est: Cui nam necessarium sit Sacramentum Pœnitentiæ? Sed jam audivisti esse necessarium omni homini post Baptismum in peccatum mortale prolapsò, vide *infra* de materia hujus Sacramenti.

§. Est ergo Sacramentum Pœnitentiæ patienter

tenter distinctum à Sacramento Baptismi, cùm utriusque Sacramenti diversæ sint materiæ & formæ: Baptismus initerabilis, Pœnitentia iterabilis, toties quoties: uti contra quosdam hæreticos sub anathemate etiam definit Concil. Trid. cit. sess. 14. Can. 2. *Si quis Sacramenta confundes, ipsum Baptismum Sacramentum pœnitentia dixerit, quasi hac duo Sacramenta distincta non sint, atque ideò pœnitentiã non rectè secundam post nonfragium tabulam appellari, anathema sit.* Dicitur autem Pœnitentia secunda post naufragium tabula, ut explicant Scholastici: quia cùm totum humanum genus primi Parentis lapsu, naufragium passum sit, duo nobis misericors DEUS in nova lege Sacramentorum remedia, velut tabulas ad emergendum ordinavit, unam Baptismi, alteram Pœnitentiæ. Neque tertiã opus est, eò quòd licèt homo sæpius in peccatum relabatur, eandem semper Pœnitentiã tabulam apprehendere possit, ac securo littori gratiæ divinæ ac æternæ beatitudinis portui restitui. Paulò aliter ex Patribus explicat Layman.

SECTIO II.

Qua, quot, & quales sunt partes Pœnitentiæ, seu Sacramenti Pœnitentiæ?

SUMMARIUM.

15. *Partes ex parte Sacramenti sunt materia, & forma.*

16.

Sect. II. De Pœnitentia.
 16. Ex parte pœnitentiæ, materia.
 17. Satisfactio actus pœnitentiæ.
 18. Quod sensus contritionis.
 19. Trinitas & illi. materia.
 20. Sicut cum suis id est. materia.
 21. Sicut cum suis id est. materia.
 22. Sicut cum suis id est. materia.
 23. Sicut cum suis id est. materia.
 24. Sicut cum suis id est. materia.
 25. Sicut cum suis id est. materia.
 26. Sicut cum suis id est. materia.
 27. Sicut cum suis id est. materia.
 28. Sicut cum suis id est. materia.
 29. Sicut cum suis id est. materia.
 30. Sicut cum suis id est. materia.
 31. Sicut cum suis id est. materia.
 32. Sicut cum suis id est. materia.
 33. Sicut cum suis id est. materia.
 34. Sicut cum suis id est. materia.
 35. Sicut cum suis id est. materia.
 36. Sicut cum suis id est. materia.
 37. Sicut cum suis id est. materia.
 38. Sicut cum suis id est. materia.
 39. Sicut cum suis id est. materia.
 40. Sicut cum suis id est. materia.
 41. Sicut cum suis id est. materia.
 42. Sicut cum suis id est. materia.
 43. Sicut cum suis id est. materia.
 44. Sicut cum suis id est. materia.
 45. Sicut cum suis id est. materia.
 46. Sicut cum suis id est. materia.
 47. Sicut cum suis id est. materia.
 48. Sicut cum suis id est. materia.
 49. Sicut cum suis id est. materia.
 50. Sicut cum suis id est. materia.
 51. Sicut cum suis id est. materia.
 52. Sicut cum suis id est. materia.
 53. Sicut cum suis id est. materia.
 54. Sicut cum suis id est. materia.
 55. Sicut cum suis id est. materia.
 56. Sicut cum suis id est. materia.
 57. Sicut cum suis id est. materia.
 58. Sicut cum suis id est. materia.
 59. Sicut cum suis id est. materia.
 60. Sicut cum suis id est. materia.
 61. Sicut cum suis id est. materia.
 62. Sicut cum suis id est. materia.
 63. Sicut cum suis id est. materia.
 64. Sicut cum suis id est. materia.
 65. Sicut cum suis id est. materia.
 66. Sicut cum suis id est. materia.
 67. Sicut cum suis id est. materia.
 68. Sicut cum suis id est. materia.
 69. Sicut cum suis id est. materia.
 70. Sicut cum suis id est. materia.
 71. Sicut cum suis id est. materia.
 72. Sicut cum suis id est. materia.
 73. Sicut cum suis id est. materia.
 74. Sicut cum suis id est. materia.
 75. Sicut cum suis id est. materia.
 76. Sicut cum suis id est. materia.
 77. Sicut cum suis id est. materia.
 78. Sicut cum suis id est. materia.
 79. Sicut cum suis id est. materia.
 80. Sicut cum suis id est. materia.
 81. Sicut cum suis id est. materia.
 82. Sicut cum suis id est. materia.
 83. Sicut cum suis id est. materia.
 84. Sicut cum suis id est. materia.
 85. Sicut cum suis id est. materia.
 86. Sicut cum suis id est. materia.
 87. Sicut cum suis id est. materia.
 88. Sicut cum suis id est. materia.
 89. Sicut cum suis id est. materia.
 90. Sicut cum suis id est. materia.
 91. Sicut cum suis id est. materia.
 92. Sicut cum suis id est. materia.
 93. Sicut cum suis id est. materia.
 94. Sicut cum suis id est. materia.
 95. Sicut cum suis id est. materia.
 96. Sicut cum suis id est. materia.
 97. Sicut cum suis id est. materia.
 98. Sicut cum suis id est. materia.
 99. Sicut cum suis id est. materia.
 100. Sicut cum suis id est. materia.

16. Ex parte pœnitentis; Contritio, Confessio, & Satisfactio.
 17. Satisfactio autem est solum pars integralis.
 18. Quo sensu contritio & confessio sint partes essentielles.
 19. Thomista & RR. volunt eas esse partes propriè sentrales.
 20. Scotus cum suis id optimè negat.

IN hac quæstione attendendum est ad terminos. Quando expressè & distinctè quæritur: *Qua, vel quot sunt partes Pœnitentiæ Sacramenti?* in promptu est responsio. *Dua sunt*, sicut in omnibus aliis Sacramentis: *materia, & forma*. Forma sunt verba absolutionis: *Egò te absolvo, &c.* materia sunt peccata cum dolore confessa: ubi exprimis simul, & materiam remotam, *peccata*, & materiam proximam, seu actus pœnitentis, qui sunt dolor & confessio, cum satisfactione saltèm implicita in ipso dolore inclusa, ut patebit suo loco.

Quando verò simpliciter quæritur: *qua, vel quot sunt partes Pœnitentiæ?* Regulariter intelligitur de pœnitentia se habente ex parte Pœnitentis duntaxat: & responsio notissima est: *Tres sunt: Contritio, Confessio, & Satisfactio*. Majoris claritatis gratiâ, & ut tu quodquè aliquid sapere videaris, & benè distinguendò, benè doceas, posses hanc quæstionem ita distinguere. Pœnitentiæ, ut totum Sacramentum est, duæ sunt partes, materia & forma, *ut supra*: Pœnitentiæ verò, ut se tenet ex parte pœnitentis

tentis tantum, tres sunt partes, Contritio, Confessio, & Satisfactio. Hæc de modo loquendi, & ad quæstionem, *qua, vel quot*: Jam quoad rem, & quæstionem, *quales sint partes Pœnitentiæ*, sit

§. I.

Quenam ex his sunt partes essentialis?

17 **P**ars essentialis & principalis Sacramenti Pœnitentiæ, citra controversiam est forma absolutionis: de qua pluribus suo loco *cap. 5.* Ex parte pœnitentis verò duæ tantum dicuntur partes essentialis, Contritio, & Confessio: Satisfactio autem est solum pars integralis, & requisita in hoc Sacramento, non ut reipsa existens; sed solum in proposito, saltem implicito virtualiter semper incluso in ipsa contritione & proposito melioris vitæ. Ita omnes. *Ratio* clara est: quia hoc Sacramentum per modum iudicii, suppositâ accusatione dolorosâ, essentialiter perficitur per absolutionem regulariter datam ante satisfactionem, seu impletionem pœnitentiæ & executionem operum à Confessario injunctorum: quin infirmis sensibus destitutis validè, & essentialiter completò Sacramento, absolutio confertur absque omni injuncta satisfactione, etsi non absque proposito virtuali modo dicto, ut latius patebit suo loco *cap. 4.* ergo contritio & confessio tantum, non item satisfactio, potest dici pars essen-

Cap. II. De Pœnitentiæ Sacramento
 Pœnitentiæ

Quomodo Contritio
 sit pars essentialis

Si quis dubio pœnitentiæ, & hæc ratio habet simplicitate non Sacramento Pœnitentiæ, & valida. In Pœnitentiæ & virtus certitudo non infirmitas, quæ est: Quia Sacramentum verum habet in accusatione & absolutione aliqua ita ut pars essentialis, ut sine ea non est essentia Sacramenti, quodque est, non solum quæcumque est, sed requiritur peccata, sicut in Sacramento, & DEUM recitabit sine locis cap. dolor est ita essentialis menti, ut sine ipso subsistere nequeat. Siquis.

essentialis Sacramenti Pœnitentiæ. Jam rursus
quæritur.

§. II.

*Quomodo Contritio, & Confessio
sunt partes essentielles?*

SINE sine dubio partes essentielles in hoc
sensu, & hac ratione, quod sine ipsis reipsâ
habitis simpliciter non possit consistere essentia
Sacramenti Pœnitentiæ, seu absolutio legitima
& valida. In his terminis omnes consentiunt:
& nimis certum est ex Concilio Tridentino
mox infra allegando. Ratio quoque clara est:
Quia Sacramentum Pœnitentiæ, tanquam
verum iudicium essentialiter consistit in
accusatione & absolutione Rei: ergo confessio
aliqua ita est pars essentialis Sacramenti Pœni-
tentiæ, ut sine ea actu habita, non possit consi-
stere essentia Sacramenti. Atque certissimum
quoque est, non sufficere confessionem peccato-
rum quæcumque, & quomodocumque factam,
sed requiri confessionem dolorosam de peccatis,
factam in ordine ad delendum peccatum,
& DEUM reconciliandum, ut latius patebit
suis locis *cap. 2. & 3.* ergo etiam aliquis
dolor est ita essentialis pars Pœnitentiæ Sacra-
menti, ut sine ipso actu habito Sacramentum
subsistere nequeat. Sed jam rursus & difficilius
quæritur.

§. III.

Sunt ne partes propriè essentielles per modum veræ materiæ?

19 **S**ic affirmant, & docent Thomistæ omnes, & Recentiores communiter. Nimirum: contritionem & confessionem esse partes propriè essentielles per modum veræ materiæ, unà cum forma absolutionis componentes unum Sacramentum essentialiter: adeò, ut sicut in Baptismo, verb. g. ablutio & forma, *Ego te baptizo &c.* immediatè constituunt, & componunt unum Sacramentum Baptismi, ac fundamentum proximum significationis practicæ, simulque efficaciter significant gratiam sanctificantem, ac regenerationem spiritualem; ita contritio & confessio, seu confessio dolorosa peccatorum, unà cum absolutionis forma tanquam veræ compartes immediatè constituunt; & componunt unum Sacramentum Pœnitentiæ, unumque immediatum fundamentum significationis practicæ, simulque efficaciter significant gratiam justificantem, seu absolutionem animæ à peccatis. Ratio jam suprà indicata est: quia scilicet Sacramentum Pœnitentiæ, tanquam verum iudicium essentialiter consistit in accusatione dolorosa, & absolutione Rei. Estque Sententia recepta in sacris Consistoriis, quantum ego cum meis Tyronibus expertus sum.

20 **C**ontrà verò Scotus in 4. d. 12. cum suis omnibus,

bus, & non paucis Recentioribus, tenet totam
 essentiam Sacramenti pœnitentiæ consistere in
 forma absolutionis, quæ sola per modum, prin-
 cipalis actus judicialis immediatè significat, fun-
 datque significationem practicam, & effica-
 ciam absolutionis animæ à peccatis per infusam
 gratiam sanctificantem. Contritionem verò
 & Confessionem esse solum partes materia-
 les actu requisitas per modum conditionis,
 sine qua non: quatenus Judex Sacramentalis
 non potest ferre sententiam absque cognitio-
 ne causæ & dispositione pœnitentis, quemad-
 modum etiam in aliis judiciis, accusatio rei, &
 cognitio Causæ, non propriè ad essentiam, sed
 potius ad integritatem iudicii spectant. Fa-
 vent huic Sententiæ oppidò Concilia Fiorenti-
 num, & Tridentinum: dum assignandò mate-
 rias Sacramentorum, Baptismi, Confirmatio-
 nis &c. vocant simpliciter *materias*: quòd nimi-
 rum habeant rationem propriam materiæ unâ
 cum forma componentis essentiam Sacramen-
 ti, simulque partialiter significantis effectum
 Sacramentalem: At verò in Sacramento Pœni-
 tentiæ actus pœnitentis vocant, non absolutè
 & simpliciter, sed additâ particulâ diminuen-
 te, *quasi materiam*: inuentia utique, aliter
 se habere actus pœnitentis ad hoc Sacramen-
 tum, quàm aquam v. g. ad Baptismum, nec
 consequenter ita esse de essentia Sacramenti, si-
 cut illam. Audi textum Tridentini *sess. 14.*
cap. 3. sic habet. *Sunt QUASI materia hu-*

ius Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, confessio, & satisfactio, qua quatenus in pœnitente ad INTEGRITATEM Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex DEI institutione requiruntur, hæc ratione pœnitentia partes dicuntur. Hæc sancta Synodus. An non satis favorabiliter pro Sententia Scotistica? Pluribus non immoror, eum sit res merè speculativa, & perinde est in praxi, quid credas. Si non placeat sapere eum paucioribus, loquere eum multis: simulque jam cape, quid respondeas ad principale punctum hujus quæstionis.

§. IV.

In quo consistit essentia Sacramenti
Pœnitentiæ?

21 **J**AM satis audivisti. In sententia eommuni Thomistarum ac Recentiorum, essentia Sacramenti Pœnitentiæ consistit in dolorosa confessione peccatorum, & absolutione sacramentali simul. In Sententia verò Scoti consistit in sola absolutione sacramentali, suppositâ contritione & confessione, tanquam conditione, sine qua non, necessariè actu requisitâ. Quo ipso patenter ab essentia Sacramenti pœnitentiæ secluditur satisfactio. Quid vis amplius?

SECTIO III.

*Que, & quotuplex est materia
Sacramenti Pœnitentiæ?*

SUMMARIUM.

22. *Materia duplex: proxima, & remota*
23. *Quomodo actus pœnitentis sint materia proxima,*
&
24. *Qua ratione peccata sint materia remota:*
25. *Quare sola peccata post Baptismum commissa sint*
materialia hujus Sacramenti:
26. *Qua materia necessaria, qua sufficiens.*

Duplex est materia Sacramenti Pœniten-22
tiæ, *proxima & remota*. *Materia proxima & ex qua*, sunt actus pœnitentis, contritio, & confessio. *Materia remota, & circa quam* sunt peccata actualia, post Baptismum commissa; & hæc materia remota alia necessaria, alia sufficiens. Ita omnes. Sumitur palam ex Concilio Tridentino paulò antea allegato. Alii in concreto utramque materiam comprehendentes sic loquuntur: *Materia Sacramenti Pœnitentiæ sunt peccata post Baptismum commissa, debita contritione & confessione, sacris clavibus subiecta*. Explicatur rursus per speciales quæstiunculas.

§. I.

Quâ ratione actus pœnitentis sunt materia proxima, & ex qua?

- 23 **M**ateria proxima dicuntur, quia proximè applicentur peccata sacris clavibus, ut per absolutionem remitti possint. In omni enim Sacramento materia proxima dicitur id, quo materia remota proximè applicatur, ut accedente formâ Sacramentum perficiatur, ut ablutio aquæ in Baptismo; Unctio Chrysmatis in Confirmatione, traditio Calicis, &c. in Ordine. Atqui per contritionem & confessionem, seu per confessionem dolorosam peccata sunt proximè applicata, ut accedente formâ absolutionis, Sacramento perfecto, remittantur: ergo actus pœnitentis contritio & confessio, rectè dicuntur materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ. Materia ex qua verò dicuntur in communi Sententia suprâ allata, *scilicet, præc. §. 1.* quòd contritio & confessio sit vera materia & pars essentialis unâ cum formâ absolutionis componens, & intrinsecè constituens Sacramentum Pœnitentiæ, sicut Baptismus ex aqua & forma, homo ex corpore & anima. Quare eo termino ex qua, non utuntur Scotista.

§. II.

Quâ ratione peccata sunt materia remota, & circa quam?

- 24 **R**emota materia dicuntur, quia peccata secundùm se non sunt immediatè remissibilia

Quare sola peccata

Quia sola peccata
communia sunt
constitunt. Ne
Ecclesie, quæque
prius esse subditus
sunt, & per Bapti
consequenter in
ro Ecclesie. Nam
clausa non judicatur
cùm Tridentinum
clausa in remorem pe
per Baptismi iurament
Can. 1. definit: Pra
finitur a Christo p
pimus in peccata
pura actualia p

bilia per absolutionem, nisi per actus pœnitentis proximè applicentur, ut modò explicatum est.

Materia autem circa quam dicitur, quia sunt objectum, circa quod detestandum, destruendum, ac dolendum versantur tum actus pœnitentis, tum ipsa absolutio *uti enim ignis materiam ligna esse dicimus, quia vi ignis consumuntur; ita peccata, qua pœnitentiâ delentur, rectè hujus Sacramenti Materia dici possunt.* Catechismus Romanus Pii V. p. 2. num. 24.

§. III.

Quare sola peccata actualia post Baptismum commissa?

Quia sola peccata actualia post Baptismum commissa hominem in foro Ecclesiæ reum constituunt. Nam ut aliquis sit reus in foro Ecclesiæ, ejusque judicio subjiatur, debet priùs esse subditus Ecclesiæ: atqui soli baptizati sunt, & per Baptismum fiunt subditi Ecclesiæ, consequenter ii soli suis peccatis Rei sunt in foro Ecclesiæ. Nam secundum Apostolum: *Ecclesia non judicat de iis, qui foris sunt.* Et Concilium Tridentinum Sess. 14. cap. 2. dicit: *Ecclesia in neminem judicium exercet, qui non priùs per Baptismi januam fuerit ingressus.* Et ibidem Can. 1. definit: *Pœnitentiæ Sacramentum esse institutum à Christo pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata prolabuntur.* Et hinc sola peccata actualia post Baptismum commissa, sunt

materia Sacramenti Pœnitentiæ, minimè verò peccatum originale, quippè quod per ipsum Baptismum necessariò priùs remittendum est: & tandem sola peccata vera propriè dicta & reipsâ commissa sunt materia hujus Sacramenti: quia sola peccata vera coram DEO facta indigent reconciliatione cum DEO, mediante hoc Sacramento. Quare si nihil confitearis nisi meram imperfectionem, v. g. quòd hodie manè non amaveris DEUM super omnia &c. aut confitearis solùm peccatum, quod falsò putas à te commissum, reverà non subsistet Sacramentum, ut bene observat Lugo de Pœnitent. d. 12. sect. 1. num. 12.

§. IV.

Quotuplex materia remota? que necessaria? que sufficiens?

26 **M**ateria remota Sacramenti Pœnitentiæ duplex est: *Necessaria, & sufficiens.* Materia *necessaria*, est solum peccatum mortale post Baptismum commissum, & nunquàm legitimè confessum: seu nunquàm Ecclesiæ clavibus legitimè subjectum. Materia *sufficiens* est omne peccatum post Baptismum commissum, etiam veniale, etiam mortale jam semel legitimè confessum. *Omnes.* Ratio est: quia idèò aliquod peccatum dicitur materia necessaria Sacramenti Pœnitentiæ vel Confessionis, quia homo illud tenetur confiteri seu subjicere clavibus habitâ opportunitate, sub dispendio salutis: atqui sola pecca-

SEC
De Materia sufficiens

SU

17. Penitentia sunt materia
29. Quia ratio
31. Probationem per se
34. Abstemio sunt materia
35. Penitentia sunt materia
36. Per quos alios sunt materia
37. Quia ratio
38. Penitentia sunt materia
39. Quia ratio
40. Abstemio sunt materia
41. Quia ratio
42. Penitentia sunt materia

peccata mortalia nunquam ritè confessâ sub dispensatione salutis clavibus subjicienda sunt per confessionem : ut patet ex Concilio Tridentino *Sess. 14.* ferè totâ ; & ampliùs patebit *cap. 3. sect. 1.* Venialia autem aliis multis modis deleri possunt : jam legitimè confessâ aliâ deletionis haud egent : ergo illa tantùm, non hæc sunt materia necessaria hujus Sacramenti. Attamen hæc ipsa adhuc sunt materia sufficiens, idque quâ ratione, difficultates sunt non modicæ merito per justas quæstiones explicandæ.

S E C T I O IV.

De Materia sufficiente, & dubia Sacramenti Pœnitentia.

S U M M A R I U M.

- 27. Venialia sunt materia sufficiens.
- 29. Quâ ratione.
- 31. Probabilius per solam attritionem venialia non remittuntur extra Sacramentum.
- 34. Nullum etiam veniale remittitur sine aliqua saltem virtuali pœnitentia.
- 35. Pœnitentia formalis, aut virtualis quando habeatur.
- 36. Per quos actus venialia ex opere operantis remittuntur? Usque ad n. 40.
- 40. Venialia univèrsaliter etiam remittuntur ex opere operato immediatè per omnia Sacramenta N. L.
- 42. In statu gratiæ ritè suscepta.
- 44. Qualiter venialia remittantur per Sacramentalia.
- 46. Nullum veniale remittitur sine remissione mortalis, si adsit.
- 48. Quâ ratione peccata jam legitimè confessâ sint materia sufficiens? Usque ad n. 54. &
- 54. Quâ ratione peccata dubia :

56. Qualiter Confessarius procedere debeat? si poenitentem
mera dubia asserat?

§. I.

Quâ ratione peccata venialia sunt materia
hujus Sacramenti?

271. **S**unt materia omninò sufficiens. Sic enim
expressè docet Concilium Trident. *Sess. 14.*
cap. 5. & can. 7. anathema dicit: *si quis dixerit*
non licere peccata venialia confiteri. Et ratio
est, quia peccata etiam venialia sunt verè & ab-
solutè peccata coram DEO, hominèmque
reum culpæ, & poenæ constituunt: ergò & illa
debitè applicata per dolorosam confessionem
sunt materia apta ad absolutionem, & cum for-
ma absolutionis Sacramentalis Sacramentum
constituere poterunt. Sed en tibi difficulta-
tem non modicam, meritò diligenter explican-
dam!

28 II. Confitens sola venialia (reipsâ carens
mortalis, & in gratia constitutus) aut habet con-
tritionem vel saltem attritionem de venialibus,
aut non habet? Si non habet, Sacramentum
nullum erit, cum dolor attritionis saltem sit pars
essentialis, seu conditio necessariò requisita ad
hoc Sacramentum. Si habet veram attritionem,
tunc jam per ipsam attritionem ex opere ope-
rantis, ante absolutionem, remittuntur ea ven-
ialia, de quibus attritus est, seu doluit. Nam
secundùm communem Sententiam DD. per om-
nem veram supernaturalem attritionem, etiam

extra

extra omne Sacramentum remittuntur venialia : cum omnis attritio sit vera retractio prioris delicti , & consequenter in homine justo actus meritorius & satisfactorius : ergo sola venialia non sunt materia sufficiens & apta Sacramenti absolutionis. Quomodo enim sunt materia absolutionis, si nunquam absolvantur, seu per Sacramentum absolutionis remittantur? Sed negatur rotundè consequentia. Nam

III. Stante etiam, sed nihil obstante illâ communi Sententiâ, venialia hominis justî regulariter (certè non omnino nunquam, ut patet) non remitti directè per Sacramentum ex opere operato ; adhuc tamen rectissimè dicuntur materia sufficiens hujus Sacramenti, variâ ratione. I. Etiam mortalia sæpissimè remittuntur ante absolutionem per perfectam contritionem, ad quam omnes boni consistentes conari, & boni Confessarii disponere & adhortari solent, & tamen dicuntur & sunt materia sufficiens imò & necessaria hujus Sacramenti. II. Peccata venialia hominis habentis etiam mortalia, & de utrisque attriti directè & ex opere operato remittuntur per Sacramentum Pœnitentiæ. Remitti tunc certum est : at non remittuntur ex vi suæ attritionis vel dispositionis ex opere operantis : quia venialia hominis existentis in mortali non possunt remitti, nisi remissis prius mortalibus, cum actus remissivus venialium debeat esse meritorius, qualis nullus potest esse hominis existentis in peccato mortali.

mortali. Atqui peccata mortalia non remittuntur per solam attritionem ante Sacramentum: ergo non venialia tunc remittuntur, sed unà cum mortalibus remittuntur vi Sacramenti ex opere operato.

30 IV. Quando unà cum venialibus obnoxius es peccato mortali, & de utrisque communem elicias attritionem, v. g. quòd iis DEUM severum Judicem offenderis, infernum merueris, & sic confiteris solùm venialia, omisso mortali: vel quia inculpabiliter non recordaris; vel quia recordaris quidem, at justam causam illud non aperiendi habes (juxta dicenda *cap. 3. suo loco.*) Hoc casu directè absolveris à solis venialibus, & indirectè tantùm à mortali omisso, secundùm communem DD. Vides jam, quàm sint materia sufficiens hujus Sacramenti peccata venialia. Sed audi ampliùs

31 V. Longè probabiliùs, & verius est per solam attritionem extra Sacramentum non remitti venialia, ideòque sola venialia cum attritione confessà semper remitti per Sacramentum ex opere operato. Ita Vasquez in 3. p. *quæst. 87. art. 1. dub. 1.* eumque secutus Layman *lib. 5. tract. 6. num. 14. & 15.* quem vide. Saltem probabilissimum & mihi propè certum est, quod docet Lugo de *pœnit. disp. 9. sect. 2. num. 29.* Non per quemlibet actum attritionis hominis justè remitti posse quodlibet veniale, vel omnia venialia, sed requiri actum valde ferventem, & perfectum: ideòque adhuc venialia sola nimis læ-

permitti per ipsum
quod sine dubio plus
quia ad remissionem
sine Sacramento, quod
pro ex opere operato
tritionis sufficiens est
tanta remissa confessio
ante Sacramentum ad
lia, et quibus quis at
tio in certo gradu p
tiori melioris, vel su
ti & majori juxta p
joris gravitatis, v
venialium. Quis
dem actu & gradu
mento deles peccat
tionis, vel verbi o
tum delere aliq
crapulas, contem
tales? Certe nos
Theologus Vasque
tam venialium e
tionem perfectam
omnia, bonis rati
man. l. c.

§. Denique o
rum venialia homin
mitti per Sacramen
contra omnem se
pborum omnium
remissione venialium

pè remitti per ipsum Sacramentum. *Ratio est:* quia sinè dubio plus requiritur ex parte pœnitentis ad remittenda venialia ex opere operantis sinè Sacramento, quàm cum Sacramento suscepto ex opere operato: ergo non omnis actus attritionis sufficiens cum Sacramento ad remittenda venialia confessâ, sufficit etiam extra, vel ante Sacramentum ad remittenda eadem venialia, de quibus quis atteritur, sed requiritur attritio in certo gradu perfectionis, fervoris, motivi melioris, vel sublimioris &c. eoque majori & majori juxta proportionem majoris & majoris gravitatis, vel multitudinis peccatorum venialium. Quis enim dicat, vel credat te eodem actu & gradu attritionis, quo cum Sacramento deles peccata venialia v. g. vanæ cogitationis, vel verbi otiosi, etiam extra Sacramentum delere aliquot satis graves excessus vel crapulas, contentiones, rixas &c. etsi non mortales? Certè non pauci, inter quos magnus Theologus Vasquez suprà allegatus ad remissionem venialium extra Sacramentum contritionem perfectam vel amorem DEI super omnia, bonis rationibus requirunt. Vide Layman *l. c.*

§. Denique opposita illa Sententia, nimirum venialia hominis justî sola nunquàm remitti per Sacramentum Pœnitentiæ, videtur esse contra omnem sensum & praxin fidelium & proborum omnium: Nam optimi quique pro remissione venialium tanquam meliori, & securiori

riori medio utuntur hōc Sacramentō, adeoque supponunt hoc Sacramentum habere efficaciam ad ea remittenda, DEUMQUE reconciliandum, pro his venialibus & quotidianis culpis offensum, unde & ejusmodi confessiones venialium *reconciliationes* dicere solemus. Hic piè curiosus meritò sciscitabitur, per quos ergo actus universim remittantur peccata venialia? Charitas urget, ut oporteat cum tam piè angariante procedere mille passus. Sit ergo incidenter

§. II.

Quæstio incidentalis.

Quibus modis universim delentur peccata venialia?

33 **V**enialia remittuntur universim duobus modis. 1. Ex opere operantis. 2. Ex opere operato per Sacramenta, & aliquatenus per Sacramentalia. Ita Communis DD. explicatio.

I. Ex opere operantis per actus meritorios &c.

34 **P**eccata venialia, seu veniales culpæ non remittuntur per quoscunque actus meritorios, seu per quæcunque opéra bona hominis justî; sed per actus meritorios venialibus aliquo modo oppositos, seu per illos actus, in quibus involvitur formalis vel virtualis aliqua pœnitentia, seu displicentia peccati. Et breviter

32. De Pen
 ter. nullum etiam ve
 ta. DEO horum re
 viduali pœnitentia
 tiam, Gabriel, dicit
 nis DD. cum D. T.
 dem Sacra, Vespere
 cit. ap. 6. num. 6. L.
 num. 21. Ratio est:
 licet peccatum veniale
 aliquo modo recedat
 corruens, ut et
 hac offensa, & reco
 ejusdem ad DEUM
 que enim offendens
 saltem lege ordinari
 rio offensam retrahat
 tus, & hac offensa
 vel intelligi sine ali
 tuali pœnitentia, et
 cazi, ut ex se patet
 f. Formalem au
 tem venialium
 les de suis venialib
 commisit hanc, ut
 parate. O sine fe
 tem pœnitentiam,
 do exeres actum d
 libus. Utpote 1.
 thorum, v.g. dicit
 res, &c. 2. Qu
 committere talia v
 tus III. de Sacra

ter : nullum etiam veniale peccatum in hac vita à DEO homini remittitur sine aliqua saltem virtuali pœnitentia. Ita (contra D. Bonaventuram , Gabriel , alios apud citandos) Communis DD. cum D. Thoma 3. p. q. 87. à 1. & ibidem Suarez , Vasquez , Coninck , & aliis Layman cit. cap. 6. num. 6. Lugo de Pœnitentia. disp. 9. num. 21. Ratio est : quia cum homo per quodlibet peccatum veniale verè offendat DEUM , & aliquo modo recedat à voluntate DEI , non est conveniens , ut ei remittatur seu condonetur hæc offensa , & recessus à DEO , nisi per reditum ejusdem ad DEUM aliquo actu contrario : neque enim offendens potest fieri non offendens , saltem lege ordinariâ , nisi aliquo actu contrario offensam retractet : atqui iste ad DEUM reditus , & hæc offensæ retractatio non potest esse , vel intelligi sine aliqua formali , vel saltem virtuali pœnitentia , aversione , ac displicentia peccati , ut ex se patet : ergo &c.

f. Formalem autem pœnitentiam , & displicentiam venialium habes , quando expressè doles de tuis venialibus , v. g. dicendò : *doleo me commisisse hæc , vel illa venialia , vellem nunquam parâsse , Osi non fecissem ! &c.* Virtuales autem pœnitentiam , & displicentiam habes , quando exerces actum directè contrarium tuis venialibus . Utpote 1. Quando petis à DEO veniam illorum , v. g. dicendò . *Dimitte nobis &c. Misere-re , &c.* 2. Quando proponis non amplius committere talia venialia , modò non perduret

complacentia de commissis. 3. Quando exeres actum virtutis contrarium tuis venialibus: adeoque remittuntur tibi omnia venialia tuam mendacia, quando ex amore veritatis loqueris, quod verum est. Ita mox citandi. 4. Quando cujuscunque virtutis aliquem actum, vel opus bonum exeres eâ intentione, ut obtineas remissionem omnium tuorum peccatorum. Vide latè Lugo *l. cit.* Et fusius Dicastillum de Pœnitentia *disp. 20. dubio 16. & 17.* Ergo jam in particulari

36 Peccata venialia ex opere operantis remittuntur I. Certissimè per actum contritionis perfectæ, quo doles de summo bono super omnia amando, & dilecto à te quomodocunque offenso, adeoque complectendò veniales offensas: præsertim si expressè extendas ad omnia venialia. Nam (NB.) si doleas de summo bono offenso simpliciter, & tam graviter, quàm solet offendi per mortalia peccata, utpote jactura gratiæ Divinæ, ac æternæ beatitudinis, jam hic dolor tuus non se extenderet ad tua venialia, ac proinde per hunc actum, etsi perfectæ contritionis, & omnium mortalium remissivi, non remitterentur venialia. Potest namque fieri, ut cum vera contritione & justificatione, vel gratiæ augmentatione consistant venialia aliqua peccata, sive secundum actualem affectum, sive secundum habitualement nondum retractam voluntatem.

37 II. In satis communi, & probabili Sententia, etiam

35. IV. De Peccatis per actum venialibus, similiter sub mortali, utpote quod DEUS tenet purgationem, ut sit, non propter meritum, &c. Nam si dolerem meritum, &c. Jam rursus extenderet ad tua venialia simul habere rem venialium, nec retractam voluntatem, & præced.

III. Certissimè DEUS super omnia, & bonis omnino rebus, quàm graviter. Contritionis actus se DEO abiens ipsi in omnibus peccatis, eo ipso imputatur omnia peccata etiam levia, quatenus adeoque talis actus omnia etiam venialia omnia debet secundum DD. Suarez, *num. 13.*

IV. Per omne certum in statu gratiæ DEUM factum: ut in, & ceteris, &c.

etiam per actum veræ attritionis supernatura-
lis, similiter sub motivo excludente etiam venia-
lia, utpote quod DEUM offendendô poenas sal-
tem purgatorii, aliâsve temporales promeri-
tus sis, item privationem majoris gratiæ, glo-
riæ &c. Nam si doleres de peccatis, quôd iis
infernum meritus, æternâ beatitudine excide-
ris &c. Jam rursus patenter dolor tuus se non
extenderet ad tua venialia; quin cum hoc dolore
posses simul habere actualem affectum aliquo-
rum venialium, nedùm habitualement nondùm re-
tractatam voluntatem. Sed vide de attritione di-
cta. *q. præced.*

III. Certissimò per actum formalem amoris;
DEI super omnia, quo DEUS præfertur omni-
bus omninò rebus ei displicitis tam levibus,
quàm gravibus. Cum enim homo perfectò amo-
ris actu se DEO absolutè, & penitus subjicit, vo-
lens ipsi in omnibus actionibus placere & obtem-
perare, eo ipso implicite saltem & virtualiter de-
testatur omnia peccata, non solùm gravia, sed
etiam levia, quatenùs omnia DEO displicent;
adeoque talis actus perfectæ charitatis semper ad
omnia etiam venialia peccata se extendit, atque
omnia delet secundùm culpæ reatum: Ex com-
muni DD. Suarez, Coninck, Layman *cit. cap. 6.*
num. 13.

IV. Per omne opus bonum meritorium, sci-
licet in statu gratiæ, ex charitate, & propter
DEUM factum: utpote omnes orationes, jeju-
na, elemosinas, mortificationes, alia omnia
quæ

quæcunque, in quibus virtualis peccati pœnitentia, vel displicentia involvitur, aut quæ ex intentione facis, ut obtineas remissionem peccatorum tuorum omnium, juxta supra *n. præcedenti* dicta. Quâ ratione D. Augustinus, alique PP. & DD. dicunt, quòd peccatorum venialium remissionem à DEO consequimur, per orationem Dominicam & alias preces ad DEUM fusas contentes in se petitionem veniæ peccatorum: atque per quodvis opus bonum DEO ad eum finem factum & oblatum: nimirum facta propter DEUM ex charitate, finè qua opera quæcunque nihil profunt homini ad salutem. Vide & mirare abundantiam mediorum delendi venialia. Sed necdum finis.

II. Ex opere operato per Sacramenta.

40 **U**niversaliter per omnia Sacramenta novæ legis peccata venialia remittuntur ex opere operato immediatè. Ita universaliter D. Thomas *cit. q. 87. a. 3.* Et cum ipso communior D. Suarez *disp. 12. sect. 1.* Tannerus *disp. 6. q. 4. num. 50.* Lugo *disp. 9. sect. 3.* alii apud istos. De Baptismo non potest esse dubium. De Sacramento Pœnitentiæ patet ex dictis. De extrema Unctione est certum de fide, Jacob. 5. *Et si in peccatis fuerit, remittentur ei.* Sed de Eucharistia quidem negant sanè multi, & multò plures de Confirmatione, Ordine, & Matrimonio. Sed contra

41 II. Ratio universalis est. Quia omnia Sa-
cra-

eramenta novæ legis instituta sunt ad justificandum, & sanctificandum hominem : atque per hoc ipsum, eoque ipso in remedium ac remissionem peccatorum : ergo debitè suscepta reipsâ operantur in homine remissionem peccatorum residuorum : non utique mortalium (cùm jam supponatur esse in statu gratiæ, & peccata mortalia per Sacramenta mortuorum Baptismum, & Pœnitentiâ jam remissa supponantur) ergo peccatorum venialium. Insuper

III. Ut per Sacramenta remittantur peccata venialia, ultra statum gratiæ sanctificantis, ex parte suscipientis non requiritur alia dispositio, quàm intentio suscipiendi hoc Sacramentum in remedium suorum peccatorum sive ad salutem suam, sive generaliter ad eum finem, ad quem Sacramentum institutum est, & reipsâ suscipitur, absque affectu actuali ad ulla venialia : eo ipso enim virtualiter jam est aversus ab ipsis virtuali, & implicitâ aliquâ aversione, displicentiâ, pœnitentiâ ; ut post Suarez & alios bene docent Tannerus *cit. num. 56.* Gobat *Alphab. Confitent. Casu II. num. 342.* Quod post Sacramentum Pœnitentiæ, maximè verum videtur de Sacramento Eucharistiæ, quod est symbolum summæ charitatis, atque *antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis, &c.* uti loquitur Concil. Trident. *sess. 13. cap. 1.* De Confirmatione, Ordine, & Matrimonio, quoad hoc alios dubitare permittamus, quia non ut certam, sed

solum pro probabili habemus opinionem istam generalem.

- 43 IV. Sacrificium Missæ denique, etsi de se ex opere operato non sit immediatè propitiatorium & expiatorium, seu remissivum peccatorum, mortalium & venialium, in communi Sententia, ut vidimus suo loco *parte I. n. 241. 242.* attamen si curasti fieri Sacrum pro tuis peccatis, seu in remedium ac remissionem peccatorum tuorum, adeoque hoc ipso virtualiter aversus ab ipsis, tibi remitti omnia venialia, ad quæ non habes affectum vigentem actualem, rectissimè affirmant Suarez, aliique cum Tannero *cit. disp. 5. q. 9. num. 90.* prout ibidem annotatum habes. Ratio ex dictis patere debet.

III. Et aliquatenus per Sacramentalia.

- 44 **S**acramentalia, sic dicta, quòd vel soleant adhiberi ad Sacramenta conficienda, ut formatio Crucis, Benedictiones, orationes Ecclesiæ: vel quòd aliquo modo æmulentur genium Sacramentorum: ut aquæ lustralis aspersio, usus rerum benedictarum ab Ecclesia, confessio generalis, unctio pectoris, &c. Hæc & hujusmodi etiam ex opere operato immediatè, ex vi institutionis, & orationis Ecclesiæ, dilectæ sponsæ Christi remittere venialia, affirmant multi probabiliter: negant multi æquè probabiliter docentes fieri solum ex operè operantis per pios in DEUM motus hominis ea piè usurpantis. Sed probabilissimè & verius dicitur fieri

fieri partim ex opere operato, mediâ tamen, quatenus per preces Ecclesiæ junctas prædictis rebus, dum iis piè utimur, movetur DEUS (etsi non infallibiliter) ut in nobis excitet pios illos motus, quibus annexa est remissio venialium; partim ex opere operantis. quatenus homo iis rebus piè utitur in remedium ac remissionem peccatorum suorum cum piis motibus displicentiæ peccatorum, conversionis in DEUM, amoris, adorationis &c.

Videtur hæc esse mens D. Thomæ 3. p. q. 87. 45

4. 3. Verba ejus libens exscribo: *Triplici ratione aliqua causant remissionem venialium peccatorum. Uno modo, in quantum eis infunditur gratia: quia per infusionem gratiæ tolluntur venialia peccata, ut supra dictum est. Et hoc modo per Eucharistiã, & Extremam Unctionem, & universaliter per omnia Sacramenta nova legis in quibus confertur gratia, peccata venialia remittuntur. Secundo, in quantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. Et hoc modo confessio generalis, unctio pectoris, oratio Dominica, operantur ad remissionem peccatorum venialium. Nam in oratione Dominica petimus: Dimitte nobis debita nostra. Tertio modo, in quantum sunt cum aliquo motu reverentiæ in DEUM, & ad res Divinas. Et hoc modo benedictio Episcopi (quidni etiam Sacerdotis in Missa, & præsertim cum Venerabili Sacramento?) aspersio aquæ benedictæ, qualibet Sacramentalis unctio, oratio in Ecclesia dedicata: & si qua alia sunt hujusmodi, operantur*

40 *Theol. Sacram. Pars III. Cap. I.*
tur ad remissionem venialium peccatorum. Ha-
ctenus Doctor Angelicus.

IV. Adversio duplex notabilis.

46 **I**N haectenus dictis supponitur semper peccatum veniale nunquam remitti sine remissione peccati mortalis, quo homo est inquinatus; juxta communissimam Sententiam DD. cum D. Thoma eadem q. 87. a. 4. pluribus congestis Laymannus cit. c. 6. num. 16. Ratio S. Thomae est: quia nullum etiam veniale peccatum remittitur sine infusione gratiae sanctificantis: atqui gratia sanctificans non potest consistere cum peccato mortali. ergo &c. Deinde nimis inconueniens est, & ridiculum videtur, quod DEUS reconcilietur in re leui illi, à quo manet graviter offensus, quique cum illo adhuc graves gerit inimicitias: sed peccator perseverans in mortali graves cum DEO gerit inimicitias, abjectissimus terrae vermiculus, quamdiu in peccato perdurans negligit remedia necessaria ad recuperandam gratiam, & amicitiam Divinam. At verò è diverso potest, dimitti mortale sine veniali dimisso, quia potest haberi dolor de mortali, cum tamen absit dolor, imò adsit complacentia de veniali, quod infusionem gratiae sanctificantis non impedit, ut jam *supra S. proced.* insinuavi, & magis patebit in sequentibus.

47 **I**I. Sermo haectenus semper fuit de remissione venialium, quoad culpam tantum. Nul-
lus

47. IV. De Pe
In omni Theologos
conuenit etiam peccat
in hoc, vel altera ne
remitti semper, et
menta, vel sacra
niales: qui licet n
cer licet: appol
revelatione, & app
bilissimis purgatori
xas medicas, quae
pauentiam in vit

Qua ratione pec
sunt mater

I. Sicut mater
S. Benedictus P
de Privilegiis di
peccatorum in co
comprobatu
probatorum praxi,
generalibus, sed
alterius materiae
tum queandam,
nabile. Nam si a
rationabili et met
feret, utique nug
Sacramenti, ut om
II. Ratio fund
Sacramenti per

Ius enim Theologus audebit dicere, vel sentire, omnem etiam pœnam venialibus debitam, & in hac, vel altera vita in purgatorio luendam, remitti semper, quoties per actus bonos, Sacramenta, vel Sacramentalia dimittuntur culpæ veniales: quia scilicet nulla ratio id vel probabiliter suadet: oppositumque probant innumerae revelationes, & apparitiones illorum, qui acerbissimis purgatorii pœnis debuerunt expiare noxas modicas, quantumvis quoad culpam per pœnitentiam in vita remissas.

§. III.

Quâ ratione peccata jam legitimè confessa sunt materia hujus Sacramenti?

I. **S**unt materia sufficiens. Ita expressè Benedictus Papa XI. *Extrav. inter Communes de Privilegiis dicens*: reiterationem eorundem peccatorum in confessione esse salutarem. Et, comprobatur universalis Ecclesiæ, omniumque proborum praxi, non tantum in confessionibus generalibus, sed etiam sæpe alias, utpote ob alterius materiæ certæ defectum, ad conscientiam quietandam, aut ob aliud motivum rationabile. Nam si absque omni causa, vel motivo rationabili ex mera lubentia ejusmodi repetitio fieret, utique nugatorius, & injurius esset abusus Sacramenti, ut omnes fatentur.

II. Ratio fundamentalis est: quia de ratione Sacramenti per se remissivi peccatorum, &

collativi gratiæ, non est, quòd actu semper remittat peccata; sed quòd per se conferat gratiam sanctificantem, quæ ex natura sua est remissiva peccati, si adesset, ut gratia prima; etsi per accidens subiecto jam sanctificato non remittat peccatum, nec tunc habeat rationem primæ gratiæ, sed secundæ, seu augmenti prioris gratiæ jam receptæ. Unde in prima parte dictum est, Sacramenta mortuorum, Baptismum, & Pœnitentiam, per se collativa gratiæ primæ, per accidens sæpe conferre gratiam secundam, si nimirum inveniat subiectum jam sanctificatum: Atque ita etiam ad hoc, ut aliquod peccatum dicatur materia sufficiens Sacramenti remissivi peccatorum, necessarium non est, ut actu per illud Sacramentum remittatur, sed sufficit, quòd Sacramentum super illud cadens conferat gratiam sanctificantem de se remissivam illius, vel cujuslibet peccati, si adesset. Quemadmodum ergo peccatum mortale jam ante confessionem deletum per veram contritionem, adhuc est materia non tantum sufficiens, sed etiam necessaria Sacramenti Pœnitentiæ secundum omnes: quia etsi Sacramentum tunc nihil remittat, confert tamen gratiam naturâ suâ remissivam peccati, si adesset. Ita etiam peccatum mortale jam legitime confessum & remissum, etsi ulterius remitti nequeat, at tamen contritione, & confessione applicatum & subiectum clavibus Ecclesiæ, est sufficiens mate-

Sect. IV. De Pe
 materia Sacramenti
 tis indifferens, &
 esse.
 III. Ut tamen
 confessio, validè
 tur dicitur, amittit
 tio peccati, nova
 ipsa nova materia p
 novum & iteratum
 stare novè, & iter
 dubio enim non p
 pei super eadem p
 ma proximâ, ead
 ne proposita, cum
 sæpius possit eade
 saltem proximam
 nullum haberet te
 novum; non ex
 spoliione, que
 nitur cum priori
 ratione Sacramenti
 sufficit sola iterata
 re: quia non sola
 ho dolorosa, se
 ita, est materia p
 conferendum.
 §. Scio docet
 Tamburinum epus
 §. 1. sufficere
 tum, at non per
 pe priorem dolor

materia Sacramenti absolutionis collativi gratiæ sanctificantis, & remissivi peccati, si adesset.

III. Ut tamen peccata jam semel legitimè confessâ, validè & fructuosè iterum subjiciantur clavibus, omninò requiritur nova dispositio pœnitentis, novus dolor & confessio, & ipsa nova materia proxima Sacramenti: cum novum & iteratum Sacramentum debeat constare novâ, & iteratâ materiâ & formâ. Sinè dubio enim non potest forma absolutionis repeti super eadem peccata sub eadem priori materia proximâ, eadem contritione & confessione proposita, cum in nullo Sacramento forma sæpius possit cadere super eandem materiam, saltem proximam. Quapropter talis pœnitens nullum haberet fructum ex confessione iterata novum: non ex opere operantis seu propriâ dispositione, quæ non nova, sed eadem supponitur cum priori: neque ex opere operato, seu ratione Sacramenti, quod nullum esset. Neque sufficit sola iterata confessio absque novo dolore: quia non sola confessio nuda, sed confessio dolorosa, seu cum dolore & contritione facta, est materia proxima ad Sacramentum validè conferendum.

§. Scio docere Recentiores, & nominatim Tamburinum *opusc. de exped. confess. l. 1. c. 2. §. 1.* sufficere novam confessionem dolorosam, at non per novum dolorem elicitum, sed per priorem dolorem in priori confessione habitum,

bitum, & adhuc virtualiter durantem in hac iterata confessione. Quod fateor speculativè verum esse. Sed displicet speculatio in re tam morali, & tanta facilitate novum dolorem eliciendi. Certè hinc sequeretur, posse me eadem dispositione, ac eodem dolore permanente, toties, quoties, iteratà confessione & absolutione de eodem peccato acquirere quantavis gratiam, & remissionem pœnarum, quantumvis gravibus peccatis debitarum, quod certè nugatorium videtur, & absurdum.

- 52 IV. Jam vides, quàm iterata confessio, cum nova dispositione & dolore debite facta non sit frustranea, sed omninò utilis, & fructuosa, tam quoad infusionem novæ, & uberioris gratiæ sanctificantis, & ex se deletivæ peccati, si adesset, quàm quoad remissionem pœnæ debitæ peccatis jam ante remissis, si tales pœnæ adhuc supersint, de quo rarum periculum: idque non tantùm ex opere operantis, seu novæ dispositionis, doloris, confusionis, erubescentiæ, aliorumque actuum pœnitentis, qui actus de se sunt fructuosi, & virtuosi, per quos justus meretur grætiæ augmentum, & remissionem pœnæ temporalis: sed etiam ex opere operato & virtute Sacramenti, uti docent DD. communiter cum D. Thoma in 4. *dist. 17. q. 3. a. 3.* Ratio est: quia Sacramentum concurrentibus omnibus requisitis ad essentiam, ac validam, & fructuosam sui susceptionem, semper confert suum effectum ex opere operato: sed in proposito

Señ. IV. De P
 pōto concurrant
 ad novum Sacram
 remota, scilicet per
 vera nova man
 nova, continet
 forma absolutionis
 Sacramentum suum
 scilicet gratiam San
 pœnæ temporalis, si
 6. Denique, qu
 maritalia jam lem
 nis Sacramenti, no
 tum & libera, ide
 citè possunt omitt
 qua: & in confes
 pleraque veniale
 aliqua, etiam plura
 jam facta legitime
 remanet: (ut co
 docet communi
 dign. 6. de Fun
 regl. 40.

Quâ ratione p
 hujus

I Peccatum
 est, est
 absolutionem &
 leus, quando re
 ein Sacramentu

posito concurrunt omnia requisita hujusmodi ad novum Sacramentum, utpote vera materia remota, scilicet peccata, etsi jam semel remissa; vera nova materia proxima, scilicet dispositio nova, contritio, & confessio peccati; vera nova forma absolutionis Sacramentalis: ergo confert Sacramentum suum effectum ex opere operato, scilicet gratiam, Sanctificantem, & remissionem poenæ temporalis, si supersit.

§. Denique, quia peccata tam venialia, quàm mortalia jam semel legitimè confessa sunt materia Sacramenti, non necessaria, sed sufficiens tantum & libera, ideo in confessione mortalium licitè possunt omitti venialia, vel omnia, vel aliqua: & in confessione venialium aliqua, etiam pleraque venialia: & in confessione generali, aliqua, etiam plura peccata mortalia, de quorum jam facta legitima confessione nullum dubium remanet: (ut contra Victoriam, Ledesma, alios) docet communis Sententia DD. apud Lugo *disput. 6. de Pœnitentia, Dianam p. 3. tract. 4. resol. 50.*

§. IV.

Quâ ratione peccata dubia sunt materia hujus Sacramenti?

I. **P**ECCATUM dubium, quod reipsa factum est, est materia sufficiens ad validam absolutionem & Sacramentum Pœnitentiæ: secus, quando reipsa factum non est: tunc enim Sacramentum nullum est. *Communis Ratio*

Ratio est: quia illud est materia sufficiens circa quam hujus Sacramenti, à quo quis potest validè absolvi: at tale est omne peccatum reipsâ commissum: Et illud non est materia sufficiens, à quo quis non potest validè absolvi: at à peccato dubio, quod in re commissum non est, non potest quis validè absolvi, cum implicet tolli per absolutionem, quod nunquam fuit: à peccato autem quantumvis dubio, si reverà commissum est, validè quis absolvitur, illudque verè tollitur per absolutionem, nihil obstante, quòd Pœnitens, vel etiam Confessarius absolvens dubitet de tali peccato, sitne reverà commissum, nec ne: quare tale dubium non facit, quòd peccatum, quod reverà peccatum & commissum, adeoque materia sufficiens hujus Sacramenti est, reipsâ peccatum, & commissum, & materia sufficiens Sacramenti non sit. Sicut nec è contra quòd reverà sit, quod non est: ergo &c.

- §§ II. Peccatum dubium solum per se non est materia licita absolutionis Sacramentalis absolutæ, & regulariter nec conditionatæ. *Omnes.* Ratio est: quia illud non est materia licita Sacramenti, à quo Sacerdos absolvens exponit Sacramentum certo periculo nullitatis ac irreverentiæ gravissimæ: sed absolvens absolutè à peccato dubio, de quo verè dubitatur, an factum sit, & consequenter an adsit materia sufficiens, & requisita ad valorem Sacramenti, exponit Sacramentum certissimo periculo nullitatis,

litatis,

S. II. De Peccatis & irreverentiis peccatis dubiis. Et tunc declinet a peccato dubio, si peccatum regulariter, proferre formas Sacramenti ex parte fuit, tunc in prima parte dicam.

III. Quòd si dubia continentur procedet Confessio circumstantiis per quod eorum peccatum dubio confitetur eum absolventem, quoties etiam adsit aliquis peccatus, quam dubium hoc peccatum & abest periculum Si nihil certi colligitur sub dubio peccatum est peccatum fatetur, fatetur; quod III. Quòd si nec

litatis, & irreverentiæ graviffimæ; ideoque certo peccat mortaliter abfolvens abfolutè à folis peccatis dubiis. Et licèt hoc periculum nullitatis declinet abfolvens à peccato fuo dubio conditionatè: *Si revera ita commiffi*: non tamen declinat peccatum irreverentiæ erga Sacramentum regulariter, cum etiam fub conditione proferre formas Sacramentorum absque urgente caufa ex parte fufcipientis, vel Miniftri, reverentiæ Sacramentorum repugnet, ut generatim dixi in prima parte num. 98. & mox infra iterum dicam.

III. Quòd fi ergo pœnitens mera peccata, **56** dubia confiteatur & nullum certum, in praxi fic procedet Confessarius. I. Si Confessarius ex circumftantiis personæ advertat pro certo aliquod eorum peccatorum, quæ pœnitens fub dubio confitetur, reverà effe commiffum: licitè eum abfolvit abfolutè (quemadmodum etiam, quoties pœnitens præter peccata dubia etiam adfert aliquod, vel aliqua peccata certa, licitè abfolvit eum ab omnibus abfolutè, tam certis, quàm dubiis, fi fortè commiffa fint) quia hoc peccatum Confessario fatis cognitum est, & abest periculum nullitatis Sacramenti. II. Si nihil certi colligere poffit Sacerdos, & peccata fub dubio propofita mortalia fint, induendus est pœnitens, ut aliquod peccatum certum fateatur, faltem veniale, aut mortale antea confeffum; quod ordinariè facile fieri poterit. III. Quòd fi nec hoc fieri poffit, & periculum

in mora sit, v. g. morte imminente &c. absolvendus est sub conditione: nimirum: *Si hujusmodi peccatorum coram DEO revera reus es. Ego te absolvo &c.* Idem fiet, si pœnitens ex simplicitate, vel ruditate nullum possit peccatum certum exponere, quantumvis instructus & adjutus à Confessario. Secus, si ex malitia non vellet peccata certa, velut certa confiteri, sed nequiter sub dubio proponere vellet: pro ut ipse non semel audivi tales confitentes. *Accuso me, si fortè ebrius fui, si detraxi proximo &c.* tunc enim tanquam non rectè dispositus sinè absolutione repellendus esset, idque ei significandum. IV. Denique si pœnitens sola venialia dubia adferat, nullumque certum exponat, extra saltem periculum mortis, non erit absolvendus, nec sub conditione quidem: cum nec venialia certa sint materia necessaria absolutionis, multò minùs dubia. Ratio dictorum est: quia forma absolutionis sub conditione nunquam proferenda est, nisi adsit periculum damni spiritualis in Pœnitente vel Ministro, quod aliter non potest commodè evitari: sed quando peccata dubia sunt mortalia, omninò subest periculum salutis præsertim morte instante: quando verò illa tantùm sunt venialia, certum est, nullum imminere periculum damni spiritualis: ergo &c.

57 IV. Ad validam ergo absolutionem absolute proferendam, & conferendam, semper ponenda est materia certa: cum alioquin Sacra-

§§. IV. De Pœnitentia exponere
 talis Sacramenti irrevocabilis, utique non
 ni certa, utique non
 neque etiam, quod
 nis inspirationibus
 opus, quod facit
 imperfectiones, in p
 quibus exponendis
 impelle Confessari
 possit; ut ex commu
 in. Hæc enim de
 in communi; &
 leis. De materia
 nam scilicet peccato
 ne explicanda sine
 dum erit infra, cui
 spectabit alia quæ
 peccata dubia lin
 ti: seu an peccat
 confessione explic
 res Sacramenti Pœ
 damus.

C A

De

S E

De Contritione

Seditiones hujus

Sedam necess

Pars III. de Sacra

cramentum exponeretur periculo nullitatis, mortali Sacramenti irreverentiâ: talis autem materia certa, utique non est peccatum dubium: sicut neque etiam, quòd quis non obtemperavit bonis inspirationibus, quòd non fecerit bonum opus, quod facile facere potuisset, & similes imperfectiones, ut jam supra etiam innui: in quibus exponendis non tenetur pœnitentem impedire Confessarius, etsi plerumque impediri possit; ut ex communi docet Lugo *suprà citatus*. Hactenus de materia remota Pœnitentiæ in communi; & de materia sufficienti in specie satis. De materia necessaria in particulari, quænam scilicet peccata, & quomodo in confessione explicanda sint, necessariò pluribus agendum erit infra, cum de confessione: quò etiam spectabit alia quæstio huic affinis: an hæc ipsa peccata dubia sint materia necessaria Sacramenti: seu an peccata dubia ut dubia necessariò in confessione explicanda sint. Jam ergo ad partes Sacramenti Pœnitentiæ exponendas procedamus.

CAPUT II.

De Contritione.

SECTIO I.

De Contritione generatim sumpta.

Sectiones hujus Capituli ob nimiam materiæ copiam necessariò subdividi debent in suas

PARS III. DE SACRAM.

D

distin-

50 Theol. Sacram. Pars III. Cap. II.
distinctas Quæstiones, & hæc rursus in suos §§.
more solito. Sit ergo

QUÆSTIO I.

Quid sit Contritio generatim sumpta?

SUMMARIUM.

58. Contritio generatim est animi dolor, & detestatio peccati.
60. Qualiter & ex quibus actibus concipi, & consurgere soleat? Usque ad n. 64.
64. Contritio essentialiter includit utrumque actum,
65. Tam detestationem, 66. quam dolorem.
67. Primario tamen, & principalius detestationem.
69. Cum proposito saltem virtuali.
71. Enumerantur reliqui actus ad essentialiam contritionis non spectantes? Usque ad n. 74.
74. Quid contritio perfecta; & imperfecta seu attritio, unde sic dicta?

ASSERTIO.

- 58 **C**ontritio est animi dolor, & detestatio de peccato commissio, cum proposito non peccandi de cetero. Ita in terminis definit Concilium Tridentinum Sess. 14. c. 4. Et ideò superius cap. 1. dixerat: Contritio est Pœnitentia, quâ offensam DEL cum peccati odio, & pio animi dolore detestamur. Ubi Concilium clarius expressit differentiam contritionis ab aliis peccati detestationibus, vel pœnitentiis insufficientibus, nimirum quòd contritione detestemur peccatum, non quomodolibet, sed tanquam offensam DEL, ut infra §. 3. in fine iterum notabo. Sed prior definitio, tanquam maximè authentica expli-

§. I. De Contritione
explenda nobis est
perius variis assertio-

Est animi dolor

Dolorum primus
quem quid n
ordine detestatio pri
suo effectu. Ideò
mor de peccato co
mor, adoninamur
stium vellemus &
ad Dominum DE
plicit, & ad vera
nem procedat, hi
solent.

I. Primus actus
cogitationem, &
rum, ut dicat ap
gravior deliquit,
solum sum, infern
tus secundus actus
DEO, ut dicat pe
me reconciliare con
ejus gratiam, ami
precipue, optimam
est pœnitentia, &
dum istum actum
detestatio, quæ p
quæcum discendo

explicanda nobis est, & omnimodis retinenda,
præ aliis variis afferri solitis.

§. I.

Est animi dolor, & detestatio peccati.

Dolorem primò locò ponit Concilium tan-
quam quid notius, cum tamen naturæ
ordine *detestatio* prior sit *dolore*, tanquam causa
suo effectu. Ideò namque dolemus, & trista-
mur de peccato commisso, quia illud detesta-
mur, abominamur, adesse nolumus, non fa-
ctum vellemus &c. Etenim, dum peccator
ad Dominum DEUM convertitur, seriò resi-
piscit, & ad veram poenitentiam ac contritio-
nem procedit, hi actus sequentes intervenire
solent.

I. *Primus actus.* Immittit DEUS peccatori
cogitationem, & agnitionem suorum peccato-
rum, ut dicat apud se. *Male me gessi, plane
graviter deliqui, DEUM offendi, inimicus DEI
factus sum, infernum merui &c.* Et mox ori-
tur *secundus actus*, cogitatio bona de placando
DEO, ut dicat peccator intrà se: *Omninò debeo
me reconciliare cum DEO, debeo illum placare,
ejus gratiam, amicitiam reparare &c.* Et quia
præcipua, optima, imò unica ratio placandi DEUM,
est poenitentia, & detestatio peccati, hiic secun-
dum istum actum sequitur è vestigio *tertius actus*,
detestatio, quâ peccator detestatur & execratur
peccatum dicendò v.g. *Utinam tale scelus non*

commissem : vellem, si fieri posset, nunquam offendisse DEUM, &c.

- ¶ II. *Detestatio* ergo est actus voluntatis, quo voluntas cum horrore avertit se à peccato, illud execratur, & damnat, ac à se amoliri tentat tanquam malum præsens gravissimum, ideòque quantum est in se, illud abolere, destruere, & non esse molitur. Hic quidem actus respectu peccati actualis commissi præteriti inefficax & conditionatus est: non enim potest voluntas absolutè & efficaciter velle peccatum commissum, & factum infectum fieri, cum hoc sit impossibile, & id efficaciter velle & conari, stultum, ut loquitur Div. Thomas: sed solum actu conditionato, & inefficaci, *si possibile esset*, vellet non peccasse, peccatum commissum non esse commissum, illudque simpliciter destruere, & infectum reddere, adeò, ut nisi impossibilitas rei obsisteret, voluntas omni modo, & medio efficere vellet peccatum non esse factum. Lugo *disp. 4. de Pœnitentia num. 16.* hunc autem sic exprimendum ait: *Si ego nunc haberem potentiam perficiendi, ut peccatum non fuisset, sum actu ita dispositus, ut essem eà usus hòc momentò.* Sic ille speculativè bene. Sed practicè meliùs, magisque energicè sic suspirabis. *O utinam non fecissem! vellem utique, si possibile esset, DEUM non offendisse. O mi DEUS! si sanguine meo, si morte quantumvis atroci fieri possit, ut non sis offensus. Ecce me! paratum cor meum. Si tormentis inferorum deleri possit,*

possit. Ecce me! nullum est, quod non merui, nullum, quod amore tui non praeligo peccato, quod tantoperè odisti &c. &c. Vide Asceticos scribentes de affectibus. Idem tamen actus detestationis efficax est, & absolutus respectu ejusdem peccati habitualis, ut adhuc habitualiter præsentis in offensa DEI, & voluntate nondum retractata. Efficaciter enim absolutè eo actu se voluntas à peccato avertit, & quantum fieri potest, reipsà illud destruit & abolet, offensam & injuriam DEI reparat & delet, atque efficit, ut modò coram DEO Optimo, & misericordissimo æquivalenter idem sit, ac si nunquam peccatum esset commissum. Hunc actum, quæso Tyro, bene comprehendere, & menti imprimere satage.

III. Hunc prædictum tertium actum detestationis, immediatè, infallibiliter, ac necessariò sequitur *QUARTUS ACTUS*, dolor seu tristitia mentis. Quemadmodum enim ex apprehensione & fruitione boni præsentis amati, necessariò sequitur gaudium seu lætitia animum suaviter afficiens: sic ex apprehensione, abominatione, ac detestatione mali præsentis noliti, ut in proposito, peccati omnium malorum mali pessimi, naturaliter sequitur animi dolor, & tristitia animum affligens, crucians, torquens, à quo doloris, ac tristitiæ actu & affectu multum pænoso, denominatur *pœnitentia*, ac per illum describitur à SS. Patribus ut *cap. I. §. I. visum: ac etiam Poëta I. Pont. I. Pœ-*

nitet! O siquidem miserorum creditur ulli! *Pœnitet!* & factò torqueor ipse meo! Dolor igitur seu *tristitia* illa nihil aliud est, quàm lucta, & inquietudo mentis conantis repellere malum præsens apprehensum, ut in proposito peccatum, & efficere, ut nunquam fuisset in rerum natura, sicque acrius hominem exagitans atque ad fugam mali extimulans, soletque indicari hâc phrasi. *Heu me miserum! quid feci? &c.* Cùmque hæc tristitia vehementius invalescit, non sistit in sola parte rationali, ac voluntate, sed partem quoque sensitivam sensibilibiter occupat, & quandòque redundat in ipsum corpus, illudque immutat: hinc suspiria, lamenta, singultus, lachrimæ, deliquia, &c. Quamquam hæc sensibilis tristitia in corpus redundans, non tantùm non sit necessaria, tamen neque ejus defectus necessarium, vel probabile signum est deesse, vel defuisse verum dolorem, & coram DEO sufficientem ad peccati abolitionem. Quare pœnitentes non debent esse scrupulosè solliciti de habenda tristitia, vel dolore ob peccata perpetrata. Modò enim illud verè, & ex animo suo detestentur, per se necessariò sequetur hæc tristitia vel dolor animi, etsi fortè reflexè non advertatur. Etenim dolor ita necessariò sequitur detestationem in homine viatore, sicut sequitur gaudium ex vehemènti amore boni possessi; ut ex Laymanno jam suprà dixi. Ideòque homines à Confessariis, ac Concionatoribus efficaciter excitandi sunt ad horrorem, & detestatio-

Set. I. De Cas
 statum peccati, p
 casu & morva, q
 mo magis elucida
 sta sunt a. n. 7. p
 Attritione in pa
 IV. Polius, re
 telationis & accion
 tellant, ac dolente
 solent. Quædam
 Misere mei DE
 emendationis, seu
 aiam Concilium
 contritionis. Sep
 pro peccatis, seu
 sam DEO per
 plicatis, jam pri
 quanam ex de
 Contritionis? Y
 Aliqui in sola
 lore essentiam co
 sum videre est apu
 simpliciter.

Est dolor, &
 COntritione
 lo dolore
 tione peccati con
 Henriquez, Con
 di. 4. sect. 1. E

stationem peccati, proponenda & inculcanda, capita & motiva, quibus eorum malitia ac turpitudine magis elucefcant: qualia partim jam propofita funt *a. n. 7. & fecl. 2. & 3.* de Contritione & Attritione in particulari.

IV. Post hos, tertium & quartum actum deteftationis & doloris, in verè fic pœnitente, deteftante, ac dolente peccata, tres alii actus fequi folent. *Quintus*, petitio veniæ, dicendò v. gr. *Miferere mei DEUS &c.* *Sextus*, propositum emendationis, feu non peccandi de cætero, quem actum Concilium difertè appofuit in definitione contritionis. *Septimus*, voluntas fatisfaciendi pro peccatis, feu vindicandi injuriam & offenfam DEO per peccata irrogatam. His ita explicatis, jam principaliter quæritur, quot, & quinam ex dictis actibus, funt de effentia Contritionis? Mira hic opinionum diverfitas. Aliqui in fola deteftatione; alii in folo dolore effentiam contritionis conftituunt, ut paffim videre eft apud Authores. Dico breviter, & fimpliciter.

§. II.

Est dolor, & deteftatio Effentialiter.

Contritio nimirum effentialiter, nec in fô 64
lo dolore vel triftitia, nec in fola deteftatione peccati confiftit, fed in utroque fimul. Ita *Henriquez*, *Coninck*, aliisque citatis Lugo *cit. difp. 4. fecl. 1.* Et apertè fignificat Tridentinum

in definitione tradita. *Est animi dolor, & detestatio &c.* Ratio sumitur ex natura ipsius contritionis. Contritio enim dicit actum, qui & affligat ac velut *conterat* cor pœnitentis, & hunc à peccato avertit: sed hunc actum necessariò oportet esse compositum ex duobus illis actibus: *dolor* enim affligit, *detestatio* à peccato averit: ergo contritio essentialiter includit utrumque. Ostendo breviter in particulari.

65 I. *Detestatio peccati est de essentia contritionis, & non solus dolor.* Quia contritio debet formaliter opponi peccato, & ut loquitur Tridentinum, *voluntatem peccandi excludere*: atqui detestatio peccati formaliter opponitur peccato, & peccandi voluntatem directe excludit: non sic dolor ex se; nisi quatenus à tali detestatione procedit, ut manifestum est: Unde idem Concilium Trident. in altera definitione *eàd. Sess. 14. cap. 1.* detestationem in recto ponit dicens: *Est pœnitentia, quâ offensam DEI cum peccati odio, & pio animi dolore detestamur.*

66 I. *Dolor etiam est de essentia contritionis, & non sola detestatio.* Nam secundum communissimam Sententiam cum Div. Thoma 3. p. q. 87. artic. 1. *suppl.* Pœnitentia actualis, adeoque Contritio non habet locum in Beatis; utique ob defectum alicujus essentialis requisiti ad pœnitentiam seu contritionem, quia scilicet non sunt capaces doloris vel tristitiæ, quippe ab-

Sess. I. De Co
 serpi gaudis bea
 tibus habent detest
 canum præterito
 tio, sed etiam dol
 sentia contritio
 quid sit, in ill
 birualis, quod con
 III. Contritio p
 ne, ex quibus sar
 communis DD.
 Naturis, Suave
 tionem formalite
 detestatione con
 cessario sequatur
 id, quod in con
 tio jam data est
 liter opponitur
 doloris, a qua e
 ferens) honeste
 trahit. Ideo e
 qua procedit ex
 motivo honeste
 est offensâ DEI,
 inhonestus, s
 tationis procedit
 quia deprehensu
 Lingua campana
 IV. At, non
 Contritio præcip
 tionem, ac ve
 tati: Et tam sa

sorti gaudiò beatificò. Atqui Beati sinè dubio habent detestationem perfectissimam peccatorum præteritorum : ergo non sola detestatio, sed etiam dolor, seu tristitia debet esse de essentia contritionis seu pœnitentiæ actualis : quid sit, an in Beatis permaneat pœnitentia habitualis, quod communius asseritur.

III. *Contritio primariò consistit in detestatio-67*
ne, ex qua necessariò sequitur dolor. Ita omninò communis DD. & ita sinè dubio intelligendi *Navarrus, Suarez, Reginaldus*, alii, qui contritionem formaliter & essentialiter absolutè in detestatione consistere docent, licèt eam necessariò sequatur dolor. Respexerunt enim ad id, quod in contritione præcipuum est. Ratio jam data est *N. I.* quia detestatio formaliter opponitur peccato, & est necessaria causa doloris, à qua etiam dolor (alioquin de se indifferens) honestus & utilis suam specificationem trahit. Ideò enim dolor honestus & utilis est, quia procedit ex tali detestatione peccati sub tali motivo honesto & supernaturali, utpotè quia est offensa DEI, &c. alioquin futurus inutilis & inhonestus, si ex alio non honesto motivo detestationis procederet, ut si fur sua furta deploret, quia deprehensus debet fieri longa Littera, seu Lingua campanæ campestris.

IV. At, nonne ipsa nomina, *Pœnitentia, & 68*
Contritio præcipuè *pœnam, dolorem*, compunctionem, ac velut contritionem cordis important? Et tam sacra Scriptura, quàm SS. Patres

passim pœnitentiam, vel contritionem per dolorem, planctum, pœnâsque definiunt. ut patet locis aliquot allegatis *cap. I. num. 1.* Ergo pœnitentia, & contritio præcipuè consistit in dolore, tristitia, pœna. *R. Nego consequentiam.* Non enim sic definiunt, quasi aut in solo dolore, aut in eo præcipuè consistat ratio essentialis pœnitentiæ ac contritionis, sed quia dolor est notior, quippè sæpè in corpus influens, ut supra notatum: cum tamen necessariò supponat detestationem tanquam sui causam, sed minùs manifestam, vel apparentem. Alioquin sæpe etiam detestatio, & aversio à peccatis exprimitur, ut Ezechielis 33. v. 13. *impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conversus* (id est aversus per detestationem) *faciit ab impietate sua.*

§. III.

Cum proposito non peccandi de cætero. remissivè. Et quid de reliquis actibus?

59 I. **A**D veram pœnitentiam, & contritionem sinè dubio requiritur propositum emendandi, seu non peccandi de cætero. Utrum autem requiratur ad essentiam contritionis propositum formale explicitum, an vero sufficiat propositum virtuale implicitum necessariò contentum & imbitum in ipso actu seriæ detestationis & doloris de peccatis, quatenùs sunt offensa DEI, causa æternæ damnationis &c. de hoc pluribus necessariò agendum erit inferiùs suò locò *sect. 4. hujus capitis.*

§. Ex

§. Ex dictis jam liquet, quotnam actus sint 70
de essentia contritionis ex septem enumeratis.
Nimirum, *tertius*, *quartus*, & *sextus*, De-
testatio, dolor, & propositum saltem virtuale
emendandi, & non peccandi de cætero. Reli-
qui quatuor actus non sunt de essentia intrin-
seca contritionis, sed vel prævii, vel subsequen-
tes, nec omnes semper necessarii. Percurro
breviter.

II. *Primus actus*, scilicet recordatio & ag-71
nitio peccatorum commissorum sine dubio
necessariò præcedere debet actualem contritio-
nem & detestationem peccatorum, proponen-
do scilicet voluntati objectum detestandum &
dolendum: cum voluntas non possit ferri in
incognitum. Qualis autem debeat esse ista re-
cordatio peccatorum in ordine ad confessio-
nem; videbitur suò locò *cap. 3.* cum de exa-
mine prævio requisito ad confessionem. *Se-
cundus actus*, pia illa cogitatio de reconcilian-
do se cum DEO, etiam regulariter, at non neces-
sariò & semper præcedit, ut experiètiâ patere
potest. *Quintus actus*, petitio veniæ explici-
ta, similiter communiter, at non necessariò
semper contritionem comitatur. Jam enim
implicitè petis veniam, dum seriò detestaris &
doles peccandò DEUM offendisse: quanquàm
valdè expediat etiam expressè, formaliter & hu-
militer petere veniam offensæ, ac remissionem
culpæ commissæ, atque animitus dicere: *mise-
rere*

vere mei DEUS, secundum magnam misericordiam tuam, &c.

72 III. Septimus actus tandem, voluntas ac propositum satisfaciendi DEO offenso, ac peccatum in se vindicandi, utique spectat ad Sacramentum Pœnitentiæ: at non ad primam partem, *contritionem*; sed ad tertiam partem, *satisfactionem*, pertinet. Quin extra Sacramentum, ad veram contritionem, etiam perfectam, neque ex natura rei, neque ex præcepto aliquo necessaria est illa voluntas satisfaciendi DEO particulariter in hac vita, uti (contra Sotum, aliosque) ex communi docent Suarez *hic disp. 5. num. 8.* Coninck *disp. 2. num. 60.* Gobat. *Alphab. Confit. Casu III. n. 43.* Neque enim sacra Scriptura videtur nos ad satisfaciendum DEO in hac vita obligare aliter, quam nos humiliando coram DEO, & abominandò, dolendòque nostram improbitatem. Et si quid amplius exigere videatur, abundè satisfit, tum per omni contritioni annexum votum confitendi, acceptandique pœnitentiam à Judice Sacramentali injungendam; tum maximè per *sextum actum*: scilicet propositum emendandi vitam, adeoque servandi omnia præcepta DEI & Ecclesiæ: & consequenter etiam humiliter perferendi flagella DEI, quibus illi in nos fortè advertere placuerit &c.

73 IV. Et hisce explicata manet definitio contritionis generatim sumptæ potissimum quoad genus, scilicet *desestationem, & dolorem*. Diferen-

Se. I. De Con
tento ab aliis delect
primus per unicam
geni scilicet peccat
ce, quatenus con
juria DEI est
Tridentinum de
tione tradit l. 14.
sejam DEI cum pec
desertum: emq
formale contritioni
offensa, & injuria
tam habes cap. 1.
autem differentia
fecta, delinenda
contritio quævis
quibus in sequenti

Quotuplex

Duplex. U
contritio
ritas, dolentia
DEI summi boni
stificativa peccato
sine voto Sacram
perfecta, & prop
concupitur, & pe
intenti, v. g. ex
tatum est justificatio

rentia ab aliis detestationibus & doloribus exprimitur per unicam voculam, *peccati*, intelligendô scilicet *peccatum* formaliter, & Theologicè, quatenus contra DEUM *sen* *offensa*, & *injuria DEI est*. Quam differentiam Concilium Tridentinum clarius expressit in secunda definitione tradita sess. 14. c. 1. *Est pœnitentia, quâ offensam DEI cum peccati odio, & pio animi dolore detestamur*: eamque differentiam & objectum formale contritionis, quatenus scilicet *peccatum* *offensa, & injuria DEI est*, generatim latè explicatam habes *cap. 1. sect. 1. §. 3. per tot.* In specie autem differentia Contritionis, perfectæ, imperfectæ, desumenda est à motivo speciali, sub quo contritio quævis utilis peccatum detestatur, de quibus in sequentibus.

§. IV.

Quotuplex est contritio hâc quæstione explicata?

DUplex. Una perfecta & simpliciter dicta *74*
contritio, quæ concipitur ex motivo charitatis, dolétque de peccato quatenus est *offensa DEI summi boni, super omnia dilecti*: estque justificativa peccatoris extra Sacramentum, etsi non sinè voto Sacramenti. Altera est contritio imperfecta, & proprio nomine dicta *Attritio*, quæ concipitur, & peccatum detestatur ex alio motivo inferiori, v. g. ex metu gehennæ & pœnarum &c. Et non est justificativa peccatoris, nisi cum Sacramento

mento mortuorum, Baptismo, & Pœnitentiâ, Unde sic dicta: *Contritio*, quòd peccatorem perfectè; & proximè disponat ad gratiam sanctificantem, ipsùmque peccatum omninò debeat, ac veluti *conterat*. *Attritio* verò dicitur, eò quòd peccatorem non penitus disponat ad ipsam gratiam sanctificantem, sed solum ita disponat, ut cum Sacramento capax sit gratiæ sanctificantis, ipsùmque peccatum per se immediatè non debeat, vel conterat, sed solum quasi *atterat*, & ita applicet, ut per Sacramentum remissibile fiat, quæ latius patebunt ex dicendis de singulis in particulari.

75 Antequam autem particularia utriusque hujus speciei explicemus, melioris ordinis gratiâ, prius explicandæ sunt qualitates doloris ac detestationis in communi, qualis nimirum debeat esse dolor in omni contritione generatim, seu perfecta, seu imperfecta sufficiente ad justificationem, ac remissionem peccatorum, tam cum, quam extra Sacramentum. Facilitatis causâ, nominabimus solum *dolorem*: semper subintelligentes etiam detestationem, quippè essentialiter prærequisitam, juxta dicta superius, præsertim §. 2.

QUÆSTIO II.

Qualis debeat esse dolor in omni Contritione generatim?

SUMMARIUM.

77. *Contritio ad Sacramentum sufficiens necessario debet esse I. Dolor formalis. Ita ut.*

78. Non

Sect. I. De Co
 76. Non sufficit tantum
 76. Mens implicitus
 unis;
 76. At implicitus in
 77. Vel in delictis
 77. Nectiam sufficit
 77. II. Dolor
 77. Tenet parte
 77. Quare parte
 77. Unde non sufficit de
 78. III. Dolor esse
 mortalium.
 78. Non tamen requiritur
 78. Quia per distincti
 78. Aut ad singula
 fit.
 78. Sed sufficit exten
 singula mortalium
 78. De diuersitate
 78. IV. Dolor esse
 A S
 O Mnis contri
 caturum,
 malis in Sacram
 mouer salis re spect
 impio (altens p
 satisfaciendâ, &
 nullum.
 Debet esse dol
 Contritio, pr
 i Pœnitentiæ

78. Non sufficit tantum virtualis, s. g. amor DEI;
 79. Minus implicitus in sola voluntate de cetero non peccandi;
 80. Aut implicitus in desiderio doloris.
 81. Vel in desiderio absolutionis.
 82. Nec etiam sufficit qualiscunque formalis & explicitus.
 83. II. Debet esse supernaturalis.
 85. Tam ex parte principii effectivi.
 86. Quam ex parte motivi.
 87. Unde non sufficit dolor mere naturalis.
 88. III. Debet esse Universalis respectu omnium peccatorum mortalium.
 89. Non tamen requiritur extensio eius explicata ad singula per distinctos actus
 90. Aut ad singula ut distincte recitata, esto optimum fit.
 91. Sed sufficit extensio ejusdem actus doloris implicita ad singula mortalia in confuso apprehensa.
 94. De dolore ventralium. Usque ad n. 98.
 98. IV. Debet esse efficax. Usque ad n. 103.

ASSERTIO.

Omnis contritio sufficiens ad remissionem peccatorum, debet necessariò esse dolor formalis in Sacramento: supernaturalis semper: universalis respectu mortalium: & efficax, cum implicito saltem proposito emendandi, confitendi, satisfaciendi, & spe venia. Est tota communissima.

§. I.

Debet esse dolor formalis in Sacramento

Contritio, prima pars materialis Sacramenti Pœnitentiæ, necessariò debet esse dolor formalis

formalis, quo nimirum voluntas verè, & explicitè doleat ac detestetur peccatum ut Offensam DEI. Communissima, & certissima post Concilium Tridentinum *sess. 14. cap. 3.* tam clarè requirens, & exigens *contritionem* ad Sacramentum Pœnitentiæ. Verba autem Conciliorum, sicut & quarumvis legum propriè, & simpliciter, adeoque in proposito, de vera formali contritione, & dolore ac detestatione peccati, intelligenda sunt. Non ergo sufficit ullus dolor tantum virtualis & implicitus, contentus in alio actu, qui non est contritio, dolor & detestatio peccati formaliter. Exempli causâ:

78 I. Ipsemet actus amoris DEI super omnia (qui simul est virtualiter & eminenter contritio, ut suò locò patebit,) etsi se solo sufficiat ad remissionem peccatorum, non tamen sufficit ad Sacramentum Pœnitentiæ, cujus pars essentialis est dolor formalis de peccatis commissis, & non amor DEI super omnia, secundum communissimam Theologorum Sententiam. Attamen in praxi non est scrupulandum: moraliter enim vix fieri potest, quin confessurus, adeoque de peccatis suis actu cogitans, si eliciat actum amoris DEI super omnia, non etiam formaliter doleat de peccatis suis, etsi fortè fervore amoris absorptus, dolorem suum non advertat.

79 II. Multò minùs sufficit dolor implicitus in sola voluntate imposterùm non peccandi: eùm propositum non peccandi de cætero stare possit

S. A. De Co
 pelli cum complac
 quam tamen comp
 deat dolor resp
 remissionem pe
 III. Non
 derio dolere, si
 leas et non dolere,
 cati: nam dolor de
 essentialis Sacramen
 vel dolor de care
 iterum Doctores
 scientiæ; cum op
 dolere; plerimò
 dolorem, etsi impli
 rum dolor non est
 ris quoad substantiam
 doloris, quod videt
 tentum & sensibile
 non sunt necessar
 da non est. Lessius
 IV. Neque su
 deo abolitionis
 percipere fructum
 ut docuerunt
 lus &c. apud Ta
 modo post Triden
 ti) Idque etiam
 ta communissima
 denium dolor
 cramenti Pœniten
 tui contreatis,
 Pars III. DE SAC

possit cum complacentia de peccato præterito :
quam tamen complacentiam necessario excludere
debet dolor requisitus ad Sacramentum &
remissionem peccatorum, secundum omnes.

III. Non sufficit dolor implicitus in desi- 80
derio doloris, si nimirum optes dolere, aut do-
leas te non dolere, si reverà absit dolor de pec-
catis : nam dolor de peccatis commissis est pars
essentialis Sacramenti, non desiderium doloris,
vel dolor de carentia doloris. Monent tamen
iterùm Doctores pro praxi : quòd timorata con-
scientiæ ; cum optant dolere, vel dolent se non
dolere, plerùmque habeant verum formalem
dolorem, etsi ipsimet non percipiant : unde eo-
rum dolor non est de carentia vel absentia dolo-
ris quoad substantiam, sed solùm quoad qualitatem
doloris, quòd videlicet non habeant dolorem in-
tensum & sensibilem &c. quæ tamen qualitates
non sunt necessariae, quare talibus absolutio negan-
da non est. Lessius, Hurtad alii cum Gobat n. 111.

IV. Neque sufficit dolor implicitus in desi- 81
derio absolutionis, seu in voluntate desiderante
percipere fructum Sacramenti Pœnitentiæ (pro-
ut docuerunt olim Sylvester, Rosella, Ange-
lus &c. apud Tannerum *disp. 5. q. 6. num. 72.*
modo post Tridentinum sine dubio non docturi)
Idque etiam si sola venialia confitearis, jux-
ta communissimam DD. Nam secundum Tri-
dentinum dolor formalis est pars essentialis Sa-
cramenti Pœnitentiæ absolutè, quæcunque pec-
cata confitearis, sive mortalia, sive venialia.

Ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: atqui Sacramentum Pœnitentiæ semper debet consistere suis partibus, etiamsi venialia sola confitearis: ergo &c. Quare graviter peccat, qui etiam sola venialia, vel ob causam mortalia jam legitimè priùs confessi, confitetur sinè omni formali dolore: quia non ponit materiam Sacramenti, adeoque Sacramentum nullum reddit, aut ad minimum & certissimè periculo nullitatis Sacramentum, & se Sacrilegii exponit.

82 §. Denique non sufficit etiam dolor formalis, & explicitus: ut 1. vel non de ipso peccato commissio, sed tantum de pœna, vel alio effectu malo consecuto, infamia, morbo, &c. 2. Vel non de peccato ut commissio à se tanquàm reo, vel peccatore, sed solum de peccato absolute in abstracto considerato. 3. Vel de peccato ut à se commissio, at non ut est offensa DEI, quatenus scilicet commissum contra legem & voluntatem DEI, ipsum DEUM offendit ac inimicum reddit, sed sub alia ratione considerato v. g. quatenus est contra honestatem naturalem, malorum naturalium causativum &c. de quibus infra. 4. Vel etiam de peccato, ut est offensa DEI, at non propter ipsum DEUM, eumque sibi reconciliandum, sed propter alium finem, temporalem præsertim. Atque hæc ipsa omnia involvens sequitur altera particula, & qualitas contritionis utilis.

§. II.

Superna

Contritio est
 litem peccatorum
 cramento Pœnitentiæ
 ruralis est parte pri
 DEO & propter DE
 contra peccatos T
 Viliam, Cœcum
 attentionem solis n
 honorem nocum
 sificationem in S
 tentiæ.) Jam post
 munis, & certa
 tit. q. 6. m. 86.
 batur breviter.

I. Debet esse
 generatim est: c
 proportionarum
 debet esse ejusdem
 da; atqui peccator
 peccatore est modis
 obtinendam grati
 nis & tora maxi
 ipsa contritio, seu
 millionem peccato
 cum, sive sine Sac
 rami, & quidem

Ex parte pri
 ventiali contritio

§. II.

Supernaturalis semper.

Contritio sufficiens, & necessaria ad remissionem peccatorum, sive cum, sive sine Sacramento Pœnitentiæ, debet esse dolor supernaturalis ex parte principii & motivi, scilicet à DEO & propter DEum ultimatè. Ita < sanè contra præcipuos Thomistas *Cajetanum, Sotum, Victoriæ, Canum, Ledesmam*, alios docentes, attritionem solis naturæ viribus elicitam, & ob horrorem nocenti temporalis sufficere ad justificationem in Sacramento Baptismi & Pœnitentiæ.) Jam post Concilium Tridentinum communis, & certa Sententia DD. teste *Tannero. cit. q. 6. num. 86. Layman. hic cap. 1. n. 9.* Probatum breviter.

I. Debet esse dolor *supernaturalis*. Ratio generatim est: quia omne medium debet esse proportionatum ad suum finem: & dispositio debet esse ejusdem ordinis cum forma inducenda; atqui pœnitentia & contritio in homine peccatore est medium & dispositio necessaria ad obtinendam gratiam sanctificantem: quæ est finis & forma maximè supernaturalis: ergo & ipsa contritio, seu pœnitentia sufficiens ad remissionem peccatorum & justificationem, sive cum, sive sine Sacramento debet esse *supernaturalis*, & quidem

II. *Ex parte principii effectivi*. Debet nimis sum ælici contritio cum supernaturali, & specia-

li DEI auxilio, seu gratiâ actuali excitante, movente, adjuvante, & concurrente ad talem eliciendum utilem dolorem, ac detestationem peccati. Quamobrem Concilium Tridentinum *sess. 14. c. 4.* disertè dicit, attritionem, quæ juncta Sacramento Pœnitentiæ impetrat DEI gratiam, esse donum DEI & impulsus Spiritus Sancti moventis &c. Et *sess. 6. can. 3.* de justificatione ita fulminat: *Si quis dixerit sine, præveniente Spiritus Sancti inspiratione & adjutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut justificationis gratia conferatur, anathema sit.* Sic Tridentinum, & ante illud olim idipsum definitum est in variis Conciliis, & nominatim Arausicano I. Can. 6. *Si quis dixerit per natura vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vita, cogitare, aut eligere, seu singulari & salutari prædicationi consentire posse confirmat absque illuminatione & inspiratione Spiritus Sancti, hæretico fallitur spiritu.* Hæc ibi, apud Layman *n. 9. fine.*

86 III. Ex parte motivi. Debet nimirum dolor ille contritionis vel attritionis elici propter motivum aliquod supernaturale, supernaturaliter scilicet per lumen fidei cognitum ex revelatione divina. Ratio patet ex dictis *n. precedenti.* Nam hoc ipso, quòd Concilia requiri definiunt principium supernaturale ad eliciendum actum contritionis seu pœnitentiæ, etiam significant ipsum actum contritionis, vel attritionis debere esse supernaturalem ex parte motivi,

Sci. I. De
 tiv, seu objecti fo
 reo principium fu
 naturalis ex natu
 mod ergo m
 nis ac pœnitenti
 ipse DEUS lib. ab
 relatum ad DEUM
 to commo, quæ
 quatenus est offen
 omnia amanti, c
 illi debitam: (loc
 perflita, alia ar
 mi Domini super
 ipsi debitum:
 contra obedientiam
 Benefactoris, Ca
 vatoris, contra
 ut supremi, &
 detestantis & pu
 les, quia peccati
 par, excludit à b
 no & temporales
 penitendas in vi
 ut *sess. 3.* de m
 bitur.
 IV. Non ergo
 est ad Sacramen
 nem peccatorum
 detestatio peccati
 line & concep
 novum mere na

tivi, seu objecti formalis. Cur enim require-
retur principium supernaturale, si sufficeret actus
naturalis ex naturali motivo elicitus? Hujus-
modi ergo motivum supernaturale contritio-
nis ac pœnitentiæ debet necessarió esse aut
ipse DEUS sub aliqua sui ratione, aut aliquid
relatum ad DEUM: ut si doleas de pecca-
to commisso, quatenus avertit à DEO, seu
quatenus est offensa DEI, ut summi boni super
omnia amandi, contra amorem & amicitiam
illi debitam: (*hoc solùm est motivum contritionis
perfecta, alia attritionis tantùm*) vel ut supre-
mi Domini super omnia colendi, contra cultum
ipsi debitum: vel ut supremi Legislatoris,
contra obedientiam ei debitam: vel ut supremi
Benefactoris, Creatoris, Conservatoris, Sal-
vatoris, contra gratitudinem ei debitam: vel
ut supremi, & justissimi Judicis super omnia
detestantis & punientis peccata: vel denique do-
les, quia peccatum animam coram DEO detur-
pat, excludit à beatitudine, inducit pœnas æter-
nas & temporales à Deo infligendas, vel saltem
permittendas in vindictam peccatorum, &c. pro-
ut *sect. 3.* de motivis attritionis magis specifica-
bitur.

IV. Non ergo sufficit, sed vanus & inutilis 87
est ad Sacramentum pœnitentiæ ac remissio-
nem peccatorum obtinendam, omnis dolor &
detestatio peccati naturalis tantùm, factus sci-
licet & conceptus naturalibus viribus propter
motivum merè naturale ac naturali lumine co-

gnitum. Ut si doleas de peccato propter naturalem ejus, ac velut philosophicam turpitudinem ac deformitatem, ut pote quatenus est contra rectam rationem vel honestatem naturalem; vel quatenus naturaliter est inductivum pœnarum, ac malorum naturali modo ad tale peccatum consequentium; ut propter morbum, infamiam, supplicium. v.g. doles de hesternâ ebrietate, quia hodie caput acriter dolet, vel quia à Domino vel Superiore acriter puniendus es &c. de quibus *locò cit. infra*. Interim tamen jam nosse debes, quàm meritò inter propositiones ab INNOCENTIO XI. damnatas etiam posita sit hæc 57. *Probabile est sufficere attritionem naturalem, modò honestam.*

§. III.

Universalis respectu mortalium.

- 88 I. **D**olor contritionis omnis debet esse universalis respectu omnium peccatorum mortalium, ita scilicet ut se vel explicitè vel implicitè extendat ad omnia peccata mortalia ab homine commissa, & saltem nondum remissa. Certum apud omnes. Ratio clara est: quia nullum peccatum potest remitti absque pœnitentia, dolore, & detestatione cum proposito emendandi: atqui unum peccatum mortale non potest remitti sinè alio; peccatum enim mortale non remittitur, nisi per infusionem gratiæ sanctificantis, quæ simpliciter non potest stare cum ullo peccato mortali; alioquin talis

§. I. De C
talibus esse
doleat, & detesta
nis debet esse sic
omnia peccata mor
talesque vel ex
que potest fieri
plurimè contritionem
quando quis de sin
is distinctè recog
res distinctos. Se
co actu doloris
sanguis suis pecc
gatis. Similitè
implicitè extend
rum. IV. patet
dendò. Dico

II. Non re
lorum dolorum
rum quis de ot
talibus totidem
(contra Adriam
nonnullos) com
Sacro. Convent
Ratio clara est:
tio, vel attritio
dem momento
sanctificans: sed
attritio cum Sac
te ne cogitet qu
bus doleat de
missis: Patet 1.

talis homo esset justus, & non esset justus: ergo dolor, & detestatio Pœnitentiæ seu contritionis debet esse sic universalis, & se extendere ad omnia peccata mortalia, saltèm nondùm remissa: idque vel *explicitè*, vel saltèm *implicitè*. Utrumque potest fieri dupliciter. *Primò modò* explicitè extenderetur dolor ad omnia mortalia, quando quis de singulis mortalibus à se commissis distinctè recognitis eliceret singulos dolores distinctos. *Secundò modò*, quando quis unico actu doloris elicitò doleret de omnibus & singulis suis peccatis mortalibus distinctè recognitis. Similiter dupliciter potest se dolor *implicitè* extendere ad omnia mortalia, ut infra num. IV. patebit. Jam clarè & distinctè procedendò. Dico

II. Non requiritur extensio explicita singulorum dolorum ad singula mortalia, ut nimirum quis de omnibus & singulis peccatis mortalibus totidem distinctos dolores eliciat. Ita (contra *Adrianum*, *Sylvestrum*, *Angelum*, alios nonnullos) communis, & certa Sententia DD. *Suarez*, *Coninck*, *Layman*, *Lugo*, Alii passim. Ratio clara est: quia quando adest vera contritio, vel attritio cum Sacramento, statim eodem momento sequitur justificatio, seu gratia sanctificans: sed potest adesse vera contritio vel attritio cum Sacramento, etiamsi quis explicitè ne cogitet quidem, nedùm distinctis doloribus doleat de singulis mortalibus à se commissis: Patet 1. Ex Scriptura, & Historiis de

quàm plurimis subito justificatis, Davide, Magdalenâ, bono Latrone, Saulo, antequam de singulis peccatis cogitare, nedùm distinctis doloribus dolere potuissent. 2. Defacto rectissimè absolvuntur à Confessariis gravissimi peccatores, qui obruti subito mortis periculò nullum prorsus tempus habent de singulis peccatis cogitandi, nedùm de singulis seorsim dolendi. 3. Certè neque in ordinaria Confessione opus est, ut post singula peccata itidem dicas: *doleo, miserere mei DEUS: sed sufficit abundè, si dicas post omnia enarrata: De his omnibus peccatis, aliisque fortè oblitis doleo mi DEUS, ex animò, & dæstor meam malitiam, quòd toties tam graviter Te DEUM summo amore dignum offenderim, &c.* 4. Denique hoc esset absque ullo fundamento miseris peccatoribus imponere onus nimis grave, & sæpe impossibile, tum ob brevitatem temporis: tum ob multitudinem peccatorum ac malitiarum: imò sæpe etiam periculosum, ut dum pœnitens inhæret uni peccato detestando, dolor se ad alia non extendat, sed alia prætereat, aliis fortè de novo titilletur. Quare & Confessarius, quando advertit pœnitentem alicui crimini valde addictum esse, v. g. mollitiei, vindictæ &c. non debet inculcare specialem doloris actum circa illud peccatum, cum periculum subsit, ne illud seorsim non ex animo detestetur, sed de novo magis implicetur, sed potiùs generalem ferium dolorem de omnibus peccatis urgeat.

Set. I. De Co
 III. Neque reque
 doloris ad omnia
 distinctè recognosc
 examine singul
 revocet omnia
 bus dolent. quon
 per se loquendi
 plures abrogant
 num. 23. Com
 gelis Suarez dicitur
 part. 4. tract. 4.
 Atque idipsum et
 non. præced. E
 apud Tannerum
 rint peccatores
 probant, esse nec
 ab omnibus tac
 tum est ex vi
 Nemo enim di
 fessionis facien
 memoriam deb
 dum speciem, &
 secusà obligatio
 diest copia C
 præceptum, ita
 in ipse, & nu
 contritionem de
 tem elicere quis
 libriter monet
 su. Utilissim
 homo, qui de

III. Neque requiritur extensio ejusdem actûs 90
 doloris ad omnia & singula peccata mortalia,
 distinctè recogitata; seu ut dolens, institutò
 examine singula sua mortalia sibi in memoriam
 revocet omniumque actu recordatus, de omni-
 bus doleat, quantum est ex vi contritionis, &
 per se loquendò. Ita (contra Nugnum, &
 plures allegantem Tannerum *disput. 5. quest. 6.*
num. 28.) Communis DD. plurimisque con-
 gessit Suarez *disput. 4. sect. 6.* Lugo *cit. Diana*
part. 3. tract. 4. resolut. 118. Gobat *num. 97.*
 Atque idiplum etiam abundè probat ratio data
num. preced. Exempla, & textus Scripturæ
 apud Tannerum solum docent, quid alii fece-
 rint peccatores pœnitentes, minimè autem
 probant, esse necessariò imitandos, & idiplum
 ab omnibus faciendum. Dixi tamen: *Quan-*
tum est ex vi contritionis, & per se loquendò.
 Nemo enim dubitat propter obligationem con-
 fessionis faciendæ, omnia peccata mortalia in
 memoriam debere revocari, ut omnia secun-
 dùm speciem, & numerum explicari possint. At
 seclusâ obligatione confessionis, aut quando
 deest copia Confessarii, certè nullum apparet
 præceptum, ita singillatim recogitandi peccata
 in specie, & numero, ad hoc ut dolorem ac
 contritionem de iis ad justificationem sufficien-
 tem elicere quis possit. Sapienter tamen & sa-
 lubriter monet Layman *hic tract. 6. cap. 4. n. 3.*
sine. Utilissimum esse, & semper fuisse, ut
 homo, qui de peccatis justificari vult, omnia

& singula mortalia recogitet, & ea singillatim detestetur: 1. Ut tantò certior sit de vera sua contritione. 2. Ut pro pœna temporali eò plenius satisfaciat, quò magis dolendò peccata commissa in se punit. 3. Ut animum ad vitæ emendationem tantò magis confirmet: quia firmitus solet esse propositum particulare & expressum, quàm generale & implicitum. Sic Layman. Rectissimè addit Gobat *cit. num. 81*. Per accidens tamen est quandòque necessaria aliqua specialis reminiscencia: ut quando inveteratus malorum nequit se excitare ad necessarium dolorem, & pudorem nisi statuendò ante oculos suos multitudinem, & gravitatem vel omnium vel plurium peccatorum suorum. Item, quando rationabiliter quis dubitat, an non patrârit quædam, quæ reum faciant restitutionis: tunc enim saltem debet habere propositum post contritionem excutiendi suæ conscientia latebras ad veritatem pervestigandam. Vide Suarez *disp. 4. sect. 4. Assert. 1. & 2.* Hæc Gobat.

91 IV. Sufficit ergo extensio ejusdem actûs doloris implicita ad omnia peccata mortalia generaliter, & in confuso apprehensa: quod rursus duobus modis fieri potest. *Primò modò* sic: ut conscius sibi aliquorum mortalium, & recogitans se esse in statu peccati mortalis, uno simplici actu sub motivo supernaturali ac universaliter doleat de omnibus collectivè generaliter, & in confuso apprehensis, sic ut nullum

Sect. I. D
 tum omnino ex
 si memorie oc
 mes! doleo de
 documque c
 offendi, penit
 generalis dolo
 ad omnia pecc
 quam non occu
 ta, oblia, igno
 rum.

Secundò modò
 dem de uno ta
 doleas, atame
 rali, commun
 à te commissis
 verforum pec
 ra præcepta,
 conscientiam
 lud sis meriti
 excideris, DE
 piter, & nequ
 tus interni, pri
 summi boni re
 tali, utpotè
 cidio, hoc impl
 cerè doleas de
 etiam doles de
 commissis, aut
 moria, infalli
 etiam illa: ideo
 tio h' sincere a

Ium omninò excipiat, quod non detestare velit, si memoriæ occurreret: dicendò v. gr. DEUS meus! doleo de omnibus meis peccatis quomodocunque commissis, quibus tuam bonitatem offendi, perdidì, infernum merui &c. Hic enim generalis dolor sinè dubio implicite se extendit ad omnia peccata mortalia tam occurrentia, quàm non occurrentia memoriæ, etiam occulta, oblita, ignorata, contra quodcunque præceptum.

Secundò modò sic, ut expressè & specificè quidem de uno tantum peccato mortali commissò doleas, attamen sub motivo supernaturali, generali, communi omnibus peccatis mortalibus à te commissis. Ut quando reus plurium diversorum peccatorum mortalium contra plura præcepta, detestaris solum adulterium tunc conscientiam vellicans; idcirco quòd per illud sis meritus infernum, beatitudine æternâ excideris, DEUM summum bonum tam turpiter, & nequiter offenderis &c. cùm ille reatus inferni, privatio beatitudinis, offensa DEI summi boni reperiat in omni peccato mortali, utpotè etiam blasphemia, furto, homicidio, hoc ipso, quòd sub illo motivo sincerè doleas de adulterio commissò, necessariò etiam doles de aliis mortalibus omnibus à te commissis, adèò ut si etiam illæ occurrerent memoriæ, infallibiliter & necessariò detestareris etiam illa: idèò ut sit impossibile, quòd quis seriò & sincerè detestetur aliquod peccatum ob mali-

malitiam sibi insitam, quin simul etiam detestetur quodvis aliud peccatum eâdem malitia infectum: sicut est impossibile, quod ob auctoritatem solam Evangelii verè credam Christum esse filium DEI, DEUM & hominem, & non simul etiam implicitè credam, Christum esse crucifixum, quandoquidem Evangelium æquè asserat utrumque. Ita communis DD. Suarez *hïc dispnt. 7. sect. 8. Lugo disp. 5. n. 73.*

93 §. Secùs foret, si de uno aliquo peccato mortali doleres sub motivo aliquò speciali ipsi illi peccato proprio, & non omnibus communi, seu ad alia peccata non pertinente, v. g. de blasphemia: *Domine DEUS! doleo, quòd meis execrandis blasphemis egerim contra humillimam reverentiam Majestati tue debitam.* Hoc motivum jam se non extenderet ad alia peccata Reverentiæ DEO debitæ directè non repugnantia: aut si dolens de fornicatione dicas: *DEUS meus doleo quòd his nimis lasciviis fecerim me similem equo, & mulo coram te, & Angelis tuis! &c.* Hoc motivum jam se non extenderet, ad blasphemiam & alia peccata talem brutalem turpitudinem non habentia: sicque dolens expressè de uno, non idèò implicitè doleres etiam de alio ac aliis. Utrùm vero in tali casu Confessio foret valida, sed informis, videbitur suò locò *sect. 3.* Et hætenus de dolore universali quoad mortalia. Jam addendum aliquid quoad dolorem venialium.

§. *Quid*

Sect. I. De
§. Quid
Ceterum est,
que v
dolere de ven
vicare propone
nialibus non con
nas. Anò est
necessaria confess
& amissionem cu
ociam gratia
alio remittit
vel alias doleas
de venialibus
communi comm
quòd DEUS
eisque displic
ris &c.) null
omnia tibi res
debes.
II. Certum
nialia, sub mor
tem aliquibus
alioquin detest
Sacramentum
stio delicta et
quis dolere de
& nunc con
Suarez I. cit.
conteri aliquo
que dolore et

§. Quid de dolore venialium?

Certum est, quòd sicut potes confiteri aliqua venialia, omiſſis aliis, ita etiam dolere de venialibus confessis, eaque deinceps vitare proponere, etsi non doleas de aliis venialibus non confessis: neque ea vitare proponas. Ratio est: quia venialia nec sunt materia necessaria confessionis, neque tollunt gratiam & amicitiam cum DEO, & ideo non ponunt obicem gratiæ Sacramentali, sed unum finè altero remitti potest. Quòd si tamen tunc, vel aliàs doleas de omnibus tuis venialibus, aut de venialibus modò confessis, sub motivo communi omnibus venialibus culpis (verbi gr. quòd DEUM quomodocunque offenderis, eique displicueris, pœnas purgatorii merueris &c.) nullo ad ulla retento affectu, tunc omnia tibi remitti, jam ex alibi dictis colligere debes.

II. Certum est, quando confiteris sola venialia, sub mortali debere te dolere de iis, saltem aliquibus, atque vitare proponere: quia alioquin defectu materiæ proximæ, sacrilegè Sacramentum efficies nullum. At hic quæstio delicata est: utrùm sub mortali teneatur quis dolere de omnibus his venialibus, quæ hic & nunc confitetur? Affirmant aliqui apud Suarez *l. cit.* hâc potissimùm ratione. Quia, confiteri aliquod peccatum, etiam veniale, absque dolore est apponere pro materia Sacramenti

menti id, quod non potest esse materia Sacramenti: ergo sicut peccaret mortali sacrilegio, qui Sacerdoti consecraturus inter plures Hostias triticeas apponeret aliquas non triticeas, hordeaceas, avenaceas, papyraceas, ideóque non consecrabiles, ita graviter sacrilegèque peccat, qui Sacerdoti inter multa venialia confessa, apponeret aliqua sinè dolore, quæ proindè defectu doloris non sunt materia absolutionis validæ. Sententia primo intuitu probabilis. Sed facile negabitur consequentia. & paritas inter istum, & nostrum casum. Nam forma consecrationis per se primò, & absolute respicit materiam consecrandam, eamque designat, & circa ipsam effectum significat: ideóque si apponatur materia aliqua falsa, jam ex illa parte falsa erit forma. At verò forma absolutionis per se primò respicit personam absolvendam, & circa illam effectum significat, dum dicitur: *Ego te absolvo, &c.* quæ verba adhuc vera sunt, si aliqua saltem peccata remittantur, etsi non remittantur aliqua alia, nempe venialia, quæ obicem effectui Sacramenti, scilicet gratiæ sanctificanti non ponunt. Secùs esse jam audivisti, si confitereris plura mortalia, & de aliquo non doleres: cùm unum mortale sinè alio remitti nequeat. Dico igitur

96

III. Non est peccatum grave, si quis confitendò multa venialia, solùm efficaciter doleat, de uno vel altero, etsi non doleat de cæteris aliquibus, nec ea evitare proponat. Ita *Henri-*

quez,

Sect. I. De
que, Suarez, F
dij. 14. de Pen
nus p. 108. Ex
Ratio sumit
torum, in qu
non est materia
est cap. 1. gran
cita, quæ ad
aque baptismali
que atque not
Sic in Sacramen
mitetur modic
sacramentis sepe
teria valida co
mento Peniten
culant de in
busdam, quæ
nialia quidem
cit, eos in h
alià materia su
tentia, à nobis
est mortale, si
aliquo veniali
ponat aliam ma
apponitur pro
materia Sacram
su, acculare se
dolore efficaci
modò verè do
gure, seu mor
tali habitu pecca
dò de omnibus.

quez, Suarez, Fagundez, aliisque relatis Lugo
disp. 14. de Pœnitentia sect. 8. §. 3. Tamburinus
opusc. Expedit. Confess. l. 1. cap. 1. §. 3.
 Ratio sumitur ab exemplis aliorum Sacramen-
 torum, in quibus admixtio alicujus partis, quæ
 non est materia valida ejus Sacramenti, non
 est culpa gravis vel sacrilega, imò aliquando li-
 cita, atque adedò etiam debita. Sic in Baptismo
 aquæ baptismali admiscetur pars olei benedicti,
 quæ utique non est materia valida Baptismi.
 Sic in Sacramento Evcharistiæ vino consecrando
 miscetur modica pars aquæ, quæ tempore con-
 secrationis sæpè inconverla manet, nec est ma-
 teria valida consecrationis. Sic in ipso Sacra-
 mento Pœnitentiæ pii homines sæpissimè se ac-
 cusant de imperfectionibus & defectibus qui-
 busdam, qui nullo modo sunt peccata nec ve-
 nialia quidem, nec tamen aliquis dixit vel di-
 cit, eos in hoc peccare mortaliter, suppositâ
 aliâ materiâ sufficienti. Quin in communi Sen-
 tentia, à nobis etiam suò locò asserenda, non
 est mortale, si pœnitens se falsò accuset, de
 aliquo veniali, quod non fecit, dummodò ap-
 ponat aliam materiam veram: atqui tunc etiam
 apponitur pro materia, quod tamen non est
 materia Sacramenti. Ergò etiam in nostro ca-
 su, accusare se de aliquibus venialibus absque
 dolore efficaci, & proposito emendandi, dum-
 modò verè doleas de aliis, non est peccatum
 grave, seu mortale vel sacrilegium, etsi in habi-
 tuali statu peccati venialis perseveres non dolen-
 dô de omnibus. IV.

97 IV. Idémque dicendum, si confitearis multa venialia frequentata: v. g. crapulas seu excessus in potu veniales multis diebus iteratos. Tunc enim satis erit dolere de ipsa frequentatione excessuum, eámque emendare ac minuire proponere, etsi non doleas. nec vitare proponas ipsos excessus secundum se seorsim, quippe quibus subindè adhuc indulgebis. Nam ipsa frequentia distinctam malitiam, ac deformitatem habet, saltem extensivè ab ipsis excessibus in particulari: ideóque materiam sufficientem præbet Pœnitentiæ Sacramento. Hinc denique, si unà cum peccato mortali confitearis plura venialia, & de solo mortali doleas, nihil de venialibus, valida & licita erit susceptio Sacramenti, quia absolutio cadit in remissionem peccati mortalis, quæ est divisibilis à remissione venialium. Oppositum clarum est, si eo casu doleres de solis venialibus, non de mortali: tunc enim mortaliter illicita, & invalida erit susceptio Sacramenti, cum non possint venialia remitti absque remisso peccato mortali. Plura circa hæc dicenda erunt *sect. 4.* cum de proposito emendationis, specialiter quoad venialia.

§. IV.

Efficax. Remissivè.

98 **D**olor Contritionis omnis tandem debet esse *efficax*: id est, non simplex noleitas de

sect. I. De
de peccato, ac
solus inclitio
eunt, qui nimis
ficiter actus
omnia requirit
& reconciliationem
atque totum locum
suum nec peccata
satisfacendi cum
peccato: quia verus
sufficiens ad rem
vel intra Sacra
mentum est off
siliandum DE
vere & serio
quatenus est of
cupit sibi recon
is necessario,
cité
I. Eo ipso v
non offendere ul
quin negaretur
offensum, nec
scandendo. In
get, & apparet
merito expressio
tionis à Consi
& deservatio pe
li de cætera.
merito necessarii
sati.
Pars III. de S.

de præterito, ac velleitas in futurum: sed absoluta nolitio præteriti, ac efficax volitio futuri, quâ nimirum contritio se extendat, & efficaciter actu moveat hominem ad capessendâ omnia requisita ad remissionem offensæ Divinæ, & reconciliationem cum DEO obtinendam: atque ad eò secumferat virtuale saltem propositum *non peccandi de cætero; consistendi, ac satisfaciendi cum spe veniæ.* Ita omnes. Ratio patet: quia verus dolor & detestatio peccati sufficiens ad remissionem peccatorum extra, vel intrâ Sacramentum, debet esse de peccato quatenus est offensâ DEI, atque ad sibi reconciliandum DEUM à se offensum: atqui qui verè & seriò dolet, ac detestatur peccatum, quatenus est offensâ DEI, seriòque ex animo cupit sibi reconciliare DEUM à se offensum, is necessariò, saltem virtualiter & implicitè

I. Eo ipso vult, & proponit *de cætero DEUM* non offendere ullo peccato saltem mortali: alioquin nugaretur, & illuderet DEO dolens esse offensum, nec tamen volens desistere ab offendendo. In hoc enim proposito maximè viget, & apparet efficacia contritionis, ideòque meritò expressè positum in definitione contritionis à Concilio Tridentino: *Est dolor animi, & detestatio peccati, cum proposito non peccandi de cætero.* De hoc proposito maximi momenti necessariò pluribus agendum erit *infra* Sect. 4.

100 II. Eo ipso vult, & proponit implicitè saltem commissa peccata mortalia *confiteri*: cum sciat hoc in nova lege esse à DEO institutum medium necessarium ad DEI offensam delendam, & reconciliandam amicitiam DEI. Unde etiam perfectissima contritio non remittit peccata mortalia, nisi ut cum voto confitendi, & Sacramentum Pœnitentiæ suscipiendi, di, ut ex Concilio Tridentino videbitur *sect. sequent.*

101 III. Eo ipso etiam vult pro peccatis commissis *satisfacere*, cum satisfactio sit pars integralis Sacramenti Pœnitentiæ, & magna satisfactio in ipso dolore, & proposito emendandi involvatur, *ut quest. preced. §. 3.* indicatum est.

102 IV. Eo ipso etiam saltem implicitè *sperat veniam*, plenamque concipit fiduciam peccata sibi à DEO remittenda, séque in amicitiam DEI recipiendum esse. Impossibile enim vel stultum esset efficaciter adhibere media ad abolendam offensam DEI, ejusque amicitiam recuperandam, nisi veniam & indulgentiam pœnitens speret. Neque de hac *spe venia* aliquid speciale dicendum superest, aut hœc locò traditur à Doctoribus, præter communem doctrinam in materia de *spe*
Theologica.

QUÆ-

QUÆSTIO III.

Quantus esse debeat dolor Contritionis?

SUMMARIUM.

- 104. Dolor debet esse summus appetitiuè, seu aestimatiuè.
- 106. (Saltem Contritionis perfectæ.)
- 107. Non tamen intensiue;
- 109. Nec requiritur certa ejus intensio;
- 110. Minus, ut sit sensibilis.

ASSERTIO.

Dolor contritionis (perfectæ saltem) debet esse summus, seu super omnia appetitiuè: non item intensiue: nec requiritur aliqua certa intensio doloris, sed sufficit substantia doloris in quocunque gradu; minus requiritur dolor sensibilis, sed sufficit rationalis. Est tota communissima, ut patebit.

§. I.

Dolor debet esse summus; seu super omnia appetitiuè, seu aestimatiuè:

Sic nimirum, ut pœnitens peccatum mortale aestimet majus malum, magisque detestetur, quam ullum aliud malum, malitque potius subire ac perpeti quodvis aliud malum, quam denuò peccare mortaliter. Adeoque tenetur pœnitens sedatò animò judicare, melius esse, magisque homini expedire quodvis aliud malum, quameunque pœnam, mortem quam-

libet, adeoque & ipsum infernum subire, quam DEUM per peccatum mortale offendere. In hoc enim consistit veritas appretiationis, seu æstimationis summæ, quâ tenemur peccatum mortale æstimare summum malum, quippe summo & infinito bono contrarium. Attamen necessarium minimè est, imò infirmis animabus minimè consultum, instituere comparationes particulares ejusmodi inter peccatum, & hoc vel illud grave malum subeundum: sed potius occurrentes tales comparationes tanquam impertinentes & periculosas debet respuere, nihil eligendò. Exempli gratia:

IOÿ Proponitur pœnitenti: *Si occurreret necessitas, ut necesse sit fornicari aut mori, malè ne mori? malè ne omnia perdere bona, in exilium ire, mori, vivus comburi &c. quam fidem negare; malè ne etiam aeternum damnari, quam mortaliter peccare?* & cætera hujusmodi infinita, quæ pœnitenti scrupuloso proponi possent. Non tenetur, inquam, aliquid horum eligere, sed omnia respuere tanquam periculosa & impertinentia, sibi ipsi, aut Sathanæ tentatori dicendò. Non est, nec erit talis necessitas, cum infinita habeat DEUS alia remedia, quibus me à peccato eripiat. Et si aliquando occurreret talis necessitas, confido, quòd bonus DEUS mihi sufficienti gratiâ adesset, quæ nulum facientem, quod in se est, permittit tentari ultra vires: Caveant ergo confessarii à talibus interrogationibus: caveant, & pœnitentes

tes à talibus comparationibus, tanquam Sathanae laqueis periculosissimis. Cum enim mala poenae utpotè sensibilia, naturaliter magis moveant imaginationem, quam mala culpae, aut periclitari faciant voluntatem, aut hominem in infinitos scrupulos, aut etiam desperationem præcipitabunt. Excipiuntur hic animæ spirituales exercitatae, heroicae, amore Divino flagrantes.

Dixi: Contritionis *saltē perfectæ* dolor **106** debet esse super omnia: nam hæc detestatur peccatum sub supremo motivo charitatis, nimirum summi boni offensi; attritio verò seu contritio imperfecta detestans peccatum ex motivo inferiori, utpotè metu gehennæ vel poenarum, actu & formaliter non est dolor super omnia appreciativè. Nam qui dolet, & detestatur peccatum propter metum inferni, actu & formaliter non magis dolet de peccato, quàm de inferno; sed contra magis dolet de inferno incurrendo, quàm de peccato: quia, *propter quod unumquodque tale, ipsum est magis tale.* Debet tamen etiam attritionis dolor esse *super omnia* dispositivè sive permissivè, sicut homo perfectè attritus propter metum inferni v. g. ita dispositus maneat, ut si occurreret, vel satis proponeretur aliud sublimius motivum, *tolendi*, & detestandi peccatum summè & super omnia alia mala, omninò etiam sic super omnia detestaretur; & non velit sistere in solo priori motivo, & præcisè ac totaliter dolere propter infernum, & aliàs non: uti la-

tius explicabo *sect.* 3. cum de motivis attritionis.

§. II.

Non item intensivè.

107 **C**ontritionis, seu perfectæ, seu imperfectæ non debet esse dolor summus seu super omnia intensivè: ita videlicet, ut quis intensiori, majori, ac vehementiori actu & motu voluntatis doleat de peccato commissio, quàm doleat, vel doleret de quocunque alio malo, quantumvis gravissimo, tolerato vel tolerando, ut omnes consentiunt. Hoc enim esset onus homini gravissimum, & penè intolerabile, planè alienum à Divina bonitate & clementia: cum homo non possit absque ingenti difficultate exhibere omnem possibilem conatum in elicienda & intendenda contritione; & ut modò dictum, suapte naturâ majori vehementiâ moveatur in res sensibiles, & bona vel mala sensibilia, quàm circa spiritualia, uti est peccatum, offensa DEI, privatio gratiæ ac beatitudinis &c.

108 *Dices*: Ego nuper incomparabiliter magis dolui, & ingemui mortem mei amantissimi Parentis, quàm modò doleam peccatum fornicationis à me commissum, etsi etiam de hoc ferio doleam, & factum ex animo detester: certè meâ vitâ non amplius facturus: an rectè se habet dolor meus? *Resp.* Ponamus per impossibile: aut Patrem non esse mortuum, aut

pec-

Ad ver
per
cramen
seu ceru
stantia do
neque ab
cato mor
(contra A
Thomas, I
que conge
Coniug,
Tractat. 6.
num. 19.
Ratio est
tionis, ve
sufficiens
que peccat
tionis i

Nec req

peccatum non esse commissum : quòd magis velles? Hoc secundùm? ergo rectè se habet dolor tuus: doles enim super omnia appetiatiuè: quia majus malum aestimas offensam DEI, quàm mortem parentis, etsi intensivè & sensibiliter hæc magis urat. At, si malles primum, non rectè se haberet dolor tuus, ob rationem oppositam,

§. III.

Nec requiritur aliqua certa intensio doloris &c.

AD veram contritionem justificativam, seu perfectam sine seu imperfectam cum Sacramento, non requiritur ulla doloris intensio, seu certus intensiois gradus: sed sufficit substantia doloris, in quocunque gradu remissio: neque adeo absolutè necessarium est de uno peccato mortali magis conteri, quàm de alio. Ita (contra Adrianum) communissima DD. Div. Thomas, Div. Bonaventura, Scotus, pluribusque congestis Suarez *hic disput. 4. sect. 4. n. 7.* Coninck, *disput. 2. dub. 7.* Layman, *lib. 5. Tractat. 6. cap. 4. num. 1.* Lugo *disp. 5. sect. 8. num. 19.* testans ita sentire omnes Theologos. Ratio est: quia ubi est vera substantia contritionis, vel attritionis cum Sacramento, ibi est sufficiens dispositio ad remissionem cujuscunque peccati mortalis: sed in quocunque gradu intensiois subsistere potest vera substantia con-

tritionis perfectæ, vel attritionis, suppositis
 nimirum requisitis hæcenus explicatis, & dein-
 ceptis explicandis: ergo non requiritur certus in-
 tensiōnis gradus ad remissionem cuiusvis pec-
 cati. Monitionem tamen practicam mox dabo
§. seq. Unde ulterius neque ad veram con-
 tritionem aliqua mora temporis requiritur, juxta
 communem DD. apud citatos. Nam, ut di-
 citur *cap. mensuram dist. 1. de Pœnitentia, apud*
DEUM valet non tam mensura temporis: quàm
doloris. Ratio est: quia ex DEI ordinatione,
 omnis vera contritio, (& attritio cum Sacra-
 mento) est ultima dispositio ad justificatio-
 nem: sed vera contritio, factâ debitâ apprehen-
 sione objecti ac motivi, elici potest in mo-
 mento: positâ autem ultimâ dispositione, sta-
 tim inducitur forma: ergo non requiritur cer-
 ta mora temporis: Atque, ut ait Div. Leo
Epist. 9. ad Theodorum. Apud DEUM nul-
lam patitur venia moram vera conversio. Idip-
 sum significatur *Ezech. 33. Impietas impij non*
nocebit ei in quacunque die (id est, quandocun-
 que, quamprimum) *conversus fuerit ab impie-*
tate sua.

§. IV.

Minus requiritur dolor sensibilis.

¶ Denique ad contritionem justificativam,
 non requiritur dolor sensibilis, qui in
 actus sensibiles erumpat, utpote sensibiles mo-
 tus,

tus, alterationes teneritudines cordis, in lachrymas, gemitus, suspiria, singultus, &c. sed sufficit dolor rationalis, quo voluntas ex motivo supernaturali verè aversetur: & detestetur, & consequenter necessariò doleat peccatum commissum. Cùm ejusmodi sensibilitas frequenter non sit in nostra potestate, neque ad perfectionem contritionis, ac doloris spectet. Contingit enim pœnitentem verè dolere, ac premere altum corde dolorem, & absque ejusmodi signis & sensibilitate, vehementiùs dolere animò quàm alii ex complexione felices in gemitus, lachrymas, singultus, uti sunt mulieres & melancholici. Et plerumque majoris meriti est velle flere, & non posse, quàm ejusmodi facilibus fletibus abundare. Interim supposito vero dolore interno animæ, etiam sensibilem dolorem gemitus, & lachrymas excitare, omninò ut utile, meritorium, & satisfactorium magis, consultum est iis, qui possunt.

Universaliter consultum semper & valde utile est adhibere conatum ad dolorem eliciendum & vehementiorem & diuturniorem, etiam sensibilem, quando facilè quis potest: utque homo de peccatis suis & vehementer & sapiùs doleat: eoque magis, quò plura & graviora sunt alicujus peccata: uti sacra scriptura & SS. PP. passim hortantur. Et singulare exemplum præbet David. Lege ejus Psalmos Pœnitentiales 3 primum & quartum præsertim. Ratio est 3 quia licet in quocunque gradu veri doloris, ac

in momento fiat remissio peccatorum quoad culpam; attamen pro magis & magis intento gradu, majoris mora doloris, copiosior gratia infunditur, eoque plus remittitur de pœna temporali: possêtque esse tanta intensio, ac vehementia doloris, ut tota pœna temporalis peccatis remissis quantumvis gravibus debita simul plenariè remitteretur, ut notant DD. communiter & pluribus patuit exemplis.

SECTIO II.

De Contritione perfecta?

QUÆSTIO I.

Quid sit Contritio perfecta.

SUMMARIUM.

113. *Contritio perfecta est summus animi dolor, appetitivè, & objectivè.*
114. *Quatenus scil. peccatum est contra bonitatem DEI infinitam.*
115. *Naturalem, & essentialem;*
116. *Quæ est supremum motivum detestandi peccata.*
117. *Arg; adèd unicum motivum contritionis perfecta est summa DEI bonitas offensa. Probatum usque ad num. 122.*
122. *Estq; contritio perfecta verus actus charitatis divine.*
123. *Ac etiam actus Pœnitentiæ virtutis, saltem imperatus?*
124. *In omni lege sufficiens, congrua, vel ultima dispositio ad justificationem.*
126. *Defacto tamen non instificat sine Sacramento, saltem in voto.*

127. Unde contritio perfecta extra Sacramentum iustificativa non est omnis alius dolor ex alio motivo inferiori conceptus.
128. V. g. ex motivo Religionis, obedientia, gratitudinis.
129. Objectio notabilis.
130. Solvitur, & ostenditur, quando habeatur, vel non habeatur contritio perfecta?
131. Examinantur quadam communes, formule dolendi.

Assertio,

Contritio perfecta est summus animi dolor **112**
 ac detestatio peccati super omnia ex motivo
 charitatis: (seu: quatenus est offensa DEI sum-
 mi boni super omnia dilecti) cum firmo propo-
 sito non peccandi de cetero. Ita in re omnes. Pro-
 posito de cetero non peccandi, rursus in suum lo-
 cum rejecto. Explico reliqua, quoad potero
 clarè & distinctè.

§. I.

Est summus animi dolor.

Contritio perfecta debet esse summus dolor, **113**
 non tantum appetitivè, ac super omnia
 alia mala, uti q. precedente explicatum est; sed
 etiam objectivè, nimirum sub objecto formali &
 motivo perfectissimo detestandi peccatum, quo
 peccatum est detestabile: quatenus scilicet est
 offensa DEI summi boni, seu quatenus est con-
 tra infinitam bonitatem DEI super omnia aman-
 dam, quod est objectum formale charitatis. Ra-
 tio dabitur §. sequenti. Tu interim prænota
 diligenter.

§. Cum

814 §. Cùm audis, audièsque toties *Bonitatem DEI infinitam* esse motivum, & objectum formale charitatis, amoris DEI, super omnia, adeoque etiam contritionis perfectæ: ne intelligas solum & apprehendas bonitatem DEI specialem attributalem, quæ est speciale DEI attributum à cæteris attributis & perfectionibus divinis formaliter, vel ratione distinctum, importans summam DEI perfectionem in operando, seu se se communicando optimo modo, quo convenit, & propriè *benignitas* dicenda: & definitur à Lessio lib. de perfectionibus divinis. *Bonitas seu benignitas DEI est naturalis DEI propensio ad communicandum se creaturis pro captu cujusque.* Ex hac bonitate provenit amor; quo DEUS præstare vult, & reipsâ præstat creaturis bonorum suorum communionem in esse naturæ, gratiæ, & gloriæ. Sicut enim si amares DEUM propter hanc specialem bonitatem, non amares DEUM amore summo super omnia perfectissimo; ita etiam si doleres de peccato propter offensam hanc specialem bonitatem, non doleres dolore summo perfectissimo. Utrùm autem talis dolor vel amor sufficeret ad justificationem, patebit ex mox dicendis.

815 Intelligitur ergo in proposito *infinita DEI bonitas naturalis, & essentialis*: estque complexio omnium innumerarum, ac infinitarum perfectionum DEI. Cogita infinitam potentiam, infinitam sapientiam, infinitam bonitatem illam seu benignitatem, infinitam lucem, dulcedinem,

Set. II.
dinem, delictio
majestatem, m
Hæc omnia
essentialis.
norum omnium
DEUS i. respice
tione, infinito.
ter. Et hæc b
fals est ad aqua
tium formale.
Est enim DEUS
potentia, sapi
niter ac prim
suarum perfe
sèque pelago
Atque ead
turalis est fu
catum, cui
ctiora & in
detestans pe
fimo, hoc ip
illud defectu
sibili vel exc
ipso, quò an
motivo parit
tenus est con
vat, &c. no
super omnia
motivo perfe
tivo perfecti
ad rta.

danem, deliciositatem, opulentiam, gratiam, majestatem, misericordiam, justitiam, &c. &c. Hac omnia continet bonitas DEI naturalis & essentialis, seu ipsa divina Essentia infinitum bonorum omnium pelagus. Habet hæc omnia DEUS à seipso, in seipso, unâ indivisibili entitate, infinito, illimitato modo, inamissibiliter. Et hæc bonitas DEI naturalis ac universalis est adæquata & simplicissima ratio, ac motivum formale amandi DEUM super omnia. Est enim DEUS summè amabilis ex infinita sua potentia, sapientia, bonitate, &c. & singulariter ac principaliter in omnium infinitarum suarum perfectionum infinito cumulo, immensoque pelago.

Atque eadem hæc infinita DEI bonitas naturalis est supremum motivum detestandi peccatum, cui omnia alia motiva velut imperfectiora & inferiora subordinantur: ita ut quis detestans peccatum sub hoc motivo perfectissimo, hoc ipso etiam virtualiter ac eminenter illud detestetur sub quocunque alio motivo possibili vel excogitabili: non è contra. Nam eo ipso, quò aliquis detestatur peccatum sub alio motivo particulariori seu inferiori, v. g. quatenus est contra justitiam DEI, beatitudine privat, &c. non esset detestatio peccati summa & super omnia, quia non detestaretur peccatum motivo perfectiori, quo posset, nec sub motivo perfectissimo, quo est detestabile. Jam ad rem.

Ex motivo charitatis.

¶ 17 **C**ontritionis perfectæ motivum unicum, ex quo procedere debet, est motivum charitatis, nempe summa DEI bonitas offensa; ac ipse DEUS summè bonus, super omnia dilectus, peccatò offensus: ipsùmque objectum formale contritionis detestantis peccatum est offensa DEI summi boni super omnia dilecti: adeoque contritio essentialiter includit aliquem saltem virtutalem amorem DEI super omnia. Ita communissima Theologorum ferè omnium cum D. Thoma q. 85. a 5. Scoto in 4. dist. 14. ad ultimum. contra paucos infra referendos.

¶ 18 I. Probatum autoritate SS. Scripturæ, & SS. Patrum. 1. Joan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* I. Corinth. 13. *Si charitatem autem non habuerit, &c.* Deut. 4. *Cum quaesieris Dominum Deum tuum, invenies eum, si tamen ex toto corde quaesieris eum, (ex amore DEI super omnia) & tota tribulatione animatua.* En contritio! Denique Luc. 7. *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* D. Augustini l. de vera & falsa pœnitentia c. 17. & 19. *sine amore nemo unquam gratiam invenit, aut veniam consecutus est* Item Serm. 7. de Temp. Pœnitentiam certam non facit nisi odium peccati, & amor DEI. Idem lib. 21. Civit. c. 27. *nisi desistant à peccatis habendò charitatem, que non agit perperam, nihil eis prodesse potest.* ac alibi: eodè-
que

que modo loquuntur alii SS. Patres passim. Qui tamen semper intelligendi sunt de justificatione extra Sacramentum. Nam exceptio Sacramenti Pœnitentiæ colligitur ex aliis locis Scripturæ & SS. Patrum, ut optimè notat Valent. hic disp. 7. q. 8. pu. 3.

II. Principaliter probatur ex concilio Tridentino sess. 14. c. 4. ubi statuens differentiam contritionis perfectæ, & imperfectæ, ad justificationem extra Sacramentum expressissimè requirit contritionem *charitate perfectam*. Sic enim habet. *Docet præterea (Sacra Synodus) Et si contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominèmq; DEO reconciliare, prius quam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quod in ipsa includitur, non esse adscribendum. Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur: quæq; vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehenna, & penarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, declarat donum DEI esse.* Hæc Concilium; expressissimè significans, contritionem perfectam, quæ extra Sacramentum justificat, illam esse, quæ charitate perfecta est: utique charitate actuali, seu dolore elicito ex motivo charitatis, scilicet ad DEUM summè dilectum, eoque ipso aliquo saltem virtuali amore DEI super omnia (ut §. sequenti declarabo.) Charitas autem habitualis infusa primò per contritionem
acqui-

acquiritur, estque ipsa formata justificatio; & reconciliatio cum DEO.

120 III. Ratio à priori necessaria non est alia, quam voluntas DEI per SS. Scripturam expressa, hanc potius, quam aliam dispositionem requirerentis ad justificationem. Congruentia sunt.

1. Quia convenientissimum est, ut homo prius admittatur ad DEI amicitiam, quam aliquò amoris actu eundem diligat. 2. Amor DEI est perfectissimus, ideòque maximè idoneus, ut pro tali dispositione requiratur: & defacto requiri constat ex Scripturis allegatis. 3. Per quodlibet peccatum mortale expellitur charitas, & per justificationem restituitur: atqui charitas expulsa non debet restitui, nisi præcedente novo actu charitatis: sicut enim fides per hæresim amissa, non restituitur, nisi inchoante novo actu fidei: & spes per desperationem amissa non restituitur, nisi mediante novo actu spei; sic & charitas divina, quæ per quodlibet peccatum mortale amittitur, non debet restitui, nisi præcedente novo actu charitatis aut formalis amoris DEI super omnia, aut saltem virtualis inclusi in contritione elicita ex motivo charitatis propter DEUM summè dilectum. 4. Oppositâ ratione & viâ ad DEUM revertendum est, quam ab eo averſi sumus: sed per peccatum voluntariè avertimur à DEO ejusque amicitia, ipsi summo bono super omnia amando præferendo, eoque plus amando bonum creatum, voluptatem v. g. ergo ad DEUM, ejusque gratiam, & amicitiam

est. II.
 etiam revereri d
 sumum Bonu
 rem implicite
 delectabile
 offensa DEI
 hinc inchoat
 licet includere
 virtutem. Na
 IV. Ad Con
 matione justifi
 tur virtualis am
 Contritionis de
 quatenus est o
 nia amandi, e
 nuavi, & mo
 que necesse est
 sequi formalit
 ut plurimum
 Suarez hoc disp
 Tannerus alibi
 hic disp 5. na
 pare loca Ser
 denim supra a
 tur de amore
 altera autem
 remissionem p
 Contritioni,
 rum & hom
 ingenuitenti:
 Deum quia
 pote im justifi
 Pars III. de

etiam reverti debemus denuò amandò DEUM summum Bonum, super omnia alia bona, saltem implicitè per actum Contritionis perfectæ detestandò peccatum commissum, quatenùs est offensa DEI summi Boni super omnia dilecti. Et hinc initiò dixi, perfectam contritionem essentialiter includere amorem DEI super omnia saltem virtualementem. Nam

IV. Ad Contritionem perfectam extra Sacra-¹²¹ mentum justificativam omninò sufficere videtur virtualis amor DEI super omnia in ipso actu Contritionis detestantis peccatum super omnia, quatenùs est offensivum summi Boni super omnia amandi, essentialiter inclusus (ut suprà insinuavi, & mox clariùs explicabo §. sequenti) neque necesse est semper adesse, præcedere, vel subsequi formalem amorem DEI super omnia, etsi is, ut plurimùm adesse soleat. Ita communior DD. Suarez *hic disp.* 1. Vasquez, Valentia, Coninck, Tannerus aliisque citatis, Cardinalis de Lugo *hic disp.* 5. num. 97. Ratio est: quia ex una partè loca Scripturæ, SS. PP. & Concilii Tridentini suprà allegata commodissimè intelliguntur de amore DEI vel formali, vel virtuali: ex altera autem parte eadem Scriptura aequè sæpe remissionem peccatorum tribuit pœnitentiæ ac Contritioni, ut 2. Reg. 12. Davidi post adulterium & homicidium sibi impropertatum solùm ingemiscenti: *Peccavi Domino*: statim dicitur: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*; ut potè jam justificato communi sensu SS. Patrum,

ac interpretum. Denique nimis operosum & difficile videtur peccatori justificando semper necessariò debere habere duos actus distinctos perfectissimos, scilicet contritionis tendentis in peccatum, ut est offensa summi Boni; & amoris DEI super omnia tendentis in DEUM summam Bonum. Denique solus amor DEI super omnia sufficit ad justificationem peccatoris, ut infra videbimus: ergo semper superflueret ipse actus contritionis, aut saltem ad justificationem, extra tempus pœnitentiæ obligationis necessarius non esset. Contrarium tamen satis probabiliter docent, & formalem amorem DEI ad Contritionem perfectam ac justificativam requirunt alii (ob clarè allegata loca intelligenda) apud Lugo *citantum*, quem videre potes. Jam ergo satis patere potest, ac debet definitio contritionis, qualiter debeat esse *summus animi dolor, & detestatio peccati ex motivo charitatis*. Addidi claritatis gratiã

§. III.

Quatenus est offensa *DEI super omnia dilecti*.

122 I. **C**ontritio ergo perfecta est verus actus Charitatis Divinæ, secundum omnes Ratio est: quia omnis virtus (temperantia v.g. castitas) inclinatur tam ad prosequendum bonum suum, quam ad fugiendum malum oppositum: sic etiam virtus charitatis, ejusque motivum for-

formale summa & infinita DEI bonitas directe quidem inclinatur, & movet ad prosequendum ac amandum DEUM, Summum ac infinitum. Bonum ob ejus infinitam ac intrinsecam bonitatem (§. r. explicatam,) atque eo ipso etiam necessario movet, & inclinatur ad fugiendum ac super omnia detestandum peccatum, quatenus solum malorum omnium extremum est, & offensivum ejusdem infinitæ bonitatis, atque aversivum ab illo summo & infinito bono. Et hinc contritio, quamvis formaliter non sit amor DEI, cum non sit actus prosecutionis, sed fugæ: est tamen verissimus actus charitatis, & virtualis ac implicitus amor DEI sufficiens ad justificationem, ut dictum est. Nam sicut ipse formaliter amor DEI super omnia virtualiter semper includit contritionem: eo ipso enim, quo amas DEUM super omnia propter ejus summam bonitatem, virtualiter & implicitè saltem detestaris omne offensivum ejusdem summæ bonitatis, quod est solum peccatum: & si tibi sic amanti peccatum à te commissum occurreret, horrendè execraberis; ideoque & ipse solus amor DEI super omnia sufficit ad justificationem juxta mox dicenda: ita contritio perfecta semper virtualiter includit amorem DEI super omnia, eo ipso enim, quo detestaris peccatum super omnia propter summam DEI bonitatem offensam, eandem summam DEI bonitatem super omnia diligis saltem virtualiter & implicitè, & ut plurimum, datamorâ etiam explicitè.

ideoque & ipsa sola debet sufficere ad justificationem.

12) II. Contritio perfecta est etiam actus poenitentiae virtutis, saltem imperatus, atque diverso respectu procedit & à charitate in DEUM, & à Poenitentiae virtute. A charitate quidem, quatenus dolemus de peccato, in quantum est malum contrarium DEO summo Bono: a poenitentia virtute autem, quatenus idem peccatum vindicare & abolere cupimus, ad satisfaciendum DEO supremo Domino offenso, ac injuriâ affecto, juxta latè dicta q. 1. Dissentiunt autem DD. à qua virtute contritio simpliciter eliciatur, aut imperetur. Suarez, aliique volunt elici, à Charitate, & imperari à Poenitentia. Contra plures, praesertim antiqui cum D. Bonaventura in 4. d. 14. p. 1. a. 2. q. 2. & 3. volunt elici à Poenitentia, & imperari à Charitate. Sed practicè utrumque verum est, prout contritio diverso actu, vel diversis vicibus incipit à motivo modo unius, modo alterius virtutis sese invicem imperantis. Nam Charitas suò motivò incipiens & detestans peccatum ut malum contrarium DEO summo Bono, imperat ejus vindictam & abolitionem, & sic contritio primo respectu est actus elicited Charitatis: secundo autem respectu, est actus elicited poenitentiae virtutis, & imperatus Charitatis: idè enim vis abolere peccatum, quia DEO super omnia dilecto est contrarium. Contra, alio actu vel aliâ vice, Poenitentia virtus suò motivò incipiens, ac volens

vin-

Self. II.
vindicare pecca
DEO impuato
tiffimum medi
cienti DEO
quatenus sit
Bono super om
lem amorem D
primo actu, est
undo vero actu
charitatis, & i
etiam semper v
cui detestatur
mo Bono, se
actum elicited
III. Sicut
super omnia
fecta proprie
DEI super o
in omni lege
& ultima dil
scilicet obtin
DEI gratiam
mentia. Cer
no. II. Cap. V
& 10. c. 6.
Zach. c. 1. O
ad vos, dicit
præ allegatis
nitio est actu
nemque conv
penultima, se

vindicare peccatum, ac abolere, & satisfacere DEO injuriato ac offenso, imperat velut excellentissimum medium abolendi peccatum, ac satisfaciendi DEO, detestationem peccati super omnia, quatenus est malum contrarium DEO summo Bono super omnia dilecto (imò & ipsum formalem amorem DEI super omnia) & sic Contritio primo actu, est actus elicitus Pœnitentiæ; Secundo verò actu vel respectu, est actus elicitus charitatis, & imperatus pœnitentiæ virtutis. Interim semper vides Contritionem, quatenus præcisè detestatur peccatum malum contrarium summo Bono, seu DEO super omnia dilecto, esse actum elicatum solius charitatis.

III. Sicut ergo ipse actus formalis amoris DEI **24** super omnia (de quo *q. seq.*) ita & contritio perfecta propter inclusum virtualem saltem amorem DEI super omnia, secundum DEI ordinationem in omni lege, est medium sufficiens, ac congrua & ultima dispositio ad justificationem peccatoris, scilicet obtinendam remissionem peccatorum, DEI gratiam, & jus gloriæ celestis per Christi merita. Certum de fide, ex Concilio Arausicano. II. Can. I. & Trident. *supra cit. sess. 14. c. 4. & sess. 6. c. 6.* Sumitur ex S. Scriptura passim, ut Zach. c. 1. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*, dicit Dominus, aliisque locis partim supra allegatis. §. I. n. I. Ratio ergo est: quia Contritio est actus ejusdem virtutis charitatis, hœmînemque convertit perfectè ad DEUM sub ratione perfectissima, secundum quam peccator avertitur à DEO.

DEO. Sicut enim homo peccato mortali, ac ejusdem peccati mortalis supremâ, ac extremâ malitiâ avertit se à DEO summo Bono ac ultimo fine suo: ita contritione perfectâ homo se rursus perfectè convertit ad DEUM summum Bonum, ac ultimum finem dolens, nimirum offendisse eandem summam DEI bonitatem, sincerè ex corde dicens: Ah, mi DEUS! execror extremam malitiam ac nequitiam meam, & ideò unicè vel præcipuè execror, quòd te DEUM summum Bonum, summè amabilem, super omnia diligendum ac dilectum offenderim &c.

125 §. Et hinc contritio simpliciter est actus gratiâ, ac charitate formatus, non quidem *effectivè*, quasi actus contritionis deberet effectivè, elici & produci ab habitu gratiæ & charitatis, cum ipsa Contritio sit dispositio requisita ad infusionem gratiæ sanctificantis & charitatis habitualis (quando justus quidem conteritur, contritio elicitur effectivè ab habitu charitatis: in peccatore autem elicitur à concurrente DEI auxilio, & gratia actuali excitante, cooperante &c. secundum communem DD. quâ ratione suprâ diximus omnem contritionem debere esse supernaturalem ex parte principii) sed *concomitanter*, quatenus in eodem instanti cum auxilio DEI supernaturali elicitur actus contritionis perfectæ, velut ultima dispositio; & simul infunditur habitus gratiæ sanctificantis ac charitatis remissivæ peccati mortalis, adeò, ut contritio naturâ tantum, & non tempore præcedat

cedat gratiam sanctificantem, ac remissionem peccatorum, juxta communissimam DD. utriusque Scholæ cum suis Principibus DD. Angelico, & Subtili.

IV. Contritio tamen (sicut & actus amoris DEI super omnia) de facto post institutum Sacramentum Pœnitentiæ, non justificat, seu delet, & remittit peccata sinè Sacramento in voto. Sic Concilium Tridentinum §. 2. allegatum docet, Contritionem aliquando charitate perfectam esse, hominémque DEO reconciliare priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, quamvis ipsa reconciliatio ipsi contritioni sinè Sacramenti voto non sit adscribenda. Ratio est: quia actus contritionis perfectæ, vel amoris DEI super omnia, est quidem de se deletivus peccati, & olim se solo delere poterat: ac post institutum hoc Sacramentum, vi præcepti & ordinationis Divinæ, non delet peccata, nisi in ordine ad claves, seu cum onere & obligatione eadem peccata subjiçendi clavibus per Confessionem Sacramentalem. Attamen extra tempus, quo urget necessitas, & obligat præceptum Confessionis, non requiritur explicitum formale & actuale votum, sive desiderium ac propositum suscipiendi hoc Sacramentum; sed sufficit votum seu propositum virtuale & implicitum, inclusum in ipso actu contritionis, vel amoris DEI super omnia: quo nimirum actus quilibet semper ita dispositus est, ut suo tempore sit peccata sua confessurus, & Sacramen-

mentum absolutionis suscepturus. Eo ipso enim, quo quis super omnia detestatur peccatum propter DEUM summè amatum, etiam implicite vult facere omnia, quæ requirit DEUS ad delendum peccatum, ipsùmque sibi reconciliandum; inter quæ requisita, in nova lege unum est Confessio, & Sacramentum Pœnitentiæ.

§. IV.

Corollaria exclusio Dolorum insufficientium.

127 I. **A** Contritione ergo perfecta, & extra Sacramentum justificativâ, excluditur & ad Contritionem imperfectam seu attritionem rejicitur omnis alius dolor, & detestatio peccati procedens non ex motivo charitatis, seu propter offensum DEUM summum Bonum super omnia dilectum, sed ex alio motivo inferiori, quantumvis supernaturali, & ad DEUM relato. Ita jam communissima DD. quos congerunt, & sequuntur Suarez *disp. 4. sect. 2.* Vasquez *in 3. p. q. 85. a. 2.* Tanner. *q. 6. dub. 4.* Lugo *disp. 5. n. 10.* Ratio generatim est: quia ex quocunque alio motivo detesteris peccatum, non detestaberis super omnia, saltem in quantum est summè detestabile, ut discurrenti palàm erit. Nam si doles, & detestaris peccatum propter meritum gehennæ vel pœnarum à DEO infligendarum, vel de facto inflictarum, aut etiam ob privationem æternæ beatitudinis, jam palàm & sim- pli-

placiter non odisti peccatum super omnia, sed magis odisti poenam sensûs vel damni, quàm peccatum. Item detestaris peccatum ob ejus turpitudinem: nisi concipias turpitudinem & malitiam istam extremam, quâ summo bono DEO adversatur, odio & abominationi est, non detestaris peccatum super omnia in quantum summè detestabile est. Nunquid agnoscis? sed de his *sect. seq.*

II. At, inquis. Ego doleo, & detestor peccatum propter ipsum DEUM maximè, seu quatenus est offensa DEI: sed vel 1. ex motivo *Religionis*, quatenus continet inhonorationem DEI, contra cultum debitum DEO supremo Domino vitæ ac mortis: vel 2. ex motivo *Obedientia*, quatenus continet inobedientiam erga DEUM supremum Legislatorem nostrum: vel 3. ex motivo *Gratitudinis*, quatenus continet horrendam ingratitude contra DEUM supremum Benefactorem nostrum: vel 4. denique ex motivo proprio virtutis poenitentia, ac justitia erga DEUM, quatenus continet offensam ac injuriam contra DEUM supremum Dominum actionum nostrarum (juxta dicta *cap. I. sect. 3. §. 3.*) atque sic apprehendø peccatum ut summum malum, & majus omni alio malo, cum aliquali saltem virtuali & implicito amore DEI; Non enim detestarer, & cuperem abesse illud malum DEO, nisi aliquo modo de ejus bono complacerem, eoque ipso DEUM amarem. Quidni ergo adsit vera contritio, etsi non adsit formale, & expressum motivum charitatis?

An non ita docuerunt olim gravissimi DD. apud Suarez supra citatum, qui seipsum hanc Sententiam, ut probabilem aliquando fuisse secutum testatur? Resp. Fateor, moves me. Non ausim tibi negare probabilitatem tuam. Interim cum Card. de Lugo censeo, nullo modo esse recedendum à communissima Sententia DD. post Concilium Tridentinum ad justificationem tam clarè requirens contritionem *charitate perfectam*. Atqui contritio illa tua, ex quocunque dictorum vel simili motivo, non est charitate perfecta, cum non procedat ex motivo proprio charitatis. Doles quidem, ut inquis, & detestaris peccatum, super omnia alia mala, quæ non sunt peccata: at non detestaris illud, in quantum summè est detestabile. Longè enim detestabilius est peccatum, in quantum est contra DEUM summum bonum simpliciter (ut §. 1. explicatum) ad supremam charitatis virtutem, quam in quantum est contra DEUM particulariter ut supremum Dominum, Legislatorem, Benefactorem &c. ac solum contrariatur inferioribus virtutibus, Religionis, Obedientiæ, Gratiitudinis ac justitiæ. Ratio horum ex §. 2. resumenda est.

129 III. Contrà adhuc instas. Dicit quidem Concilium, Contritionem justificativam extra Sacramentum debere esse *charitate perfectam*, sed certè non dicit debere esse charitate perfectissimam, sub supremo motivo charitatis, & summo conceptu DEI summi boni offensi, seu
infi-

infinitæ DEI bonitatis naturalis descriptæ §. I. cum certum sit ad veram contritionem sufficere, dolere de peccato, quatenus est offensa DEI super omnia dilecti, sub quacunque ratione boni, & perfectionis propriæ apprehensi: quales certè etiam sunt, esse *supremum Dominum, Legislatorem, Benefactorem &c.* Deinde fateris & agnoscis, tali modo me detestari peccatum super omnia mala alia, non absque implicito saltem motivo, & actuali & virtuali imperio charitatis. Sicut enim, suppositâ fide; sola charitas æstimat & amplectitur DEUM ut summum bonum super omnia alia bona, ita etiam sola malum oppositum DEO, peccatum æstimat, abhorret, & detestatur ut summum malum super omnia mala. Aliæ verò virtutes, Religio, Obedientia, Gratitude &c. æstimant quidem & detestantur peccatum inhonorationis, ingratitude &c. erga DEUM, ut malum maximum & gravissimum, at non expressè & relativè ut summum malum super omnia alia mala: ergo si detester peccatum super omnia alia mala, sub quacunque ratione in particulari hic & nunc DEUM offensum apprehendam, habeo contritionem satis perfectam pro capto meo: adeò, ut meritò Tamburinus *Opusc. exped. Confess. l. 1. c. 1. §. 6. n. 13.* asserat, hunc esse actum veræ contritionis in actu signato. *De peccato, quia est offensa DEI & injuria, super omne id, quod me pœnitere potest, pœnitet, & propono me amplius mortaliter*

non peccaturum. Certè denique omnes Christiani, saltem Doctissimi, credunt se perfectè dolere & conteri, quando dolent de peccato super omnia alia mala: adeoque non propter suum malum, quatenus per illud incurrant pœnas inferni, privationem beatitudinis, &c. sed propterea, quod per illud DEUM suum offendant, molestiâ & injuria afficiant, sub quacunq; ratione seu motivo perfectionis DEUM offensum apprehendant. Resp. Jam verò me convincis. Sed tantum evincis, quod mox clarioribus terminis assero.

130 IV. Respondeo ergo, & dico constanter. Non sufficient isti dolores ad veram perfectamque Contritionem, quatenus præcisè sunt actus elicitæ earum virtutum, sistentes in earum propriis motivis, Religionis, Obedientiæ, Gratiitudinis, Pœnitentiæ, &c. quod ratio nostra & autoritas Concilij Tridentini omninò convincere videtur. Omnino autem sufficient illi dolores, quatenus aliquo modo procedunt ex motivo & imperio charitatis: quod bene evincit instantia data. Atque adeò dico universaliter: adest vera Contritio perfecta, quoties ex actuali & virtuali, implicito saltem imperio & motivo charitatis doles, & detestaris peccatum ut offensam DEI: sub quocunque particulari motivo vel malitiâ ipsum peccatum & offensam DEI: & sub quacunque particulari perfectione, ratione vel respectu ipsum DEUM offensum hic & nunc apprehendas, &

tibi

tibi proponas : atque ex ejusmodi virtuali & implicito saltem imperio & motivo charitatis doles, & detestaris peccatum, quoties detestaris ut simpliciter summum malum super omnia alia mala : sic enim necessariò detestaris peccatum ut malum DEI oppositum summo bono, quod utique est proprium Charitatis, ut modò dictum. Habes ergo perfectam contritionem quando ex actuali, vel virtuali affectu amoris DEI super omnia detestaris tuas per peccata DEO summo bono irrogatas inhonorationes, inobedientias, ingratitude, injurias, &c. supra *N. II.* specificatas. Nam licet ejusmodi detestationes elicitive sint actus Religionis, obedientiæ, gratitudinis, pœnitentiæ, &c. imperativè tamen sunt actus amoris DEI super omnia. Quin hæc ratione etiam motiva, & actus contritionis imperfectæ seu attritionis utilissimè elevabis in contritionem perfectam. Ut si ex ejusmodi actuali, vel virtuali amore DEI doles, te tuis peccatis meruisse infernum, ubi æternum DEI amore & fruitione carens, DEI odio & execratione plùs quàm ipsis inferni ignibus, arsurus esses. Si eodem amoris affectu doleas, te ad eò offendisse summam bonitatem seu benignitatem divinam, ut irritatus Judex justus etiam pœnis temporalibus te castigare possit aut de facto castiget. Vide dicenda *sect. seq.* cùm de motivis attritionis dicam. Interim lege Authores Asceticos de affectu, & praxi Contritionis scribentes : &
inter

inter hos P. Joannem Weyer S. J. Theologum, simul & Ascetam insignem, qui in suo *Theophilo*, primâ die medit. de Confessione & dolore, optimè & practicè proponit tres modos eliciendi Contritionem. 1. Ex motivo perfectionum divinarum, aut omnium simul, aut unius in particulari, quarum quælibet est summè amabilis, ejusque amore & intuitu, peccatum super omnia detestabile, &c. 2. Ex motivo beneficiorum divinatorum ex infinito amore tibi præstitorum: quorum intuitu meritò DEUS super omnia amandus, non offendendus, & de offenso super omnia dolendum. 3. Ex motivo vitæ & passionis Christi, seu omnium, quæ Christus pro nobis egit & passus est ex purissimo, & ardentissimo amore tui, ideòque merito reciprocè super omnia amandus, non offendendus &c. &c. Mihi multis annis circa festa natalitia (quo tempore initio anni 1680. hæc scribo) mirificè placuit, & sapuit, & etiamnum placet, & sapit suspirium illud. *Quomodo amabo Te amoris Rex, pro me nascens in stabulo, ut pro me moriaris in patibulo?* Gusta & Vide, quoniam suave est, & efficax ad affectus amoris, ac amorosæ contritionis concitandos.

131 §. Ex dictis expendendum, quid sentiendum de communissima dolendi formula, quâ communiter, præsertim Germani vernaculè dicere solemus: *Ex toto corde, vel summè doleo, quòd Dominum DEUM meum offen-*
deram:

derim: an sufficienter sic exprimatur contritio perfecta? Resp. speculativè & in abstracto, spectandò sensum grammaticalem verborum, fatendum est, hâc formulâ non exprimi dolorem ex motivo charitatis erga DEUM summum bonum, aut ullum clarum affectum amoris divini in corde proferentis, sed tantùm dolorem ob offensam vel Injuriam DEI supremi Domini nostri ex motivo Religionis ac Pœnitentiæ ad summum; ideòque secundùm communissimam Sententiam, nec perfectam contritionem. At verò practicè & in concreto spectandò illa verba secundùm affectum seriò & fervidè illa proferentis, omninò formula ista regulariter, & ut plurimùm continet veram contritionem ex motivo charitatis & motu veri amoris divini, adeo, ut inter 100. imò fortè inter mille vix unus reperiat, qui sine vero motu amoris DEI, verâque contritione, piè, seriò & ardentè proferat hæc verba ex corde. *Summè doleo, quod te Dominum DEUM meum toties tam graviter offenderim, & maximè si addat epitheton dilecti, vulgò Meinen lieben Gott und Herrn beleydiget /*) aded ut doctissimus Lessius auctar. *V. Confessio casu 1.* veram contritionem æstimet hunc actum. *Maledicta peccata mea, quibus Dominum DEUM meum offendi!* Ratio autem est: quia sic seriò loquentes boni Christiani (quisque suam mentem explore, & fatebitur) non solent in peccatis apprehendere
vel

vel considerare offensam DEI, ut formalem injuriam, seu læsionem juris divini supremi Domini, sed considerant in peccatis offensam DEI, tanquam molestiam, exacerbationem, ac velut amaritudinem, gravemque displicentiam, quam peccandò quodammodò attulerant animo divino, optimo DEO & Domino nostro meritò semper amando, omnique obsequio ad placitum, & gustum prosequendo, ac velut oblectando: an non hic operatur motus synceri Amoris divini, ac motivum Charitatis? Etenim apprehendimus, DEUM tanquam Patrem charissimum, & offensam DEI, tanquam offensam Patris charissimi carnalis, sub conceptu perturbationis, molestiæ, amaritudinis, &c. quâ exacerbavimus charum Parentem carnalem, vellemusque nihil tale factum à nobis, factumque amarè dolemus, utique non sinè affectu, & impulsu amoris filialis in Parentem. Quare enim ex tali filialiter dolente filio, cur doleat, se illam molestiam attulisse Parentis animo? Statim respondebit: cur non doleam, cum meus Pater sit: amo ipsum, ac proinde ei semper bonum, placitum gaudium opto potius, quàm molestiam, displicentiam, disgustum amaritudinis &c. Hoc inquam, sentu & affectu solemus efferre illa verba, cum piè, seriò, & ardentè proferimus, ideòque verè contriti, & ex motivo charitatis ac amoris DEI dolentes censendi. Quare, si eo tempore, quo urgeret preceptum Contritionis

Sci. B.
 jure ultra dice
 tis, ex libro
 in libro non b
 fati es: i
 fione commo
 tribundum ad
 ed DEUM (sup
 lem, noli ang
 contritione per
 § 4. n. 109. ad
 xa videri non
 §. Cum tot
 ta vera cont
 cate, maxim
 merito hic qu
 nec ne? De
 te responsio
 tuler eum
 eum eliciend
 catis obnox
 ministranda.
 multi sonent
 vere contritos
 rus de Jure
 mat esse diffi
 contritionem
 se. Utrumq
 forum. Diff
 factam contr
 in uno vel p
 maxime libro
 Pars III. v

juxta infra dicenda q. seq. v. g. in periculo mortis, aut subito coactus ministrare Sacramentum in statu non bono, ea verba serio, pièque effatus es; noli te accusare Confessario de omissione contritionis. Et tu Confessario, si moribundum audies, piè ac fervidè ejusmodi verbis ad DEUM suspirantem, maximè jam valde debilem, noli angi vel illum magis angustiare de contritione perfecta. Unde cum Gobat hic *ca. su 4. n. 109.* adhuc unum. (Nam utilia, prolixa videri non debent)

§. Cum tot sint conditiones tamque delicatae veræ contritiones perfectæ hætenus explicatae, maximè illa: *summus dolor super omnia*: meritò hîc quæres, an sit facilè huic elicere: nec ne? Delicata est hæc quæstio, & implicatae responsionis. Si enim respondeatur difficultè eum elici, absterrebuntur à conatu eum eliciendi multi, cheu! qui gravibus peccatis obnoxii subito vocantur ad Sacramenta ministranda. Si asseratur, id esse facilè, fortè multi sument occasionem existimandi, se esse vere contritos, cum tamen non sint. Navarrus de *Fubileo, & Indulgentiis notabili 17.* affirmat esse difficile. Diana contra & alii putant, contritionem etiã perfectam facilè elici posse. Utrumque videtur verum respectu diversorum. Difficillimum sine dubio est elicere perfectam contritionem respectu valde habituatorum in uno vel pluribus peccatis mortalibus, & maximè libidinis & vindictæ: & singulariter

antequam, prout deberent, evitârunt occasiones proximas peccandi: O quando tales elicient, synceram detestationem peccatorum super omne aliud malum, ex sincero motivo charitatis ac amoris DEI super omnia, quem tam effrenatè offendere assueti sunt. Digito DEI & virtute altissimi hic opus est. Facile autem meritò censeri debet, elici contritionem ab iis qui rarò & ex humana fragilitate potius, quam ex malitia vel consuetudine peccant. Hi enim faciliùs syncerè ad mentem & ad DEUM revertuntur.

- 133 §. Jam dicturus de necessitate contritionis, suppono te nosse: necessarium necessitate medii ad salutem id esse, sine quo salùs æterna consequi simpliciter non potest, non obstante quâcunque impotentiâ, ignorantia, inadvertentiâ: v. g. sic necessarius est Baptismus parvulis. Necessarium necessitate præcepti est illud, quod ad obtinendam salutem etiam necessariò præstandum est, sed cùm præstari potest, exculante impotentiâ, ignorantia, oblivione inculpabili &c. sic necessarium est die Dominico audire Sacrum, &c.

QUÆSTIO II.

Qualiter Contritio sit necessaria necessitate medii?

SUMMARIUM.

136. *Homini in mortali constituto in omni lege necessaria est aliqua penitentia, vel dolor.*

SECT. II. De Contritione perfecta. 115

137. Possit tamen DEUS absolute sine omni poenitentia
vel actu alio.
138. Peccatori actu non peccanti seu ad peccatum affecto,
sua peccata gratis remittere.
139. In lege veteri omnino necessaria erat ad justificatio-
nem, perfecta, formalis vel virtualis.
140. In lege autem nova sufficit etiam attritio cum Sa-
cramento Baptismi, vel Poenitentiae.
141. Non tamen attritio cum aliis Sacramentis per se lo-
quendo.
143. Contritio perfecta etiam extra omne Sacramentum
justificativa non necessario debet esse formalis,
144. Sed sufficit virtualis, amor DEI super omnia
145. Sive peccator sit immemor, sive memor suorum pec-
catorum.
147. Memor tamen in extremis constitutus obligatur in-
super elicere contritionem formalem.
149. Amor DEI generatim duplex, concupiscentiae & a-
mititiae.
150. Quid amor concupiscentiae ?
151. Quid amor amicitiae quoad affectum complacentiae ?
&
154. Quid quoad affectum desiderii ? dicitur amor obedi-
entialis. Usque ad n. 159.
159. An, qualiter, & quando justificet Martyrium ?
Usque ad n. 164.

ASSERTIO.

Homini in peccato mortali constituto, in¹³⁴
omni statu de lege ordinaria, ad justifica-
tionem & salutem consequendam, medium neces-
sarium, seu necessitate medii necessaria est Poen-
itentia, seu contritio aliqua: in veteri quidem
lege determinate sola contritio perfecta; in nova
autem lege post instituta Sacramenta Baptismi
& Poenitentiae, diiunctim aut contritio perfecta,

aut Sacramentum cum attritione susceptum: neque necessaria est formalis, sed sufficit contritio perfecta virtualis inclusa in actu amoris DEI super omnia, ac etiam Martyrii, quantum est de necessitate medii. Est tota communissima, ut patebit explicatione.

§. I.

In omni lege necessaria Pœnitentia, vel contritio aliqua.

1351. **C**ertum de Fide. Concil. Trident. sess. 14. c. 1. Fuit quidem Pœnitentia universis hominibus, qui se mortali peccato inquinassent, quovis tempore necessaria ad gratiam & justificationem assequendam Et ibidem c. 4. Fuit quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic modus contritionis necessarius. Constitat ex SS. Script. passim Eccl. 20. v. 22. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus DEI & non in manus hominum. Luc. 13. si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis: quâ loquendi formulâ significatur necessitas medii; ut & Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. SS. Patrum de hoc pleni sunt libri Ratio est: quia illud, cujus effectus est simpliciter necessarius ad salutem, est & ipsum necessarium necessitate medii: sed effectus pœnitentiæ seu contritionis, scilicet remissio peccatorum seu justificatio est simpliciter necessarius ad salutem omnibus in mortali constitutis; ergo & ipsa pœnitentia est ita necessaria ad salutem.

II. Quòd pœnitentia, seu contritio aliqua sit **136**
 necessarium medium ad remissionem peccatorum seu salutem. Ratio à priori est sola & justissima ordinatio divina. Rationes congruentiæ variæ assignari possunt. Hæ maximè duæ. Quia per omne peccatum mortale avertitur homo à DEO, & convertitur ad creaturam: ergò convenientissimum est, ut non tollatur, nisi per conversionem ad DEUM, & aversionem à creatura: atqui ubicunque sunt hi actus, ibi est pœnitentia vel contritio aliqua: ergo &c. Item per omne peccatum mortale homo offendit DEUM, ut passim loquitur Scriptura: sed DEUM offendi (quomodocunque nos apprehendamus juxta suprà dicta) reipsâ & in effectu nihil aliud est, quàm DEUM velle vindicari peccatum, neque enim aliâ ratione potest offensio convenire DEO propriè loquendò: ergo de lege ordinaria non tollitur peccatum, nisi per punitionem peccati, quod est proprium pœnitentiæ, & hinc notanter initiò addidi: in omni lege *de lege ordinaria*. Nam

III. DEUS de potentia absoluta potest remittere peccata, & justificare hominem absque pœnitentia vel contritione formali vel virtuali; aut ullo alio peccatoris actu. Communis cum Scoto *in 4. d. 14. q. 9.* Suarez *hic d. 7.* Ratio est: quia DEUS de potentia absoluta peccatori actu non peccanti, absque ulla ejus pœnitentia vel actu prævio potest infundere gratiam sanctificantem: (potest enim DEUS effectum

producere absque dispositionibus, maximè ex sola sua libera ordinatione requisitis: pœnitentia autem seu actus peccatoris antecedens justificationem ac gratiam habet tantum rationem dispositionis: idque non ex natura rei, aliàs non posset gratia infundi infantibus, eorùmque peccatum originale deleri absque omni eorum actu, sed ex libera ordinatione & beneplacito divino: quod autem ex sola ordinatione divina requiritur, utique potest tolli per potentiam DEI absolutam) atqui per gratiam sanctificantem necessario deletur peccatum, & fit homo formaliter iustus ac DEO gratus: implicat enim hominem esse simul iustum ac gratum & peccatorum. Quia odio sunt DEO, impius & impietas ejus: ergo &c.

- 138 IV. Dixi notantissimè Peccatori actu non peccanti: quia homini actu peccanti, in actuali voluntate vel complacentia peccati existenti, sicque actualiter averso à DEO, non potest remitti peccatum: quia sic homo esset peccator & non esset peccator, esset aversus, & non aversus, ac conversus ad DEUM, quod rursus implicat. Sermo ergo est de peccatore habituali tantum, seu habitualibus tantum peccatis averso à DEO, qui scilicet peccata commissa, nondum retractavit per pœnitentiam vel contritionem aliquam: atque hanc ipsam habitua-lem aversionem à DEO, seu quod idem est, injuriam seu offensam sibi illatam, de potentia absoluta potest DEUS tollere per liberam condonatio-

Ser. II.
natiorem absque
humani mori
tuis ab omni imp
riam remittit
agar, dum
di non perit
habituali infir
venalem aver
ad se conver
nondum ellet a
modo parvuli
ter converti
pia converti
super

In lege

I. IN sta
nem
ficari potera
formali vel
menta veter
gratiam DEI
conferbant
ficabant
excitabant
que si for
tionem pe
opera oper
nam DD.

nationem absque ullo actu Pœnitentis, sicut in humanis moraliter loquendò censetur penitens abolita injuria vel offensa, si offensus injuriam remittit, etiamsi offendens nihil penitens agat, dummodò is in actuali voluntate lædendi non persistat. Quare DEUS tali peccatori habituali infundendò gratiam deleter illam habitualement averfionem, & faceret habitualiter ad se conversum sine proprio actu: etsi sic nondum esset actu conversus ad DEUM: sicut modò parvuli justificantur, fiuntque habitualiter conversi ad DEUM absque ulla actuali propria conversione ad DEUM. Sed hæc insuper

§. II.

In lege veteri determinatè sola contritio perfecta &c.

I. **I**N statu legis veteris ante legem gratiæ ¹³⁹ nemo adultus à peccatis liberari ac justificari poterat absque vera contritione perfecta formali vel virtuali. *Ratio* fuit: quia Sacramenta veteris legis inania signa erant, quæ gratiam DEI per se, & ex opere operato non conferebant, sed solùm præfigurabant & significabant per Christum conferendam: sicque excitabant fidem in Christum Mediatorem: quæ si formata fuit per charitatem, seu contritionem perfectam, vim habebat justificandi ex opere operantis tantum: juxta communissimam DD. & fidem Catholicam.

140 II. In nova autem lege non est amplius necessaria ad justificationem sola perfecta contritio sed sufficit attritio cum Sacramento Baptismi ; vel Pœnitentiæ suscepto. Communissima Theologorum , ut *sect. seq.* patebit latius *Ratio est* : quia Christus in nova lege volens facilitare media salutis , instituit hæc Sacramenta non vivorum , sed mortuorum remedia : scilicet sunt per se , & directè instituta , ut homini spiritualem vitam , scilicet remissionem peccatorum & gratiam primam conferant : consequenter eam ante eorum susceptionem non requirunt , nec consequenter perfectam contritionem : alioquin media salutis homini peccatori , non alleviata , sed aggravata fuissent.

141 III. Extra ergò hæc Sacramenta mortuorum , Baptismum & Pœnitentiam , etiam in nova lege peccator sinè vera contritione perfecta formali vel virtuali justificari non potest , etiam in Sacramentis vivorum susceptis per se loquendò , secundùm omnes : quia ideo dicta Sacramenta vivorum , quòd jam præsupponant spiritualem vitam animæ per gratiam sanctificantem : ac per se solùm conferant gratiam secundam , seu augmentum gratiæ sanctificantis. Attamen per accidens etiam per ista peccator aliquando justificari poterit cum sola attritione : scilicet propter ignorantiam , quando scilicet peccator attritus , vel inculpate ignorat se esse in peccato mortali , vel bonâ fide

Sect. II.
 certissima se esse
 revera attritus
 etiam de Sac
 ma 3. 37. q. 2.
 IV. L
 perfecta, vel
 virtuali. Qui
 debet et p
 tritio suo Pœn
 actus, qui nec
 testatio peccat
 cæ includit
 recordaretur
 vique detest
 amor DELI
 so enim, qu
 super om
 detestaris,
 sum, ac vel
 (quale est m
 spoliatus es,
 & aliunde n
 detestaris, d
 tatis. Disi
 Neque est
 Nimirum
 in rem

existimat se esse de eo contritum, cum tamen reverâ attritus, tantum sit, juxta communem doctrinam de Sacramentis in genere, cum D. Thoma 3. 3. p. q. 81. a. 7.

IV. Locuti sumus hactenus de contritione ¹⁴² perfecta, velut genericè seu formali, seu virtuali. Quid sit contritio formalis jam nosse debes ex q. preced. explicata definitione. Contritio seu Pœnitentia virtualis dicitur, & est actus, qui licet non sit formalis & expressa detestatio peccati, eam tamen virtualiter & implicitè includit: hominèmq; sic disponit, ut si recordaretur peccati vel offensæ DEI in se, eam utique detestaretur, &c. Talis maximè est ipse amor DEI super omnia, ut suprâ jam innui. Eo ipso enim, quo amas DEUM, ut summum Bonum super omnia, virtualiter & implicitè averfari & detestari, quidquid DEO summo Bono adversum, ac velut malum displicens seu offensivum est: (quale est maximè & solum peccatum) sicque dispositus es, ut si recorderis peccati à te commissi, & aliundè non impeditus, illud quasi necessariò detesteris, doleas, abolere satagas &c. His notatis. Dicimus ulterius:

§. III.

Neque est necessaria formalis, sed sufficit virtualis &c.

Nimirum etiam extra omne Sacramentum, ¹⁴³ ad remissionem peccatorum, & justifica-

tionem peccatoris non est necessarium medium, seu necessitate mediæ non est necessaria solâ contritio perfecta formalis, sed sufficit pœnitentia & contritio perfecta virtualis inclusa in actu amoris DEI super omnia, ac etiam suo modo in Martyrio, saltem extra tempus, quo obligat præceptum Pœnitentiæ. Communissima DD cum Scoto *in 4. d. 14. quest. 1.* Bellarminus *l. 2. Pœnit. cap. 9.* Suarez *d. 9.* Navarrus *c. 4. Man. num. 5.* alii passim omnes. Ratio generatim est: quia illud solum non est necessarium medium ad justificationem & salutem, sinè quo justificatio, ipsaque salus aeterna obtineri potest: sed absque contritione formali, solo perfecto amore DEI super omnia, aut Martyrio potest homo acquirere justificationem, adeoque & salutem: ergo &c. De Martyrio dicam infra seorsim. Nunc de amore DEI super omnia probatur.

- 144 I. Homo existens in peccato mortali cum auxilio gratiæ actualis potest elicere verum actum amoris DEI super omnia, æquè ac potest elicere actum contritionis perfectæ: quis de hoc dubitet? atqui verus amor DEI super omnia de se semper est deletivus peccati & justificativus, cum illi in sacra Scriptura sæpissimè absolute promittatur remissio peccatorum & justificatio. Ut Proverb. 10. *Universa delicta operit charitas.* 1. Petri 4. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* 1. Joan. 5. *Qui diligit, ex DEO natus est.* Proverb. 8. *Diligentem me, diligo.* Joan.

Scilicet II.
Joan. 14. Qui
Et carissime,
Magdalenam
quam dilexit
nem peccat
ergo dicit. Et
hominis ad D
cata: aliqui
DEUM & cre
per verum actu
fecte converti
actus amoris
tatem servan
qui diligit,
patet: qu
est perfecte
tualiter
nondum av
tor perfolu
stificatur, a
tur. Idque
cator non re
etiam cum m
II. Peccat
memor uo
fectum ab
eo, quod
cum sint a
beant inter
enim ex nat
li quidam

Joan. 14. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo,*
 Et clarissimè, ac suavissimè Christus Luc. 7. ad
 Magdalenam: *Remittuntur ei peccata multis,*
quoniam dilexit multum: apertissimè remissionem
 peccatorum dilectioni ut causæ tribuens:
 ergò &c. Et ratio est: quia perfecta conversio
 hominis ad DEUM necessariò delet omnia pec-
 cata: alioquin esset homo simul conversus ad
 DEUM & aversus à DEO, quod implicat: atqui
 per verum actum amoris DEI super omnia, per-
 fectè convertitur homo ad DEUM: nam verus
 actus amoris DEI super omnia includit volun-
 tatem servandi omnia mandata DEI, juxta illud:
qui diligit, legem implevit: & §. seq. ampliùs
 patebit: qui autem totam legem implet, utique
 est perfectè conversus ad DEUM eoque ipso vir-
 tualiter maximè aversus ab omni peccato, etsi
 nondum aversus actu, & formaliter: ergò pecca-
 tor per solùm actum amoris DEI super omnia, ju-
 stificatur, ac remissionem peccatorum consequi-
 tur. Idque non solùm verum est, quando pec-
 cator non recordatur peccatorum suorum, sed
 etiam cùm memor est. Nam

II. Peccator non solùm immemor, sed etiam ⁴⁵
 memor suorum peccatorum potest elicere per-
 fectum actum amoris DEI super omnia, absque
 eo, quòd eliciat actum contritionis formalis,
 cùm sint actus omninò diversi, nec ullam ha-
 beant inter se necessariam connexionem: non
 enim ex natura rei: etsi enim actus isti natura-
 li quâdam connexionem inter se consequantur,
 ut

ut mox dicetur, potest tamen ex libertate voluntatis unus sine altero haberi, cum sint realiter distincti & separabiles: non etiam ex præcepto aliquo: quo enim præcepto tenetur aliquis conteri semper, quoties elicit amorem DEI super omnia, præsertim cum præcepta affirmativa non obligent pro semper seu quovis tempore: ipsúmque præceptum pœnitentiæ pro nunc non obligare semper supponamus: ergò si semper amor DEI super omnia sit sufficiens dispositio ad remissionem peccatorum in eo, cui non occurrit memoria peccati sui? etiam in memore erit sufficiens: neque potest assignari ratio DEUM aliter in hoc, quam in alio ordinasse: & consequenter peccator etiam memor peccatorum suorum: potest absolutè remissionem consequi absque formali pœnitentiâ, vel contritione, maximè cum actus perfectus charitatis eminenter contineat omnem virtutem perfectæ pœnitentiæ, & virtualemente aversionem à quovis peccato, quod est DEO contrarium, virtualeque propositum abstinendi, faciendique omnia, quæ DEUS præcepit, ut jam supra innui.

146 III. Attamen peccator memor peccatorum suorum, amansque DEUM super omnia, moraliter quasi necessariò, & ferè semper detestabitur peccatum formali pœnitentiâ & contritione, ut omnes ferè observant: quia talis est natura dilectionis DEI super omnia, ut fortiter inclinet ad detestationem peccati: quod tunc occur-

Sol. II.
 curi, Sic
 affectum conc
 dicant, cum
 stro autem
 eta intellig
 SS. Parum
 tentiam requ
 nitentia vel
 quod tantum
 mus semper
 pro pœnitent
 præceptum
 tionis etiam
 amorem DE
 quasi sequen
 jus præcipu
 periculum
 tæ. Et hi
 IV. Præ
 per omnia
 sufficit & ju
 vel de morte
 cit: nec eti
 per inadv
 tur à præ
 subito in
 sui peccati
 tamen ad
 tritione elic
 amorem DE
 faciat, &

currit, Sicut assensus præmissarum inclinatur ad assensum conclusionis, similitudine tamen claudicante, cum hic causa naturalis operetur, in nostro autem casu, causa libera. Atque juxta dicta intelligenda sunt testimonia scripturæ, & SS. Patrum, ad remissionem peccatorum poenitentiam requirentia. Loquuntur enim de poenitentia vel formali vel virtuali, aut certe de eo, quod communiter accidit. Insuper locuti fuimus semper: *extra tempus, quo obligat præceptum poenitentiae, & contritionis formalis*: nam præceptum poenitentiae tempore suæ obligationis etiam constringere eum, qui eliciisset amorem DEI super omnia, ex communi dicemus *quest. sequenti*. Tempus autem obligationis hujus præcipuum, ac certissimum est articulus vel periculum mortis in defectu Sacramenti Poenitentiae. Et hinc:

IV. Practicè ergo loquendò amor DEI sufficit per omnia, ejusque imbibita contritio virtualis sufficit & justificat peccatorem, quoties sanus vel de morte nihil periclitans eum actum elicit: aut etiam in ipso articulo mortis, casu quo per inadvertentiam vel ignorantiam excusaretur à præcepti contritionis obligatione: ut si subito in extremis positus, sed aut immemor sui peccati, aut memor quidem peccati, non tamen advertens obligationem suam de contritione elicienda, attamen eliciens verum actum amoris DEI super omnia: tunc omninò justificabitur, & sic decedens salvabitur: quia actus
ille

ille est dispositio sufficiens, ut dictum, & cessat obligatio alterius præcepti. At verò in extremis positus memor peccati, & obligationis istius suæ, in communi & nostra Sententia per actum solum amoris DEI non justificabitur, nisi etiam eliciat, cum possit, contritionem formalem: tum quia alioquin eo ipso peccaret voluntariâ omissione actûs præcepti: tum quia eo ipso tunc non haberet amplius verum amorem DEI super omnia. Nam qui verè amat DEUM super omnia, necessariò implicitè saltem vult servare omnia, quæ DEUS præcepit, & occurrente talis præcepti servandi occasione, non potest non servare, alioquin eo ipso cessaret amor DEI super omnia: sed datur præceptum Divinum de pœnitentiâ & contritione, elicienda in articulo mortis, saltem cum Sacramenti copia non est, ut videbimus: ergo, &c. Insuper quia contritio perfecta tam formalis: quàm virtualis in amore DEI imbibita, non justificat sinè voto pœnitentiæ Sacramenti, ut supra dictum, neuter ille actus, neque ambo simul sufficerent, sed habitâ copiâ Confessarii, peccator tunc necessariò deberet suscipere Sacramentum, secundùm omnes: quia nimirùm tunc maximè obligat præceptum confessionis, cum facultas adest.

§. IV.

*Inclusus in actu amoris DEI super omnia,
ac etiam Martyrii, &c.*

Inquies. Hæc omnia quidem satis intelligo. 148
Sed, quod caput est, nondum satis intelligo
& penetro, quid & qualis sit ille actus amoris
DEI super omnia, qui simul est virtualis contritio,
& sufficiens ad justificationem ac remissionem
peccatorum extra Sacramentum. Credo quod
juxta Evangelicum consilium cum tam piè *anga-*
riante in re sanctissima, & utilissima rursus li-
benter *procedas mille passus*. Conabor satisfacere
sancto tuo desiderio pro captu meo & tuo. Sed
ante omnia nosse convenit, quid & quotuplex sit
amor generatim.

§. Amor generaliter est prosecutio boni ap- 149
prehensi, seu motus appetitus in alterum vel
aliud ut bonum apprehensum (sicut contra
odium est fuga mali, ac motus voluntatis in ma-
lum apprehensum, illud averlandô) Duplex
est; amor *Concupiscentia* & *amicitia*. Amor
concupiscentia est, quo alterum amamus & be-
nigno affectu prosequimur, quatenus nobis est
bonus, utilis delectabilis, eoque amore proin-
de amamus magis nos ipsos, ac nostrum commo-
dum, quam illum. Amor *amicitia* est, quo
alterum amamus ac bono affectu prosequimur,
quatenus ipse in se est bonus, ac propter ipsius-
met bonitatem, cum affectu unionis tanquam
aliquid ad nos pertinens: idque duplici affe-
ctu;

Estu: 1. *complacentia* de ejus bono habito gaudendô, favendô, gratulandô, quasi de nostro, (sicut econtra de malo ejus tristandô velut de nostro malo) 2. *Affectu desiderii*, bona, quibus caret & eget, ei desiderandô, optandô, ac pro posse etiam procurandô, mala avertendô, &c hæc enim omnia exigit verus amor amicitia. Experire prius in te respectu alicujus chari amici, & ad amorem DEI summi boni transfer, & per teipsum invenies, quod in hac quaestione nosse cupis. Itaque

I. Amor concupiscentiæ erga DEUM

150 **E**ST, quo diligimus DEUM ut *bonum nobis*: quatenus nimirum nobis benefacit, & benefacitur speratur innumeris, immensisque bonis naturæ, gratiæ, gloriæ. Amor hic de se bonus est & sanctus (quippe actus spei Theologicæ, quâ DEUM ut summum bonum nostrum æternâ beatitudine perfruendum principaliter, & secundariò omnia ad eum finem necessaria ac utilia bona, ac media spiritualia ac temporalia consequi concupiscimus, atque infinita DEI bonitate ac promissionibus consequi confidimus, & certa cum fiducia expectamus) ac in homine justo meritorius maxime: atque etiam in peccatore initium aliquod ad conversionem & justificationem: attamen de se minimè sufficit ad contritionem perfectam, etiam virtualement, nec consequenter ad justificationem peccatoris extra Sacramentum.

Quam-

Señ. II.
 Quomodo enim
 var virtutem
 advertatur DE
 favore, grati
 tamen detest
 & timoris, m
 bimus, & n
 amor DEI sup
 non propter le
 est, sed propter
 bonus est. E
 nus, & amat
 vobis bonu
 nus nos ipso
 juxta notum
 quodque tale
 concupiscen
 amamus DE
 cipe rursum,
 petarentur à
 juxta dicta q.

2. Amor
 quod

A
 mor a
 mus
 se summum
 per loam in
 bonitatem,
 similitudine dupl
 Pars III.

Quamvis enim etiam hic amor implicite involvat virtuales detestationem peccati, quatenus adversatur DEO summo bono nostro, ejusque favore, gratia, & beatitudine privat. Hæc tamen detestatio est solummodo ex motivo spei, & timoris, attritioni proprio, ut suo loco videbimus, & non ex motivo charitatis: nec est amor DEI super omnia, cum illo ametur DEUS non propter se, & quatenus in se summè bonus est, sed propter nos, & quatenus DEUS nobis bonus est. Est autem DEUS in se infinite bonus, & amabilis magis, quam respectu nostri, ut nobis bonus: quin etiam hoc amore aliquatenus nos ipsos magis amamus, quam DEUM, juxta notum principium: *Propter quod unumquodque tale, ipsum est magis tale*: at hoc amore concupiscentiæ propter nos & nostrum bonum amamus DEUM: ergo magis amamus nos. Excipe rursus, nisi hic ipse amor concupiscentiæ impetaretur à charitate, & amore DEI super omnia: juxta dicta q. præced. §. 4. n. IV.

2. Amor amicitiae erga DEUM, quoad affectum complacentiae.

Amor amicitiae erga DEUM est, quo amamus DEUM propter seipsum, quatenus in se summum bonum ac infinite bonus est, ac propter suam intrinsecam, infinitam, omnimodam bonitatem, perfectionem, excellentiam. Idque similiter duplici affectu, *complacentiae, & desiderii*,

rii, (de hoc posteriori dicam num. sequenti)
nunc de primo.

152 Affectus amoris, seu amor complacentiæ erga DEUM est, quo DEO volumus, gaudemus, complacemus ac velut gratulamur omne, & infinitum bonum suum, cum affectu unionis. Nam ut ait D. Thomas 2. 2. q. 27. a. 3. *Amor importat unionem quandam secundum affectum amantis ad amatum quodammodo, ut unum sibi, vel ad se pertinens, & sic movetur in ipsum, ut ei se uniat*: Sic D. Thomas. Utpote dum ex consideratione Divinæ Essentiæ, summæ, infinitæ, ac omnimodæ bonitatis, infinitarumque perfectionum ejus, mirabilibus ejus operibus, beneficiis, anima inflammata amore, ac intimæ amicitæ affectu DEO Optimo Maximo vult, gratulatur, congauDET omne, ac infinitum bonum suum: vult & exultat esse tantum, quantum est; exultat & jubilat habere DEUM tam infinitè bonum, potentem, sapientem, excellentem, se suaque omnia offert, & devovet DEO, optat per impossibile habere aliquid DEO tribuendum, quo ipse careret, exemplò notissimò Seraphici Doctoris D. Augustini: idque totum cum affectu unionis supra dicto, quem optimè suggerit amorosus Abbas Lud. Blofius Tabell. Spirituali propè finem. *Beatus sanè esses, si toto affectu dicere posses. O, quantum bonum possideo, cum DEUS meus, qui magis est mihi ego, quàm ipse sim, adeò immensam gloriam, immensaque bona possideas: nam illius reverè*
pro

Sed. II.
primo magis
quidam habet
etiam amor
cum affectu
ne bonum
que involvit
& aversionem
& aditum et
bilissim, fuerit
mulationi DE
excit, quid
piet, infinite
gudet summo
hominibus (a
ab omni crea
tium, &c.
malum DE
continet con
justificatione
privilegio.
diliget, ex D.
tuisem pecca
Lugo in disp.
Huradus, a
At vero g
libilis est, a
placentiæ:
continet v
tionem suffi
mythes sur
cum paba di

pro meo magis habeo, ac teneo, quam unquam
 quidquam habui ac tenui. Sic ille. Atque hic
 etiam amor complacentiæ sic fervide elicitur
 cum affectu unionis, atque extendens se ad om-
 ne bonum DEI intrinsecum & extrinsecum, uti-
 que involvit aliquam virtuales detestationem
 & aversionem ab omni, quod DEO malum
 & adversum est. (ut, si fervidè dicas: *O ama-
 bilissime, suavissime, infinitis perfectionibus cu-
 mulatissime DEUS meus: medullitus lator, atque
 exulto, quòd sis ita infinitè potens, infinitè sa-
 piens, infinitè tremendus tuis hostibus, &c. &c.
 gaudeo summoperè ita tibi serviri ab Angelis, &
 hominibus sanctis, sicut servitur: atque utinam
 ab omni creatura dignum tibi præstetur servi-
 tium, &c.* Nonnè sic implicite detestaris omne
 malum DEI, adeoque & tua peccata?) ideoque
 continet contritionem virtuales sufficientem ad
 justificationem in peccatore: dignus proinde ius
 privilegiis. *Ego diligentes me diligo. Omnis quò
 diligit, ex DEO natus est. Caritas operit multi-
 tudinem peccatorum, &c.* Uti post alios docent
 Lugo hic disp. 5. n. 25. Tannerus d. 6. q. 6. dub. 2.
 Hurtadus, alii cum Gobat num. 94.

At verò generaliter, & practicè loquendò, fal-
 libilis est, ac deceptioni obnoxius hic amor com-
 placentiæ: & sinè dubio non quilibet vulgaris
 continet virtuales detestationem ac contri-
 tionem sufficientem ad justificationem. Certè
 myriades sunt hominum, qui seriò quidem
 cum gausu dicunt DEO: Gaudeo, DEUM esse

tam bonum, tam magnum, tam potentem sicut est! utinam eum omnes agnoscant! utinam totus mundus convertatur ad Christum! &c. &c. ipsi interim hærent in luto peccatorum, absque ullo proposito efficaci illinc emergendi. Nullus hic amor DEI super omnia, falsus & spurius est hic amor amicitia. Quomodo enim amas, quem offendere, irritare, exacerbare non desinis, si non præstas ea, quæ ille à te summo jure exigit? Audi Evangelistam amoris 1. Joan. 2. *Qui dicit se nosse DEUM (sive scilicet charitate formatâ) & mandata ejus non custodit, mendax est.* Ad securiorem ergo veniamus.

3. Amor amicitia erga DEUM quoad affectum desiderii, dicitur amor *obedientialis.*

1541. **A**ffectus amoris, seu amor desiderii dicitur, quo DEO volumus, appetimus, desideramus efficaciter omne suum bonum extrinsecum, tanquam nondum habitum: videlicet (in summa summarum) omne ejus PLACITUM, & GLORIAM. (Nihil quippe intrinsecum, tanquam bonum nondum habitum DEO velle, vel desiderare possumus, ut, nimis clarum est) Bonum autem extrinsecum & gloria DEI extrinseca in hoc ipso consistit, ut DEUS ab omnibus saltem quamplurimis hic in via cognoscatur, ametur, laudetur, eique per-

Señ. II.
perfecte servit
in omnibus
& principalit
ne, ac amon
renis glori
magnifico,
populorum
&c. Hac
situm.
II. Amor
dientialis dicit
vero amicitia
scem, ob
verbis: om
quid ipse a
rat, &c. e
optamus,
mus, ac in
ad bonum
avertendo:
& virtualite
mu, atque
destruere pa
trinsecum
hibet, de
tum) quo
molestia ad
tionem, v
veteris in h
tentiam, c
cati, &c.

perfectè serviat, & obediatur, ejus *placitum* in omnibus & ab omnibus perfectè impleatur, & principaliter in patria æternâ gloriâ, visione, ac amore beatifico perfruatur: sicut in terrenis gloria Principis consistit in copioso, magnifico, splendido famulitio, multitudine populorum sibi servantium ac obedientium, &c. Hæc incidenter, non tamen extra propositum.

II. Amor ergo DEI desiderii (etiam obedi-155
dentialis dictus) est, quo DEO summo bono, vero amicitiae affectu, *omne ejus bonum extrinsecum*, obsequium, honorem, gloriam, & verbò: omne suum placitum & velle, seu quidquid ipse à nobis fieri vult, præcipit, desiderat, &c. ei volumus, & super omnia optabilia optamus, desideramus, & efficaciter intendimus, ac in nobis & aliis procurare parati sumus, ad bonum promovendum, à malo opposito avertendo: atque eo ipso jam saltem implicitè & virtualiter aversamur, detestamur, execramur, atque pro possibili amovere, abolere & destruere parati sumus omne *malum DEI extrinsecum*, seu quidquid DEUS non vult, prohibet, detestatur, (omne nimirum peccatum) quo DEUS offenditur, irritatur, ac velut molestiâ afficitur, atque ad justissimam indignationem, vindictamque provocatur. Jam advertis in hoc amore virtualemente inclusam poenitentiam, contritionem, detestationem peccati, &c.

156 III. Dicitur autem hic amor *Obedientialis* à præcipuo ejus officio & effectu, videlicet obedientia & observantia amorosa omnium præceptorum Divinorum, quia eo amore parati sumus, & fervidi ad obediendum DEO in omnibus, ubique & semper, quandocunque & ubicunque obligabimur: idque non metu pœnæ, non spe præmii, vel mercedis, sed purissimo amore amicitiae, quia eum amamus & bonum volumus, optamus, & gaudemus: atque adeò etiam (nota per omnem modum) non solum vel principaliter, ut nos DEO placeamus, hoc enim adhuc aliquid, nescio, quid humani & proprii respectûs, vel affectûs redolet, sed solum, vel principaliter, quia DEO sic bene est, ipse sibi complacet, ac velut delectatur, ac voluptate afficitur, si ejus beneplacitum impleatur, & fiat, quod vult & præcipit, indeque ejus gloria extrinseca augetur: & verbò: ut serviamus DEO, ut per hoc principaliter non nobis, sed ipsi DEO bene sit. Et hinc est, quòd in Sacra Scriptura passim amori Divino tribuatur observantia mandatorum. Ut Joan. 14. *Si diligitis me, mandata mea servat.* Item: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.* Iterum: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et rursus cap. 15. v. 10. *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patri meo præcepta servavi, & maneo in*
ejus

Sect. II
ejus dilectione
Joan. Epist.
lus supra:
sincerus
appreciatur
mamus, ac
rem foris
nibus suis,
voluntati
nos plus per
tiam, dicam
parati à eoa
IV. Et
mus (ap
fectionis)
xius: eff
ac detesta
ti, omnis
trarium,
vum est:
detestatio
rualen per
amam occ
formali
tandem o
omnia u
à peccat
menti)
hunc ipse
dientialem
conition

ejus dilectione. Similia reperies passim apud Joan. Epist. 1. c. 2. & 5. Et concludit Apostolus supra : *Qui diligit, legem implevit.* Hic est syncerus amor DEI amicitia, & super omnia appretiativè, quo DEUM ita super omnia æstimamus, ac velut appretiamur, eique per amorem fortius firmiusque conjungimur, quam omnibus aliis, tantòque affectu nos DEO, ejusque voluntati unimus, ut mallems omnia, etiam nos ipsos perdere, quam DEUM ejusque amicitiam, dicamúsque cum Apostolo : *Quis nos separabit à charitate DEI?* &c.

IV. Et hic tandem est amor DEI perfectissimus (apex & summa summarum omnis perfectionis) securissimus, nulli deceptioni obnoxius : efficaciter movens ad summum odium ac detestationem super omnia, omnis peccati, omnisque illius, quod DEI voluntati contrarium, summique boni vel levissimè offensivum est : ideòque semper eminenter continet detestationem peccati, ac contritionem virtutalem perfectam, & si peccati memoria ita amantè occurrat, infallibiliter etiam actualem ac formalem contritionem excitabit. Jam ergò tandem cape. Hinc DEI amorem super omnia tanquam simul contritionem virtutalem à peccatore elicitum (etsi non sinè voto Sacramenti) actu justificare asserimus. Atque hunc ipsum DEI amorem super omnia obedientialem virtualiter includi in ipsa, ac omni contritione perfecta, diximus *questione proceden-*

cedenti : eo ipso enim , quo detestamur peccatum super omnia , propter DEUM summum, bonum eo à nobis offensum : implicite volumus eum à nobis super omnia dilectum , sicut si summè doleo te effecacum , vel ægrum , implicite ac necessariò volo te esse videntem , vel sanum.

- 158 ¶ Omnes tres actus amoris complacentiæ , desiderii seu obedientialis , & contritionis perfectæ , hâc vel simili formulâ exprimere poteris. *O amabilissime DEUS , ô bonitas & perfectio infinita , ex intimo corde gaudeo & exulto , te esse tantum , quantus es , &c. & quia tu dignaris delectari necessario tui amore & obsequio , ego tibi semper & ubique tam arctè unitus esse volo ac decerno , ut neque vita , neque mors , &c. me unquam sint separatura à te , tuisque obsequiis : atque utinam ego detestabilissimus homuncio nunquam te infinitum bonum ullâ ratione offendifsem , &c. &c.*

4. Martyrium.

- 159 I. **M**artyrium per se loquendò necessariò præsupponit statum gratiæ , & charitatis acquisitæ jam aliter , quàm per ipsum Martyrium. Ita omnes. Et apertissimè pronuntiat Apostolus I. Corinth. 13. *Si tradidero corpus meum , ita ut ardeam , charitatem autem non habuero , nihil mihi prodest : Ratio est : quia Martyrium per se ex opere operato non confert primam gratiam justificantem , sicut Bap-*

Sect. II.
 pmissus, vel
 prærogativa
 tere gratiam
 matam &
 necessitati
 nendum: &
 si in homin
 invenit pecc
 gratis conser
 mox adheren
 nam, quæ in
 qui ratione
 cicut Baptili
 Thoma 3. p
 pro Christo
 gat ab am
 liter volu
 Hinc illud
 Canonico
 rum: inter
 pro Martyr
 II. Per
 morali Mar
 præceptio
 necdum
 copia adu
 tionis pe
 biliter om
 ommissionis
 nec per M
 supra 3. 3.

ptismus, vel Pœnitentiæ Sacramentum, sed ex prærogativa speciali, & acceptatione Divina confert gratiam secundam, imò ultimam consummatam & in termino constituentem, ac velut necessitatem ad gloriam statim à morte obtinendam: & per accidens tantùm quandoque, si in homine, citra novam ejus culpam (NB.) inveniat peccatum, quod est impossibile cum gratia conferenda, illud remittit ac delet modis mox adferendis; simulque omnem prorsus pœnam, quæ impedit gloriam, vel ab illa retardat: quâ ratione comparatur Baptismo vero, & dicitur *Baptismus Sanguinis*. Sic omnes cum S. Thoma 3. p. q. 87. art. 1. ad 2. dicente: *Passio pro Christo suscepta obtinet vim Baptismi, & purgat ab omni culpa veniali & mortali, nisi actualiter voluntatem peccato inveniat inherentem*. Hinc illud notissimum Div. Augustini, ipsi Juri Canonico cap. cum Martha. de Celebrat. Missarum: insertum: *Injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyrè*.

II. Per se ergo loquendò obnoxius peccato 160 mortali Martyrium subiturus, omninò urgetur præceptis Sacramenti, aut Baptismi veri, si necdùm baptizatus sit; aut pœnitentiæ, si copia adsit, aut in defectu Sacramenti, contritionis perfectæ formalis: alioquin hæc culpabiliter omittens, quippe novo peccato mortali omissionis ponens obicem gratiæ Martyrii, nec per Martyrium justificaretur: ut in simili *supra §. 3. de amore DEI super omnia dictum*.

Per accidens ergo quando peccator Martyrium subiturus, aut est immemor peccati sui, aut memor quidem peccati, attamen copiâ Sacramenti destitutus; at immemor obligationis suæ de contritione habenda, v. g. ob vim tormentorum subito usu rationis privatus, aut aliis cogitationibus se in Martyrio confirmando intentus: Jam ipsum Martyrium justificabit, peccatâque cum pœnis delebit: idque certissimè, quando peccator Martyrium subit ex elicitò formali actu amoris DEI super omnia, cum enim hic actus in iis circumstantiis se solo justificet; multò magis cum Martyrio à se imperato: aut saltem quando Martyrium subit ex motivo charitatis propter DEUM super omnia dilectum, vel diligendum: Sic enim virtualiter saltem includit amorem DEI super omnia, adeoque etiam virtuales contritionem, utique in his circumstantiis sufficientem ad deletionem peccati, & justificationem, adeoque omnem effectum Martyrii. Insuper

- 161 III. Quando subiens Martyrium pro DEO, ignarus vel immemor contritionis eliciendæ, saltem est supernaturaliter attritus, adhuc Martyrium per modum Baptismi veri faceret ex attrito contritum, quoad effectum justificationis, omnemque culpam & pœnam remitteret. Ita (sanè contra multos) communis Sententia DD. ac latè Suarez *tom. 3. in 3. p. d. 22. sect. 3.* Etenim tam Emphatica dicta SS. Patrum passim comparantium & cœquantium hunc Baptismum

San-

Sanguinis cu
& maximam
tie conferen
bare: h
dum Sacra
quod, qu
contritum,
accidens co
ex communi
ita quando t
fide ultimam
Martyrium
reverà tant
motivo, v
damnation
dum, eum
ac justific
adhuc fal
allegata.
IV. A
aliquantum
non. 186.
& attritio
mortalis,
ficacem f
rante h
Christi v
ficandam
cliam in
pro DE
licet beat

Sanguinis cum vero Baptismo flaminis, totam & maximam sanè probabilitatem huic Sententiæ conferunt. Quam non ausim ego improbare: libentiùs tamen crederem id fieri per modum Sacramenti vivorum, Evcharistiæ verb. gr. quòd, quando peccator bonâ fide æstimat se contritum, cum tamen sit attritus tantum, per accidens confert gratiam primam justificantem ex communi DD. de Sacramentis in genere: ita quando talis Martyr peccato obnoxius bonâ fide æstimat se contritum, aut moveri se ad Martyrium ex motivo charitatis, cum tamen reverâ tantum esset attritus aut alio inferiori motivo, verbi gratia spe beatitudinis, aut metu damnationis moveretur ad Martyrium subeundum, eum similiter per accidens primâ gratiâ ac justificatione donari. Sic enim bono sensu adhuc salvabo tam seria verba Apostoli supra allegata.

IV. Addit Suarez *loc. cit.* & post ipsum, etsi ¹⁶² aliquantum trepidè Tannerus *tom. 4. d. 4. q. 3. num. 186.* Quando talis Martyr & contritionis & attritionis immemor, reus tamen criminis mortalis, elicit propositum seu voluntatem efficacem subeundi Martyrium pro DEO, & durante hâc voluntate & proposito, pro fide Christi verbi gratia obtruncaretur, adhuc justificandum, ob virtuales aliquam attritionem inclusam in illo proposito subeundi Martyrium, pro DEO ex motivo spei, consequendi scilicet beatitudinem, quâ spe utique detestatur impli-

implicite peccatum hujus beatitudinis impedivum. Rursus non repugno: sed neque credo, nisi illud propositum esset elicatum ex motivo charitatis, propter nimis seria Apostoli verba: *Si charitatem non habuero: nihil mihi prodest.* Tandem super hæc omnia, hanc vim, faciendi ex attrito contritum, adeoque justificandi peccatorem, etiam Martyrio propter pestem, seu mortem in servitio spirituali, vel corporali peste infectorum susceptam, multis rationibus tribuit Theophilus Raynaudus apud Gobat *Alphab. Confit. Casu 5.* sed merito non consentientem: quem si lubet, lege, mihi, vides, non amplius vacat.

Adnotatio Corollaria.

163 **E**X dictis hâc quæstione, & partim dicendis *quæst. seq.* ordo necessitatis, & obligationis contritionis talis est. 1. In articulo mortis, seu tempore quo obligat præceptum poenitentiae, si facultas adsit, necessario suscipiendum est Sacramentum Poenitentiae (aut Baptismi à nondum Baptizato) saltem cum attritione. Non sufficeret sola contritio, nec amor DEI super omnia, neque Martyrium. *Omnes.* Ratio est: quia habitâ facultate suscipiendi Sacramentum, illud negligens de novo peccaret mortaliter contra præceptum Divinum novæ legis, ideoque poneret obicem justificationi, & everteret effectum contritionis, amo-

Sect. II.
 amoris DEI.
 tas Sacrame
 est contriti
 ceret con
 omnia, ne
 nem ut p
 quis excusa
 tritionis, ut
 omnino suffi
 lis, sicut a
 rium, saltem
 juxta modo
 extra articulo
 ad justifica
 prædicta &
 ne: contri
 DEI super
 tem charit
 etiam cum
 Quæ valde
 intelliges.
 Qualite
 161. Datur
 161. 2. am
 161. 2. am

amoris DEI, & Martyrii. 2. Si tunc desit facultas Sacramenti suscipiendi, necessaria omninò est contritio formalis perfecta; & non sufficeret contritio virtualis, seu amor DEI super omnia, neque Martyrium: ob eandem rationem ut *quæst. seq.* probabitur. 3. Quòd si tunc quis excusaretur ab obligatione præcepti contritionis, ut in casu *supra §. 3. N. IV. posito*: omninò sufficeret, & justificaret contritio virtualis, scilicet amor DEI super omnia, aut Martyrium, saltem ex motivo charitatis susceptum, juxta modò dicta *§. 4. N. IV.* 4. Tandem: extra articulum mortis, vel tempus obligationis, ad justificationem peccatoris sufficiunt omnia prædicta & singula: Sacramentum cum attritione: contritio perfecta formalis, virtualis, amor DEI super omnia, ac Martyrium ex motivo saltem charitatis susceptum, & secundum plures etiam cum sola attritione, juxta paulò ante dicta. Quæ valde notare debes, & ex dicendis magis intelliges.

QUÆSTIO III.

*Qualiter contritio sit necessaria,
necessitate præcepti?*

SUMMARIUM.

165. Datur præceptum.

166. Partim naturale.

168. Partim positivum,

169. Spectans ad virtutem penitentiæ,
 171. Obligans in defectu Sacramenti omnem hominem peccatorem.
 172. Etiam in articulo mortis eos, qui habent amorem DEI super omnia.
 173. Non tamen, qui usu Sacramenti cum attritione justificati sunt, vel justificari volunt.
 174. Unde etiam in articulo mortis attritio cum Sacramento Baptismi, vel Penitentiæ est sufficiens.
 175. Longè tutior tamen, & omninò consulenda contritio.
 176. Imò in Articulo mortis certò obligat in defectu Sacramenti constitutum in mortali.
 177. Non tamen ante per se loquendò; Unde
 179. Nec statim post peccatum mortale commissum.
 180. Solvantur fundamenta in oppositum. Usque ad n. 182.
 182. Practicè tamen longè probabilius etiam ante periculum mortis quandoque per se obligare.
 183. Optimè ostenditur. Usque ad n. 186.
 187. Quando & in quibus casibus obliget per accidens? Usque ad n. 194.

ASSERTIO.

164. **D**atur Præceptum Divinum, partim naturale, partim positivum, obligans hominem peccatorem, in defectu Sacramenti, ad eliciendam contritionem perfectam: per se quidem satis probabiliter in articulo, vel periculo mortis tantum: at practicè longè probabilius etiam antea: non quidem statim post peccatum mortale commissum: sed sic, ut non nimis diu differatur prudentis iudiciò. Per accidens ceriò obligat sæpius in diversis casibus. Hæc tota vel communis,

158. II
 munis, vel e
 DD. ut patet
 autem princ
 I. Quale f
 liget. 3. a
 quoad prim
 PTUM.

Datur Præ
 rat, partit

Communi
 Senten
 pientis per
 bus minant
 preced. C
 sitate med
 te præcepti
 dubio enim
 pare mediun
 potestate est
 ligatur etiam
 saltem in
 ad salutem
 potestate
 diuine à n
 necessaria
 naturæ aliis, p
 claro.

munis, vel communior & tutior est Sententia DD. ut patebit explicatione singulorum. Tria autem principalia hic expressa explicanda sunt. 1. Quale sit hoc præceptum. 2. Quos obliget. 3. Molestissimè, quando obliget. Jam quoad primum **QUALE SIT PRÆCEPTUM.**

§. I.

Datur Præceptum Divinum, partim naturale, partim positivum, obligans ad contritionem perfectam.

Communissima DD. Sumitur ex innumeris 165
Sententiis sacrae Scripturae toties præcipientis poenitentiam, mortemque impoenitentibus minantis. Et sequitur manifestè *ex quæst. præced.* Quidquid enim est necessarium necessitate medii, est etiam necessarium necessitate præcepti, quando est in nostra potestate: sine dubio enim quis lege naturali obligatur usurpare medium necessarium ad salutem, cum in sua potestate est: nam qui obligatur ad finem, obligatur etiam ad media: sed contritio perfecta, saltem in defectu Sacramenti est necessaria ad salutem necessitate medii: & est in nostra potestate supposito auxilio gratiæ, quo mediante à nobis liberè elicitur: ergo est etiam necessaria necessitate præcepti Divini, *partim naturalis, partim positivi*: quod breviter sic de-claro.

166 I. Ratio hujus præcepti sumitur ex natura justitiæ & charitatis. Nam lex naturalis justitiæ exigit, satisfaciendum esse injuriato, eo modo quo debet ac potest is, qui injuriam intulit, sed quolibet peccato mortali fit injuria. DEO à peccatore, & DEUS ex infinita sua bonitate petit in satisfactionem Contritionem, ut patet innumeris Scripturæ locis, quam etiam præstare potest peccator: ergo &c. Deinde lex propria charitatis exigit, quòd quisque teneatur se eripere à magnis miseriis & periculis tum corporis, tum maximè animæ: atqui anima mortali peccato infecta est in gravissima miseria & certissimo periculo aternæ damnationis: ergo &c.

167 II. Præceptum ergo contritionis, quatenus absolutè inducit obligationem satisfaciendi DEO injuriato, & providendi nostræ saluti, est Divinum naturale: cum id ipsum recta ratio naturalis evidenter dicter; nimirum satisfaciendum cuilibet injuriato, & maximè DEO, & cuilibet providendum de sua salute juxta illud Div. Hieronymi l. 2. in Ecclesiasten: *Quemadmodum instigante natura lege, animantia medicinas sibi divinitus attributas querunt: ita sine dubio instigare Divinam legem homines, ut pœnitentiam agant.*

168 III. Idem verò præceptum, quatenus inducit obligationem satisfaciendi DEO injuriato, ac providendi nostræ saluti determinatè per contritionem perfectam, est Divinum positivum

Sect. II.
 tivum tantum
 niat ex meri
 tione Divin
 præscribitur
 tiam Divinam
 ostenduntur
 tio præcepti
 barbi sanctifi
 do, & aliquot
 num maxime
 nato tempor
 die Sabbatho
 li &c. Præ
 Modo in n
 utique nôl
 IV. H
 pœnitentia
 lasum spec
 que per ear
 ga DEUM,
 & ad DEUM
 dom malum
 tis revertimur
 ipsius in or
 se hoc præce
 re vel adltri
 dem special
 tium, quoci
 rionem, qua
 v.g. in peri
 Sacramenti.
 Pars III.

tivum tantum & non naturale; cum id prove-
niat ex mera libera determinatione, & accepta-
tione Divina hoc potius, quam aliud medium
præscribens peccatori ad recuperandam amici-
tiam Divinam, & salutem obtinendam: ut latius
ostendunt DD. in 4. d. 14. Simile habes in ter-
tio præcepto Decalogi, *Memento, ut diem Sab-
bathi sanctifices.* In quo, DEUM esse aliquan-
do, & aliquomodo colendum, præceptum Divi-
num maximè naturale est: at esse tali determi-
nato tempore & ritu colendum, utpotè olim
die Sabbatho, abstinendò ab omni opere servi-
li &c. Præceptum Divinum positivum fuit.
Modò in nova lege præceptum Ecclesiasticum
utique nôsti.

IV. Hoc præceptum simpliciter spectat ad 169
poenitentiae virtutem, quæ sola jus Divinum
laxum spectat, & perfectam satisfactionem: at-
que per eam etiam satisfit præcepto charitatis er-
ga DEUM, propter quam detestamur peccatum,
& ad DEUM convertimur, & charitatis erga nos,
dum malum à nobis avertimus, & in viam salu-
tis revertimur: quia tamen charitas DEI, & sui
ipsum in omni præcepto involvitur non est neces-
se hoc præceptum contritionis specialiter refer-
re vel adstringere ad charitatem. Et hinc tan-
dem speciale impoenitentiae peccatum commit-
titur, quoties homo voluntariè omittit contri-
tionem, quando eam deberet, & posset exercere,
v. g. in periculo mortis, non suppetente copiâ
Sacramenti.

170 *Dices.* Si impœnitentia, seu omiffio contritionis contra hoc præceptum fit speciale peccatum, & hujus rursus impœnitentia, ac non contritio erit novum speciale peccatum, & hujus rursus impœnitentia aliud novum, & sic in infinitum. Item fequeretur neminem ob unum solum peccatum damnari poffe: nam, reus fornicationis verbi gr. in periculo mortis, vel dolet, vel non dolet verâ contritione. Si dolet, falvus erit: fi non dolet, accedet novum peccatum impœnitentiæ, ficque non ob unum, fed ob duo peccata damnabitur. Utrumque confequens eft absurdum: ergo &c. *Refp.* ad 1. negando feq. Nam fola impœnitentia feu omiffio contritionis voluntaria culpabilis, vel pofitiva nolitio pœnitenti, cum quis fcilicet, tempore obligationis, v. g. in periculo mortis fcians, ac voluntariè omittit contritionem; aut etiam pofitivè non vult conteri, eft speciale impœnitentiæ peccatum, quod non fapè fit, nedum in infinitum: non autem impœnitentia merè negativa, feu omiffio vel carentia contritionis involuntaria, quæ omnibus actu non contritis ineft, & nullo modo peccatum eft. Ad 2. concedo feq. per fe loquendò: fi nimirum confcius peccati mortalis tempore obligationis, voluntarie contritionem omittas, ficque decedas, omninò ob duo peccata damnaberis, & abfurditatem tecum portabis: at quia à præcepto contritionis fapè naturalis inadvertentia, vel alia caufa, præfertim in repen-

tina

Sed. II.
tina morte ex
non contritio
tum damnabi
impœnitentia
etiam decedat
ad fecundum

Obligatio

Obligatio
peccat
tum baptiza
fulcipere po
tritionis &
Confession
piendi, que
in peccatu
nem alibi

I. Præ
tionis iux
legæ etiam in
iustificati fu
xerunt: te
lior, ac cu
quitur, la
num. 23
prum con
pœnitentiæ
tus pœnit
tificandus

tina morte excusat, idè si tunc cum uno peccato non contritus decedas, ob unum tantum peccatum damnaberis per accidens, quia tunc finalis impœnitentia non erit speciale peccatum, uti etiam docuit D. Thom. 1. 2. q. 14. a. 2. Jam ad secundum: **QUOS OBLIGAT?**

§. II.

Obligans omnem hominem peccatorem in defectu Sacramenti.

OMnem scilicet omninò peccatorem actuali peccato mortali obnoxium, etiam nondum baptizatum, nisi cum attritione baptismum suscipere possit, & velit. In quo præceptum contritionis & pœnitentiæ virtutis differt à præcepto Confessionis, seu Sacramenti pœnitentiæ suscipiendi, quod solos baptizatos, ac post Baptismum in peccatum mortale relapsos obligat, ob rationem alibi datam. Et insuper

I. Præceptum Contritionis tempore obligationis suæ, v. gr. in periculo mortis, adhuc obligat etiam illos, qui solo amore DEI super omnia justificati sunt, atque peccatum mortale extinxerunt: Ita communior & sinè dubio probabilior, ac tutior Sententia DD. quos citat, & sequitur, latèque probat Card. de Lugo *hic disp. 7. num. 235.* Quia, (ut suprâ dictum) Præceptum contritionis obligat ex virtute speciali pœnitentiæ, & non solius charitatis: atqui virtus pœnitentiæ exigit absolutè & formaliter satisfaciendum DEO pro injuria: quare tametsi

amor DEI super omnia contineat in se virtualiter ac eminenter Contritionem, hominẽmque DEO reconciliet, includit tamen simul votum pœnitendi, eũm fieri potest, sic rerum naturã exigente, ut doleat, & se DEO subjiciat. Quemadmodũ & ipsa contritio perfecta formalis quantumvis peccatorem justificet, DEOque reconciliet, includit tamen votum Sacramenti Baptismi, vel Pœnitentiæ suscipiendi, cũm facultas aderit, eoque præcepto contritus obligatus manet. Nolo ab hac communi & tutiori Sententia recedere, quam etiam *quest. preced.* semper supposui: etsi fatear admodũ probabilem esse Sententiam oppositam, nimirũ amorem DEI super omnia semper sufficere ad salutem, quam latissimẽ propugnat Vasquez *ad 3. p. quest. 86. art. 2. dub. 2.* & Dicastillus *hic disp. 3. dub. 1.* eò, quòd finis præcepti pœnitentiæ jam habeatur per amorem DEI super omnia. Sed certè in praxi non multũ interest: cũm moraliter fere impossibile sit, quin homo verè amans DEUM super omnia, conscius peccati sui, non illud etiam formaliter super omnia detestetur, adeoque & coneratur. Quare merito solum addidi *in defectu Sacramenti.* Itaque

- 173 II. Præceptum Contritionis non obligat eos, qui usu Sacramenti cum attritione iustificati sunt, aut justificari volunt. Communissima apud citandos infrà. Ratio est: quia Christus in nova lege singulari Privilegio aliud quòque medium justificationis instituit, scilicet

Sacra-

Sacra-
mentum
tenet, ut
perfecta ne
stus infir-
cramentali
difficile,
tritio per
non alteri
legis, alien
Christiani,
conditionem
Cognatur
cum attritio-
nem perfe-
ret votum
fecta cont-
stificatus
tur ad Sac-
sequens et
Ulterius:
III. Præ-
lo mortis
usu Sacram-
ipsa attritio-
tentis uni-
ficio ad ju-
culo mor-
pluribusq-
feli. 13.
man. tit. 4.
cum qua q-

Sacramenta mortuorum, Baptismi & Pœnitentiae, ut proinde modò solius contritionis perfectae necessitas desinat, alioquin certè Christus instituens, ac præcipiens confessionem Sacramentalem, medium per se satis durum & difficile, si insuper etiamnum requireretur contritio perfecta, & ipsa peccatori satis difficilis, non alleviâset, sed multum aggravâset onus legis, essémusque pejoris conditionis modò Christiani, quàm veteres olim, qui ad solam contritionem obligati per eam justificabantur.

Confirmatur. Si justificatus per Sacramentum cum attritione adhuc obligaretur ad contritionem perfectam, ipsum Sacramentum contineret votum contritionis, sicut ipsa contritio perfecta continet votum Sacramenti, eò quòd justificatus per solam contritionem adhuc obligetur ad Sacramentum, cùm facultas aderit: consequens est inauditum in Theologia: ergo &c.

Ulteriùs:

III. Præceptum contritionis etiam in articulo mortis non obligat hominem peccatorem. usu Sacramenti cum attritione justificatum, sed ipsa attritio cum Sacramento Baptismi vel Pœnitentiae universaliter semper est sufficiens dispositio ad justificationem, adeoque etiam in articulo mortis. Ita Henriquez, *Vasquez Canus*, pluribusque allegatis Card. de Lugo *hic disp. 7. sect. 13.* Dicastillus *hic disp. 6. num. 19.* Layman *cit. l. 5. tract. 6. cap. 2. num. 7.* Ratio est: eum quia quisque etiam in articulo mortis satis-

facit DEO & suæ conscientiæ, qui sequitur Sententiam moraliter certam; neque enim DEUS nos obligat in operando ad certitudinem Metaphysicam, sed est contentus certitudine morali, cum hæc ipsa tollat omne morale prudensque periculum peccati: atqui sufficere attritionem solam etiam cognitam cum Sacramento Pœnitentiæ moraliter certum est, ut ex Tridentino videbitur *sect. sequent.* ideóque etiam in articulo mortis eliciens solam attritionem cum Sacramento, habet moralem certitudinem, quòd non peccet. Tum quia oppositum multum arctat viam salutis, cum constet, quàm difficile sit peccatori elicere contritionem, maximè in extremis, quando morbi, timor mortis, alia sexcenta distrahunt animæ vires. Sententia omninò probabilis, intrinsecè maximè.

175 IV. Contrà tamen in articulo mortis non sufficere attritionem cum Sacramento, sed obligari tunc peccatorum, ut verum contritionis actum, tanquam certius salutis medium, & certio- rem ad justificationem dispositionem in se ipso excitare conetur, docent gravissimi DD. *Sotus, Suarez, Sanchez*, aliique apud Lugo *citarum*. Atque hanc Sententiam (quidquid sit de ejus speculativa probabilitate) tanquam practicè tutiorem in praxi omninò sequendam, consulendam, & à Confessariis apud moribundos practicandam censeo. Cum enim tanti Doctores post Concilium Tridentinum doceant legem

legem charitatis propria exigere, ut in tali articulo mortis moraliter certæ, sequatur quis tutiora, agerem reum damnanda temeritatis (ait Gobat cit. casu 3. num. 53.) qui tunc cognoscens se esse duntaxat attritum, non eniteretur serio ad perfectam contritionem, habens conscientiam gravatam crimine lethali: sic ille. Layman citatus num. 7. ita loquitur: Attamen talem pœnitentiam in morituro non conante se excitare ad perfectum dolorem de peccatis ob amorem DEI, valdè incertam & suspectam esse, ne fortè vera supernaturalis attritio non sit, atque non tam ipse homo peccata deserat, quàm à peccatis deseratur, iis tamen secundum actua-lem affectum inhæreat: quia ut S. Augustinus ait *Serm. 57. de temp. Pœnitentia, qua ab infirmo petitur, infirma est, qua autem à moriente petitur, timeo, ne & ipsa moriatur*: Et hæc Sententia maximè locum habet, si ipsemet moriturus agnoscat pœnitentiam infirmam, ac tepidam esse: neque majorem in se excitare conetur. Sic Layman sapienter. Jam ad tertium molestissimum quæsitum. QUANDO OBLIGAT?

§. III.

Per se quidem satis probabiliter in articulo, vel periculo mortis tantum.

I. **P**Ræceptum contritionis perfectæ certissimè obligat hominem peccatorem in mortali constitutum in articulo mortis, ejusve mora-

morali vel probabili periculo, saltem in defectu Sacramenti. Communissima. Ratio generalis est: quia sicut omne aliud præceptum Divinum, ita & hoc præceptum poenitentiae, ac contritionis perfectae & satis faciendum DEO injuriato, est impositum viatoribus, ut illud adimplendò consequantur vitam æternam, secus æternum damnandi: adeoque necessariò obligat nos, antequam exeamus ex hac vita: ergo si antea non fuit impletum, certissimè obligabit in articulo mortis; alioquin consummabitur ommissio simpliciter contra præceptum: ac in nostro proposito tunc voluntatè omittens contritionem novo peccato mortali omissionis & impoenitentiae finalis infectus ex hac vita decedet æternum damnandus. Ratio autem specialis est: quia homo in articulo mortis ac termino vitæ constitutus, maximè obligatur adhibere medium certum salutis suæ, ut nimis manifestum est: sed homo peccator tunc saltem in defectu Sacramenti, non habet aliud certum medium salutis suæ & reconciliationis cum DEO, nisi contritionem perfectam formalem; cum in communi & tutiori sententia, nec formalis amor DEI super omnia sufficiat: imò nec Sacramentum cum attritione satis tutum, ac securum sit medium, juxta dicta *s. præcedenti*: ergo &c.

- 177 II. Præceptum contritionis per se tantum obligare in articulo mortis, & nunquam ante, docent gravissimi Doctores D. Thomas in 4. q. 12. q. 1. a. 4. Cajetanus *Sum. V. Contritio*. Sotus in 4. d. 17.

d. 17. q. 2. a. 2. Navarrus *Man. cap. I. num. 27.* Medina, Adrianus, aliis congestis probabilem censet ipse Suarez d. 15. sect. 6. ac mordicus defendit Dicastillus *hic disp. 3. dub. 1. & ultimo.* Ratio sumitur ex natura præceptorum affirmativorum, quæ non obligant pro semper, sed solum pro certo tempore, aut lege determinato, aut necessitate urgente: atqui extra articulum vel periculum mortis per se loquendò nulla est necessitas urgens, ut de se patet: neque ante illum articulum vel periculum mortis potest assignari ullum certum tempus lege vel ratione determinatum, quo præceptum hoc per se obligaret potius, quàm alio: non enim statim post peccatum commissum, uti docuerunt D. Bonaventura, Alensis, Sylvester, aliique veteres apud Suarez *disp. 15. sect. 6.* Non quamprimum: multò minùs quoties practicè recordaris peccati commissi, uti docuerunt idem D. Bonaventura, D. Antoninus, aliique apud Gobat *hic Casu 6. num. 128.* Utrumque refutabimus mox *n. seq.* Multò minùs singulis diebus Dominicis & Festis, ut piè opinatus est Angelus noster *in Summa V. feria. n. 40.* & cum communissima rejiciemus infrà in fine: & quonam, quæso, alio certo tempore? tu Divina: ergo cum hoc præceptum pœnale sit & onerosum, non est extendendum, sed restringendum potius ad illa tantùm tempora, pro quibus ejus obligatio certò nobis constat: at non constat nobis certò hujus præcepti obligatio pro ullo tempore, præter-

quam in articulo mortis : ergo &c. Vides probabilitatem hujus Sententiæ : sed absterrent te gravissimè SS. Patrum, ac factæ Scripturæ sententiæ, tam seriò & minaciter urgentes maturam pœnitentiam, & damnantes seram dilationem pœnitentiæ usque ad mortem.

178 At, quidni commodè intelligi possint aut de consilio sanè optimo ac saluberrimo ; aut ad summum de præcepto, non debere nos nimis diu permanere in statu peccati mortalis & inimicitia cum DEO : atqui hic status peccati mortalis, & inimicitia cum DEO non solâ pœnitentiâ formali ac contritione perfecta tollitur, sed etiam amore DEI super omnia : usu Sacramenti cum attritione : hoc tamen non ad rem : quia loquimur de obligatione contritionis per se in defectu Sacramenti. Jam in specie progrediendô.

179 III. Præceptum contritionis non obligat statim post peccatum mortale commissum, aut quamprimùm quis se mortaliter deliquisse, practicè advertit : multò minùs postea, quoties quis practicè recordatur peccati mortalis commissi, nimirùm tanquam malè facti detestabilis &c. Ita (contrà veteres suprâ indicatos) multi antiqui cum ipso D. Thoma in 4. dist. 17. q. 3. a. 1. quos congerit, & sequitur Suarez. *disp. 15. sect. 5.* Tannerus *tom. 4. d. 5. q. 6. dub. 3.* Layman. *cit. cap. 2. num. 5.* Cardin. de Lugo *hic disp. 7. sect. 10.* paucissimis exceptis, omnes omnium Ordinum Recentiores cum Gobat *ibidem*

n. 132. Ratio est: quia & nulla ratio urgens adferri potest tantæ obligationis; ut patebit *num. seq.* & inde gravissima sequerentur inconvenientia. **1.** Sequeretur hominem sub novo peccato mortali obligari, ut ad Sacramentum Pœnitentiæ jam justificatus accedat: sicque Sacramentum Pœnitentiæ non esse Sacramentum mortuorum, sed vivorum, quo nihil absurdius. *seq. patet:* quia tum accessurus confessionale, practicè utique recogitat sua peccata, aut jam de illis conteritur, prout obligatur, & sic jam justificatus accedet: aut non conteritur, & sic committit peccatum mortale novum. **2.** Sequeretur hominem post peccatum mortale commissum, & practicè animadversum, si non statim eliciat contritionem, continuò peccare novo, & novo peccato mortali omissionis seu impœnitentiæ, saltem quoties de eo cogitat practicè, & conteri posset: hem quot myriades peccatorum mortalium omissionum contritionis & impœnitentiæ in homine integro (quod, prò dolor! sæpius fit) anno perseverante in statu peccati mortalis, non sinè continuo vel frequentissimo remorsu conscientiæ, & nimis, practica recogitatione peccatorum! an sinè certissimo fundamento, credibile? At longè intolerabilius. **3.** Sequeretur tam pœnitentes, quàm Confessarios universos damnandos plurimorum peccatorum mortalium, ac sacrilegiorum saltem materialium: cum de ejusmodi mortalibus omissionibus nec illi se accusant, nec isti

examinant: quis enim Confessariorum ex PP. Augustinianis, Dominicanis, Franciscanis, Societatis &c. frequentissimis in Confessionali poenitentem ab integro, vel medio anno in uno vel pluribus peccatis mortalibus hærentem interrogat, quando primum, ut quoties unius vel alterius peccati mortalis commissi recordatus fuerit, & quoties post eam recordationem omiserit penitus contritionem? O abyssum scrupulorum, & anxietatum! an absque quo certo fundamento adstruendum? 4. Addit Gobat n. 133. Quod Prælati Ecclesiæ culpabilissimè deessent suo officio in re maximi & summi momenti, si illa rigida Sententia foret vera, quandoquidem non dant operam, ut ea prædicetur suis Diocesanis. Plura huc facientia rejicio in finem quæstionis. Jam videamus, quid urgeant fundamenta oppositæ rigidæ opinionis.

180 IV. Fundamenta oppositæ sententiæ parùm urgentia sunt. *Primum*, & principale est: Voluntariè permanere in statu peccati mortalis ac inimicitæ cum DEO; semper illicitum ac intrinsecè malum est: omni enim momento tenentur cessare à peccato mortali: sed practicè cogitans de peccato mortali à se commissio, & non statim poenitens, ac contritionem eliciens, sed voluntariè differens, voluntariè permanet, & vult permanere in statu peccati mortalis, in inimicitia cum DEO: ergo post mortale peccatum commissum & practicè recogitatum (scilicet ut malum factum & detestandum

dum est) statim obligat, & quousque impleatur, semper obligabit præceptum Contritionis, instantia difficilior dabitur in responsione. *Secundum.* Præceptum contritionis inducit obligationem satisfaciendi DEO injuriato per peccatum mortale: sed injuriato post illatam injuriam statim, cum fieri potest, satisfaciendum est; nam, qui proximum læsit in bonis fortunæ vel famæ, tenetur statim satisfacere, ac compensare injuriam, alioquin peccat, quamdiu differt: ergo præceptum contritionis obligat statim post peccatum commissum. *Tertium:* Ex præcepto charitatis erga seipsum, tenetur quis statim adhibere medicinam in morbis periculosis corporis ad evitandum vitæ corporeæ discrimen: ergo multò magis à fortiori, tenetur quis statim adhibere medicinam in lethali morbo spirituali peccati mortalis, ad evadendum discrimen æternæ damnationis. *Quartum.* Peccatum, quod per poenitentiam non citò deletur, DEO permittente suo pondere ad aliud trahit; ait D. Gregorius Homil. II. in Ezechielem: ergo post peccatum commissum poenitentia statim agenda, & non differenda est: alioquin talis voluntariè exponeret se periculo denuò peccandi, quod semper illicitum est. Alia leviora lubens prætereo.

Resp. ad I. distinguendò Majorem. Vo-181
 luntariè permanere in statu peccati mortalis
 positivè, scilicet per actum positivum volendò
 pec-

peccatum & inimicitiam cum DEO, semper illicitum ac intrinsicè malum est: concedo majorem. Sic enim adhuc actu peccatur: sique verissimum est, nos omni momento teneri cessare à peccato, actuali nimirum voluntate vel complacentia peccati (idque ipsum non ex speciali virtutis pœnitentiæ ac contritionis præcepto, ut si non statim desistas à peccato, committas novum impœnitentiæ peccatum contra præceptum contritionis; nullo modo: sed ex præcepto alterius virtutis, v.g. justitiæ, temperantiæ, castitatis, &c. contra quam peccatur: ita ut si non desistas, solum in eodem peccato perseveres actualiter: quòd valde notandum est.) Voluntariè permanere in statu peccati, &c. negativè tantum, ac suspendendò omnem actum, scilicet nec volendò, nec nolendò aut detestandò peccatum commissum, imò etiam positivè nolendò ipsam pœnitentiæ vel contritionem hic & nunc, semper illicitum & intrinsicè malum est: nego majorem: similiter distinctà minori, nego consequentiam. Nam hic & nunc non pœnitere, ac nolle pœnitentiæ vel contritionem, actus de se indifferens est, ac bono fine etiam cohonestari posset: nam nolle bonum aliquod non est peccatum, nisi pro eo tempore, quo teneor velle vel agere illud bonum, v.g. audire Sacrum, eleemosynam dare, &c. at quòd teneor omni tempore velle pœnitere, vel contritionem elicere, quamprimùm vel quoties cogi-

Sed. II.
 cogito de pe
 sum est in c
 firmantes,
 cipium.
 quid, qua
 pœnitere
 mortali co
 indirecte, &
 inimicitiam
 tariè non co
 directe saltem
 lens ponere
 (ut in pro
 respectu p
 malum:
 guo prob
 lam tollere
 nego.
 se, sed p
 non cen
 illa causa
 tenemur il
 munem de
 plo vulgat
 prævio p
 posito:
 talis & in
 per accide
 noimone
 enim lequ
 factum est

cogito de peccato mortali commisso, hoc ipsum est in controversia: nos negamus: illi affirmantes, hoc argumento tandem petunt principium. At contra jam difficilius instabis. Nunquid, quando deliberatè & voluntariè nolo pœnitere vel contritionem elicere de peccato mortali commisso, hoc ipso positivè, saltem indirectè, & implicitè volo ipsum peccatum ac inimicitiam cum DEO? Quia omnis voluntariè non tollens causam alicujus effectûs, indirectè saltem vult effectum; & voluntariè nolens ponere causam destructivam alicujus mali, (ut in proposito est contritio seu pœnitentia respectu peccati) indirectè saltem vult ipsum malum: Resp. negandò assumptum, & distinguo probationem: quando teneor illam causam tollere, concedo: quando non teneor, nego. Quando enim effectus aliquis non per se, sed per accidens sequitur ex aliqua causa, non censetur is nobis voluntarius indirectè in illa causa posita vel non ablata, nisi quando tenemur illam causam amovere, juxta communem doctrinam de actibus humanis: exemplo vulgari de legente, vel audiente turpia cum præviso periculo pollutionis, &c. Sic in proposito: quia permanentia in statu peccati mortalis & inimicitia cum DEO, non per se, sed per accidens tantùm sequitur ex omissione, seu nolitione pœnitentiæ ac contritionis (per se enim sequitur permanentia in peccato, quia factum est, & per accidens tantùm, quia non pœni-

pœnites) ideò non potest nobis ea permanentia imputari etiam indirectè voluntaria & culpabilis, nisi solùm quando tenemur ponere causam destructivam peccati, scilicet ipsam pœnitentiam vel contritionem: cum ergo nulum extet præceptum statim applicandi causam destructivam peccati, postquam commissum, vel quando de eo practicè cogitamus (quod Adversarii hoc argumento probantes rursus principium petunt, supponendò, quod probandum erat) ideò permanentia in peccato & inimicitia DEI, ipsùmque peccatum & inimicitia DEI non est nobis neque indirectè voluntaria, sed permittitur, vel permissa tantùm: permissio autem mali, quando hic & nunc impedire non teneor, non est peccatum, secundùm omnes.

Ad 2. Resp. Distinguedò minorem. Injuriato statim satisfaciendum, quando injuria est damnosa, ideòque dilatio satisfactionis damnum infert, & continuat (prout ferè, certè non semper fit in injusta læsione proximi: concedo minorem. Quando injuria non est damnosa, nec consequenter ex dilatione satisfactionis aliquod damnum infertur, vel augetur injuriato, uti est respectu DEI: nego minorem & consequentiam. Ad 3. Resp. negandò consequentiam & paritatem. Ratio disparitatis est nimis manifesta. Quia vita corporalis semel amissa recuperari nequit: & ideò urgente morbo periculoso, quilibet temetur adhibere

Señ. II
hibere reme
elatum,
suz, sed co
dum vi
exprecept
novo gra
nam comp
allatura mo
mortuum in
solum tene
contra pecca
medicina,
tia, lequet
culo morti
eatum nov
Ad 4. n
ad novum
lenta, neg
ximum &
peccatore
teneatur ill
re pet se le
pro illo tem
riculum pe
pœnitentia
per fuit
um, am
expedient
sum statim
contari, te
facilius ab
Pars III

hibere remedia statim, ne patiatur irreparabile
 damnum, cum homo non sit Dominus vitæ
 suæ, sed custos: at verò vita spiritualis, semper
 dum vivimus, recuperari potest. Quare, sicut
 ex præcepto charitatis, aliquis tunc tantum sub
 novo gravi peccato tenetur adhibere medici-
 nam corpori, quando dilatio medicinæ ei esset
 allatura mortem vel aliud gravius malum v.g.
 morbum intensiorem: Sic in proposito tunc
 solum tenemur adhibere medicinam animæ
 contra peccatum, quando ex dilatione hujus
 medicinæ, scilicet contritionis, ac pœnitentia,
 sequeretur vel mors æterna, ut in peri-
 culo mortis corporalis, aut aliud gravius pec-
 catum novum, infamia, scandalum, &c.

Ad 4. negatur consequentia. Quia illa tractio
 ad novum peccatum aliud, non est tam vio-
 lenta, neque periculum novum peccati tam pro-
 ximum & urgens regulariter, ut non possit à
 peccatore evitari, & sub novo peccato mortali
 teneatur illud evitare statim, ac quovis tempo-
 re per se loquendò: nisi bene per accidens,
 pro illo tempore tandem, quo reverà adesset pe-
 riculum proximum gravius labendi, nisi per
 pœnitentiam gratia recuperetur. Sermo sem-
 per fuit de præcepto. Nam quoad consili-
 um, omnes uno ore consulunt & agnoscunt
 expedientissimum esse post peccatum commis-
 sum statim ad pœnitentiam confugere & saltem
 conteri, tum quia homo in gratia constitutus
 facilius abstinere à peccatis novis, quam extra

gratiam, sine qua nemo diu à novo lapsu præservatur: tum maxime, quia homo sic contritus cum proposito confitendi opportuno tempore, etsi non ita statim confiteatur, jam in gratia existens bonis suis operibus mereri, & pro peccatis suis satisfacere potest. His ergo *N. III. & IV.* dictis pro certis habitis: contra tamen Sententiam *N. II.* propositam, ad securiora tendentes dicimus:

§. IV.

*Practicè longè probabiliùs etiam
antea &c.*

182 **P**Ræceptum contritionis etiam ante articulum mortis per se quandoque obligat, sic, ut non nimis diu, certè non usque ad mortem deliberatè differatur: adèd ut voluntariè, ex proposito differre pœnitentiam valde longo tempore, aut usque ad finem vitæ, aut tamdiu differendi propositum concipere, novum sit peccatum mortale impœnitentiæ contra hoc præceptum contritionis. Ita communior, probabilior, & tutior Sententia Doctorum, quos latè recitat & sequuntur Suarez *disp. 15. seq. 5.* Tannerus *cit. q. 6. n. 65.* Layman *cit. c. 2. n. 6.* Lugo *disp. 7. sect. 10. à num. 274.* Gobat *casu VI. num. 139.* Id ipsum postea sensisse videtur D. Thomas 3. p. q. 34. à 5. ad 2. allegans illud Ecclesiastici 30. *Miserere anime tue placens DEO.*

183 **I.** Hanc Sententiam omninò convincere viden-

videntur gravissimæ sententiæ sacre Scripturæ ac SS. Patrum, tam seriò urgentes maturam conversionem, atque damnantes dilationem nimiam, præsertim usque ad mortem. Audi unam & alteram. Eccl. 5. *Non tardes conversi ad Dominum, neque differas de die in diem: subitè enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Rom. 2. *An ignoras, quoniam benignitas DEI ad pœnitentiam te adducit: secusdùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die ira & justi judicij DEI.* Psal. 37. *Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meæ, à facie insipientia meæ: quia (ait D. Hieronymus ibidem) volebam agere pœnitentiam.* Authoritates Patrum describi non possunt. Lege latè S. Augustinum *serm. 67. de tempore hom. 42. & 50. & libro de peccat. falsa pœnitentia c. 17.* S. Cyprian. *l. 4. Epist. 2.* alios passim. Ratio petitur tum ex parte DEI: tum ex parte hominis.

II. Ratio ex parte DEI est: quia tamdiu de-184 liberatè, & voluntariè persistere in inimicitia DEI, tamque diu differre compensationem injuriæ DEO per peccatum illatæ, ac recuperationem justitiæ divinæ, moraliter censetur importare novam injuriam, ac interpretativum contemptum DEI Opt. Maximi; ergo videtur tunc ipsum præceptum pœnitentiæ, adèdque in defectu Sacramenti, contritionis perfectæ per se obligare ad reparationem amicitiaæ divinæ tandem procurandam etiam extra omne periculum

mortis, & secus, novum in poenitentia peccatum committi: idque maxime ipso DEO, (pro ut semper solet) toties monente & movente per auxilia gratiae, tum intrinseca, ut bonas inspirationes, remorsus conscientiae &c. tum extrinseca, exhortationes, exempla, occasiones oblatas &c. sicut ipsemet exaggerat Proverb. I. *Quia vocavi, & restitistis: Extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret: despectistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitum vestro ridebo.* Et hinc

- 185 III. Ratio ex parte hominis est: quia is tam diu in statu peccati mortalis persistendô gravissimam spiritualium bonorum vix numerabilium jacturam, periculum gravius labendi, & tandem in malo indurationem incurrit, ut supra Apostolus monuit, & explicat D. Gregorius Hom. II. in Ezechielem dicens: *Peccatorem diu expectat DEUS, ut redeat, non redeunt atque contemnenti ponit (offendiculum) ubi gravius rnat: & sicut supra dixerat: peccatum, quod per poenitentiam, saltem diu non deletur, tandem suo pondere certissimo ad aliud trahet.* Et Concilium Milevitanum Can. 3. docet: hominem sine gratia justificante diu servari non posse sine lapsu peccati mortalis: adeoque si peccator per poenitentiam se in DEI gratiam restituere longo tempore differat, ac negligat, manifestum adit periculum alterius peccati ex altero incurrendi, ut pro dolor experientia

nimis notum
ponent se illi
finem vice
cit. ferm.
dem in cas
Sacramentu
flor et tamen
rit, mortuar
allegas, & li
queres:

IV. At que
in mortali po
re poenitenti
tritionem?
supra, non
sem. Laym
Lessius, ap
annos. Su
id commite
festarii, spec
tationum,
verterit alic
catis huius po
di obligatio
veriam obli
ego cum T
impoeniten
tiae, & neg
tamen recte
ros esse, q
praecepti, n

nimis notum est ! Tandem quanto periculo exponant se illi, qui pœnitentiam de peccatis in finem vitæ differunt, ostendit S. Augustinus cit. ferm. 67. de tempore dicens : *Datur quidem in extremis pœnitentia id est, pœnitentiæ Sacramentum) quia negari non potest : sed auctores tamen esse non possumus, quod qui sic perierit, mereatur absolvi.* Lege ipsum locis suprâ allegatis, & stupebis. Jam quoad praxin meritò quæres :

IV. At quamdiu sinè novo peccato existens in mortali post admissum crimen potest differre pœnitentiam, ac in defectu Sacramenti contritionem ? Respondent variè varii : Tannerus suprâ, non ultra unam hebdomadam vel mensem. Layman non ultra annum : *Coninck, & Lessius*, apud Gobat non ultra tres aut quatuor annos. Suarez & Lugo citati rectius censent id commitendum esse iudicio prudentis Confessarii, spectatis circumstantiis personæ, tentationum, occasionum : & maximè an adverterint aliquando ad hanc tandem de peccatis suis pœnitendi, Deoque se se reconciliandi obligationem. Post hanc enim animadvertsam obligationem (salvo meliori iudicio,) ego cum Tannero condemnarem peccati novi impœnitentiæ, qui ultra hebdomadam voluntariè, & negligenter differret contritionem. At tamen rectè advertit Gobat modò citatus raros esse, qui advertant obligationem hujus præcepti, nisi quando vel cogitant confite-

ri, vel timent periculum mortis, vel occurrat casus per accidens contritionem exigens ex mox enumerandis §. seq. Tandem optimè advertit Layman cit. n. 6. his verbis: *Cæterum postquam Ecclesia annuam confessionem præcepit, ad quam actus poenitentia saltem imperfectus (attritio) requiritur, si fideles tunc tale præceptum impleant, eo ipso quoque divino poenitentia præcepto satisfacere illos credendum est: quod enim præstat actus contritionis extra Sacramentum, hoc idem etiam præstat attritio cum Sacramento: Hæc Layman verissimè. Nam supra jam concessimus præceptum contritionis perfectæ non obligare eos, qui per attritionem cum Sacramento suscepto iustificati sunt, saltem extra articulum mortis.*

§. V.

Per accidens autem certò obligat incertis casibus.

Casus certi sunt:

187 **PRIMUS.** Præceptum contritionis per accidens obligat Ministrum consecratum, quando existens in statu peccati mortalis debet administrare conficiendò Sacramentum, nec habet copiam Confessarii. Communissima Ratio est: quia Minister consecratus ex officio ministrans ac conficiens Sacramentum, debet esse in statu gratiæ, alioquin de novo peccaturus
con-

Sect. II.
contra rever
minutissimam
metaria de
nostro r
in statum
ceptum con
cicens, quo
explicito.
SECUN
mortali deb
rum, ut con
dinis, Extret
in suscipien
non sit co
est: quia i
rum, quia
gratiam les
debet esse i
alioquin pe
cem effectu
At similiter
dium confic
tionem perfe
ergo Sec.
TERTI
quando qu
vibus tent
moraliter e
tionem ad L
efficaciora a
nis etiam ob

contra reverentiam Sacramenti , juxta communissimam , receptissimamque sententiam in materia de Sacramentis in genere : sed in casu nostro non habet aliud medium constituendi se in statum gratiæ , nisi contritionem : ergo præceptum contritionis ipsum tunc obligat per accidens , quod mox infra post casus enumeratos explicabo.

SECUNDUS casus est, cum existens in mortali debet suscipere Sacramentum vivorum, ut confirmationis, Evcharistiæ, sacri Ordinis, Extremæ Unctionis, imò & Matrimonii, ut suscipiens (non ut minister, cum ad hoc non sit consecratus.) Omnes. Ratio clara est: quia ideò hæc dicuntur Sacramenta vivorum, quia per se instituta sunt ad conferendam gratiam secundam, ideóque suscipiens illa jam debet esse in gratia DEI ceu vitâ spirituali animæ. alioquin peccaturus sacrilegiò, ponendò obicem effectui sacramentali, secundum omnes. At similiter in casu posito non habet aliud medium constituendi se in statu gratiæ, nisi contritionem perfectam, aut amorem DEI super omnia: ergo &c.

TERTIUS casus communiter allatus est; quando quis positus in peccati occasione gravibus tentationibus urgetur, quas credit se moraliter evadere non posse, nisi per contritionem ad DEUM conversus, ejus gratiam & efficaciora ad vincendum auxilia obtineat. Omnis enim obligatur adhibere media ad evitan-

tandum peccatum : sed ut supponitur in casu, non occurrit aliud medium, nisi contritio perfecta, aut certe amor DEI super omnia : ergo &c.

- 190 *QUARTUS* casus affertur : quando ob peccatum alicujus, v.g. Principis, Communitas incidisset in periculum, ut à DEO graviter puniatur, sicut accidit in peccato Achan. *Jos. 7.* & Davidis 2. *Reg. 14.* tali casu peccatorem, qui causa, vel occasio mali imminentiis fuit, obligabit præceptum penitentiae ad placandum DEUM & avertendum commune periculum. Ex communi Layman *cit. c. 2. n. 4.* Generaliùs loquuntur Navarrus *cap. 1. Man. n. 27.* Adrianus, Sotus, Valentia, alii : hoc præceptum per accidens obligare peccatorem, quando commune aliquod malum imminet Reipublicæ, ut pestis, bellum : ut ex charitate erga bonum commune, cujus est membrum, amovere causam vindictæ divinæ, nimirum peccata per penitentiam vel contritionem perfectam satagat. Idque verum est ex suppositione, quod nullo alio modo possit averti hæc vindicta & ira DEI. Verum communiter aliter averti potest, tum per preces justorum, quos quilibet debet præsumere in Communitate, cum DEUS solet etiam per paucos justos toti Communitati parere; tum per orationes ipsorum peccatorum, cum DEUS ex sua misericordia etiam peccatorum preces exaudiat, acceptetque tanquam medium de congruo ad avertenda mala tempora-

Sat. II.
poralia, alie
te illo caci
non exaudi
In die
nientia
quia numer
tionem dicit
cepto virtut
dens, & rat
Charitas
gratie exiger
tionem nece
ob omission
ciale pecca
catum con
ritatis &c.
sine coner
vens &c.
mittit spe
ptum, sicut
nis per se,
catum sacri
reverentiam
tatis calid

Primo
nec p
tum etiam
curit mer
te labia v

poralia, aliæque bona impetranda, non obstante i. lo cæci nondum uncti: *DEUS peccatores non exaudit.*

In dictis potissimum casibus præceptum pœnitentiæ ac contritionis obligat *per accidens*: quia nimirum obligatio pœnitendi, ac contritionem eliciendi non provenit ex speciali præcepto virtutis pœnitentiæ per se, sed per accidens, & ratione alterius virtutis, Religionis, Charitatis, tunc amotionem peccati & statum gratiæ exigentis per pœnitentiam, vel contritionem necessariò procurandam, ideòque tunc ob omissionem contritionis non incurritur speciale peccatum impœnitentiæ, sed aliud peccatum contra aliam virtutem, Religionis, Charitatis &c. Exempli gr. Sacerdos in mortali sinè contritione celebrans, baptizans, absolvens &c. alios communicans &c. non committit speciale peccatum contra hoc præceptum, sicut si omitteret tempore obligationis per se, v. g. in periculo mortis, sed peccatum sacrilegii contra virtutem Religionis, & reverentiam Sacramento debitam: & ita in cæteris casibus.

Casus duo rejecti.

Primus, Præceptum contritionis nec per se, nec per accidens obligat, quoties peccatum etiam jam remissum per pœnitentiam, occurrit memoriæ practicè scilicet in ratione detestabilis vel delectabilis, uti post D. Bonaventuram

turam, Alensem, Gabriel, Richardum, Paludanum, aliósq̄ue veteres docuit Sylvester v. Contritio, q. 2. his verbis: *Tenetur peccator dolorem de peccato conceptum in tota vita continuare actu, non simpliciter, sed sic, quòd nunquam actu placeat peccatum, & semper actu displiceat, quando practicè memoria occurrit, scilicet sub ratione detestabilis, vel delectabilis.* Sic ille. Rejicitur communissimè à Recentioribus omnibus, & antiquis communiùs cum S. Thoma *quæst. 88. art. 8. & 9.* Suarez *disp. 15. sect. 4.* Layman, Lugo *cit.* Ratio est: quia tam grave onus non debet imponi homini sinè certo fundamento rationis, vel legis: at nulla ratio dicitur, nulla lex divina nos obligat ad agendam pœnitentiam bis, ter, decies, centies, de peccato jam remisso, cum per primum actum pœnitentiæ vel contritionis jam DEO & conscientiæ satisfactum supponatur. Deindè licèt peccatum præteritum occurrat memoriæ practicæ sub ratione detestabilis vel delectabilis; certè potest quis suspendere omnem actum sic, ut nec delectetur actu de carnali v. g. actu commisso, neque etiam illud delectetur positivè. Quamvis, ut rectè monet Layman, *cit. c. 2. n. 8.* valde consultum sit circa peccatum memoriæ vel apprehensioni actuali infixum, exercere actum displicentiæ, imò interdum per accidens necessarium, si periculum morosæ delectationis propinquum videatur. Sic ille; sed tunc redibitur ad casum

terium sup
gillus l.
ali que PP.
via del
potest inel
quoad actu
intelligitur
& quoad ha
tur pœnitent
peccatum pr
Secundus
se, nec per
fells, uti
molter Ang
bans. Q
care in ali
nes: se
mortali,
Et quòd h
se in peccat
dubitato. R
centioribus
nium mod
tenium
obligatio
ratio vel
Terminus
Sabbati
rinarum
sanctitati
quam addit

tertium supra positum. Quòd verò S. Augustinus *l. de vera & falsa poenitentia. c. 13.* ali que PP. dicant poenitentiam hominis in hac vita debere esse perpetuam, sinè dubio non potest intelligi de poenitentia perpetua positiva, quoad actum continuum physicè, sed optimè intelliguntur de poenitentia perpetua negativa, & quoad habitum, sic, ut nunquam retractetur poenitentia præterita, nunquam placeat peccatum præteritum &c.

Secundus. Præceptum contritionis nec per se, nec per accidens obligat singulis diebus & festis, uti (non adeò difformiter Scoto) docuit noster Angelus *v. Ferie num. 40. 41.* sic probans. Quia de præcepto tenemur DEO vacare in aliqua hora diei festi, secundum omnes: sed hoc facere non potest, qui est in mortali, nisi de eo conteratur, vel atteratur. Et quòd hoc sit de præcepto in eo, qui se esse in peccato mortali recognoscit, habeo pro indubitato. Rejicitur ab omnibus Antiquis, & Recentioribus, repugnante indubitatâ praxi omnium modernorum Confessariorum ac Poenitentium. Ratio eadem, quæ supra: quia obligatio sub mortali asserenda non est, nisi ratio vellex cogat; neutra sic cogit: ergo &c.

Tertium Præceptum Decalog. *Memento, ut diem Sabbathi sanctifices*, prout in nova lege determinatum est ab Ecclesia, non requirit aliam sanctificationem vel vacationem ad DEUM, quàm audiendô Sacrum, & feriandô ab operibus

ribus servilibus: utrumque præstari potest in mortali, sinè contritione, sic ut præcepto satisfiat quoad substantiam. Et licet fortè finis præcepti sit, ut sic homo placeat DEO, vel ad DEUM revertatur, tamen finis præcepti non cadit sub præceptum, sed tantùm media præcepto præscripta, ut notum in materia de legibus.

Qui sunt effectus contritionis perfectæ &c.

SUMMARIUM.

194. *Effectus contritionis perfectæ*
 195. *Primus est infusio gratiæ sanctificantis,*
 196. *Quam contritio non causat ex natura rei, sed ex libera DEI ordinatione,*
 197. *Nec effectivè, sed dispositivè solum.*
 200. *Secundus. ejus effectus est remissio peccatorum omnium mortalium,*
 202. *Quæ reipsa verè delentur,*
 203. *Nec anquam amplius redibiscunt ob subsequentiâ peccata quæcunque.*
 204. *Qualiter peccata venialia remittantur post mortem?*
 205. *Tertius. Pœnæ aternæ condonatio,*
 206. *Quæ plerumque non remittitur tota, sed aternâ mutatur in temporalem.*
 207. *Quanta autem temporalis luenda in hac, vel in altera vita remaneat, nobis incertum est.*

209. *Quartus. Reviviscencia meritorum: qua dicantur opera mortua, qua mortificata?*
 210. *Per contritionem & justificationem reviviscunt omnia opera mortificata,*
 211. *Ad integrum premium essentiale,*
 212. *Ac quoad jus ad totam pristinam gratiam ante undecunque habitam.*
 213. *Qua probabiliter etiam statim redditur ablato obice.*
 214. *Corollaria Usque ad n. 219.*

Assertio.

Contritionis perfectæ (formalis ac virtualis ¹⁹⁴ seu amoris DEI super omnia, imò & attritionis cum Sacramenro: quæ omnia semper subintelliguntur sub nomine *Contritionis &c.*) quatuor sunt effectus nobilissimi. *Infusio gratiæ sanctificantis: Remissio peccatorum: Condonatio pœna: Reviviscencia meritorum, seu bonorum mortificatorum per peccatum mortale: non item mortuorum.* Esset res latæ tractationis & Theologicæ, & Controversiticæ, sed tota speculativa ad materiam de gratia, & justificatione propriè spectans. Ut tamen pii Tyronis piæ curiositati, & pœnitentium consolationi aliquantulum gratificer, quæ sufficientia videbuntur, summo compendio delibabo.

§. I.

Infusio gratiæ sanctificantis. Remissivè plerumque.

JAm suprà q. 1. in definitione contritionis, ¹⁹⁵
 §. 2. satis dictum: *contritionem perfectam,*

Etiam, sicut amorem DEI super omnia, esse necessarium & sufficientem dispositionem in peccatore ad justificationem: id est remissionem peccatorum per infusionem gratiæ habitualis justificantis ac sanctificantis, quâ homo ex peccatore fit formaliter justus, sanctus, gratus DEO, amicus DEI, filius adoptivus DEI, hæres æternæ beatitudinis, &c. Jam quoad modum causandi, quo contritio hunc nobilissimum effectum causat, sic pauculis accipe

- 196 I. Contritio quantumvis perfecta, aut amor DEI super omnia, non causat justificationem, seu infusionem gratiæ sanctificantis ac remissionem peccatorum per se necessariò ex natura rei, sed ex libera ordinatione in acceptatione DEI, propter eam dispositionem per infusionem gratiæ peccata condonantis. *Ita Communissima DD. contra paucos.* Sumitur ex Sacra Scriptura, quæ quidem ex parte hominis requirit poenitentiam: attamen ex parte DEI remissionem peccati fieri significat. Psal. 13. *Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.* Item 2. Reg. 12. David contritus dixit: *Peccavi Domino!* Et respondetur: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Idemque significatur Zach. 1. & alibi illâ phrasi: *convertimini ad me: & ego convertar ad vos.* Et exaggeratè Joel. 2. *Nunc ergo dicit Dominus. Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, & in*
fietu,

fletu, & in planctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra: & convertimini ad Dominum DEUM vestrum, quia benignus & misericors est: patiens & multa misericordia, & praeftabilis super malitia. Quis scit, si convertatur & ignoscat, & relinquat post se benedictionem, &c. Ecce! exigitur hic contritio utique perfecta: & tamen remissio peccatorum liberæ DEI miserentis voluntati tribuitur. Ratio est: quia licet contritio perfecta, & amor DEI super omnia, sit perfectissima ad DEUM conversio, per quam desinimus esse voluntariè averfi à DEO, ipsùmque super omnia amamus, quia tamen propter infinitam inæqualitatem DEI offensi & hominis offendentis, talis actus non adæquat infinitatem injuriæ illatæ DEO, manet adhuc injuria, donec eam DEUS liberaliter remittat. (Sicut Rusticus v. g. per amorem erga Regem suum non compensat, vel tollit injuriam Regi à se illatam, nisi Rex eum amorem acceptandò, injuriam remittere velit) Sed neque tenetur DEUS absolute tunc illam injuriam remittere: Attamen infinitæ ejus bonitati valde conveniens est, ut ob eam dispositionem, quam nos perfectissimam exhibere possumus, ad quam nos ipsemet totus exhortatur, & excitat in Scripturis Sacris, eam acceptandò injuriam remittere: atque defacto sic acceptare & remittere, constat nobis ex Scriptura, & Concilio Tridentino eadem q. 11. §. 2. num. 11. allegatis.

197 II. Contritio causat infusionem gratiæ sanctificantis, non utique *effectivè*, sed *dispositivè*, tanquam ultima dispositio ad gratiam: quâ dispositione in subiecto positâ, secundum ordinariam DEI legem, statim gratia infunditur: ut docet Concilium Tridentinum *Sess. 6. c. 6. & 7.* ubi postquam *c. 6.* hanc dispositionem explicavit, *cap. 7.* subjungit: *Hanc dispositionem justificatio ipsa consequitur, qua non est sola remissio peccatorum, sed & sanctificatio & c.* scilicet per infusionem gratiæ sanctificantis, per quam secundum legem ordinariam fit remissio peccatorum, prout Concilium ibidem docet. Eadem ergo ratione contritio est dispositio tantum ad gratiam sanctificantem, & ad remissionem peccatorum, non causa efficiens, vel formalis. Nam Concilium ibidem justificationis causam efficientem dicit solum DEUM: & causam formalem dicit esse unicam justitiam habitualem, seu, quod idem est, gratiam sanctificantem, quâ homo formaliter justus, & DEO gratus constituitur, ut initio dictum.

198 III. Contritio non disponit ad gratiam ut ipsa jam formata ipsâ gratia & charitate, quippe tanquam dispositio prævia naturâ prior ipsâ gratiâ: licet concomitanter statim eodem instanti temporis, gratiâ & charitate infusâ formata evadat: ut ex communi dictum eadem
q. 1. §. 2. num. IV.

IV. Contritio tamen perfecta, sicut & amor DEI super omnia, non justificat sinè voto, saltem implicito Sacramenti Baptismi aut Pœnitentiæ: *ibidem num. IV.* Infusionem gratiæ necessariò consequitur, vel potiùs concomitatur secundus effectus.

§. III.

Remissio peccatorum.

I. **P**ER contritionem perfectam, &c. (sub-200) intellige semper amorem DEI super omnia tanquam contritionem perfectam virtualem: & attritionem cum Sacramento suscepto) remittuntur omnia peccata mortalia, quantunque sint, gravissima, frequentissima, innumera. Certum de fide. I. Ex Sacra Scriptura: Ezech. 18. *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Isa. 1. v. 18. *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur, &c.* Et exemplis Scripturæ constat, gravissimos peccatores per pœnitentiam obtinuissè veniam. Adam Sap. 10. David 2. Reg. 12. Achab. 3. Reg. 21. Manasses 2. Paralip. 33. Occisores Christi. Act. 2. 2. Ex Conciliis ita definitibus, Lateran. c. 1. Trident. Sess. 6. c. 14. Authoritate & consensu SS. PP. apud Bellarminum l. 2. de pœnitentia c. 15. recitatorum. Ratio ingens est tam infinita DEI bonitas & misericordia, *præstabilis super malitia*, Joël. 2. quàm infinita Christi merita, qui factus

PARS III. DE SACRAM. M factus

factus est propitiatio pro peccatis totius mundi
 1. Joan. 2. Irremissibile peccatum aliquod aliquando dicunt Scripturæ, vel ut difficultatem obtinendi veniam exponant; vel loquuntur de pœna temporali pro peccatis infligenda, quam DEUS ob populi malitiam se negat remissurum, etiamsi Hieremias, Moyses, Samuel, Job, &c. pro eis deprecarentur.

201 Dixi autem: *omnia peccata mortalia*. Nam qualibet vera contritio necessariò se extendit, & continet virtualementem detestationem omnium mortalium (cum omnia privent gratiã & amicitiam DEI, quam homo contritus rebus omnibus anteponit) Non item omnium venialium, sed cum vera contritione ac justificatione hominis venialia aliqua consistere possunt, tum secundum actuale affectum, tum secundum habitualementem voluntatem nondum retractatam: quo casu ea venialia per contritionem utique non remitterentur. Quod si tamen contritio seu formalis, seu virtualis, seu amor DEI super omnia explicitè, vel implicitè se ad omnia venialia quòque extenderet, omnia quòque per ipsam remitti non est dubium. Ut si homo perfectè contritus detestetur omnia, quæ quocunque modo DEO displicent, aut amoris actu se absolutè & penitus DEO subiciat, volens ei in omnibus placere & obtemperare, omnia ad ejus amorem referre, &c. eo ipso implicitè saltem detestatur omnia peccata, & gravia & levia, quatenus
 omnia

Sa. II.
 omnia DEO
 nis actus v
 se exten
 tum culpa
 tum est.
 II. Per
 ficationem
 delentur, ex
 justificatio no
 Catholica apu
 dent. Sess. 5. i
 6. 7. & can
 temporis:
 non deleri,
 propter just
 mitur ex S
 cunt peccat
 minem ab
 dealbari, &
 significant,
 teant & rem
 quo deleri p
 deleri non el
 divine: &
 per peccatu
 Christum a
 tum. Ut
 Plalmi 1. l
 sed a iust pe
 impatiens D
 mum facini

omnia DEO displicent: talis perfectæ contritionis actus vel amoris ad omnia etiam venialia se extenderet, & omnia deleret secundum reatum culpæ, ut *supra secl. 1. q. 4.* etiam indicatum est. Vide Suarez *disp. 11. secl. 3.*

II. Per contritionem, &c. ipsamque justificationem peccata verè reipsâ remittuntur, delentur, extinguuntur, ut reipsâ in homine justificato non remaneant. Certum de fide Catholica apud omnes Catholicos. Ex Trident. *Sess. 5. in decreto de peccato Orig. & sess. 6. c. 7. & can. 11.* (contra Hæreticos nostri temporis: qui fingunt peccata per Christum non deleri, sed tantum tegi, ac non imputari propter justitiam Christi nobis imputatam) Sumitur ex Scriptura innumeris locis, quæ dicunt peccata dimitti, deleri, ablui, tolli, hominem ab iis mundari, purgari, super nivem dealbari, &c. Quæ omnia verè & propriè significant, non peccata tantum tegi, sic ut lateant & remaneant, sed verè deleri, eo modo quo deleri possunt: posse autem peccata verè deleri non est dubitandum ex parte potestatis divinæ: & mirum maximum esset, si Adam per peccatum potuit verè delere justitiam, per Christum autem non posse verè deleri peccatum. Urgent Hæretici principaliter locum Psalmi 31. Ubi David beatos prædicat, *quorum recta sunt peccata.* Et beatum virum, *cui non imputavit Dominus peccatum.* Sed Resp. Psalmum sic incipere: *Beati, quorum remissa sunt*

iniquitates. Deinde (more Scripturæ usitatissimo) novis loquendi modis idem repeti & inculcari, ut idem omninò sit peccata tegi, ac remitti, vel condonari: ac idè non ampliùs imputari, quia non ampliùs sunt. Non enim possent peccata oculis DEI omnia cernentis tegi, si adhuc verè essent. Tegit ergo DEUS peccata sic, ut curet, sicut emplastrum curat vulnus, quod tegit, ut explicat D. Augustinus ad eum locum Psalmi. Idemque docent alii SS. PP. passim. & eleganter D. Chrysostomus hom. 80. ad popul. Antioch. *Si namque infinita quis habens vulnera, pœnitentiam egerit, sic ea DEUS delet, ut neque cicatricem, neque vestigium, neque peccatorum ostendat indicium.*

203

III. Per contritionem &c. ac justificationem ita penitens delentur, & abolentur peccata, ut defactò, secundùm ordinariam DEI legem (quidquid sit de potentia absoluta) nunquam ampliùs reviviscant propter subsequentiâ peccata quæcunque. Ita (contra Gratianum *d. 4. de pœnit.* aliòsque nonnullos) Communissima Theologorum cum D. Bonaventura, Scoto, D. Thoma *in 4. d. 22.* Ratio est: quia DEUS absolute & simpliciter remittit peccata, semper enim Scriptura significat absolute fieri remissionem, & absolute promittit pœnitentibus remissionem peccatorum: absolute enim dicit DEUS Ezechielis 18. *Omnium iniquitatum ejus non recordabor ampliùs:* Christus ipse instituens Sacramentum Pœnitentiæ absolute sine con-

Sect. II.
condicione di-
tis peccata,
ba absolutio-
sed si pe-
sent absolutio-
dum quid h-
mo relatur
go &c. Qu-
aliquando rec-
intelligendum
DEUS post pe-
trio intelligit, c-
ro, ut huma-
velut de nov-
niè ob nov-
lis fortè DE-
debitam, ob-
omnino ren-
18. de serv-
tere 100. d-
remiserit 100-
Christus reat-
misorum re-
est: què-
suum in co-
Pater celest-
dicaturus h-
suum: cum-
maiores hor-
est opus p-
ut in aliis qu-

conditione dixit Apostolis: *Quorum remiseritis peccata, remittantur eis*: defactoque verba absolutionis nullam conditionem continent: sed si peccata semel remissa redirent, non fuissent absolute, & simpliciter remissa, sed secundum quid limitatè, & sub conditione, *donec homo relabatur*: quod nullibi scriptum est: ergo &c. Quòd verò DEUS in Scriptura dicatur aliquando recordari peccatorum præteritorum, intelligendum est de pœna temporali, quam DEUS post peccata etiam remissa pro suo arbitrio infligit, citius aut serius, aliquando tam serò, ut humanò modò, interim eorum oblitus, velut de novo recordari videatur, idque maxime ob nova peccata commissa, quibus seclusis fortè DEUS illam pœnam prioribus peccatis debitam, ob fidelem in bono perseverantiam, omninò remisisset. Denique in parabola Matth. 18. de servo nequam nolente conservo remittere 100. denarios, cùm tamen illi Dominus remiserit 1000. talenta, nullo modo significat Christus reatum primum delictorum semel remissorum redire, sed totus parabolaë scopus est: quòd sicut Rex ille dirè punivit servum suum in conservum immisericordem, sic & Pater cœlestis magno rigore iudicaturus & vindicaturus hominem crudelem contra fratrem suum: cùm DEUS offensas incomparabiliter majores homini remiserit. De reliquo non est opus parabolam in omnibus adaptari, ut in aliis quoque parabolis advertunt PP. &

Interpres. Eodémque sensu applicari possunt SS. PP. in Concionibus contra peccata, maximè inclementiæ, & odii fraterni tam acriter invehentes, nunquid enim attenderunt ad has formalitates Scholasticas?

204 IV. Quæstio subtilis, & intricata hic incidit, qualiter peccata venialia remittantur post mortem, si fortè (& fortè sapissimè) homo moriatur in veniali, aut habituali antea non satis retractato, aut actuali novo, aut actuali affectu & complacentiâ peccati venialis? De hoc olim variæ fuerunt, & adhuc sunt Sententiæ. Mihi placet simpliciter dicere remitti ex vi charitatis finalis per extrinsecam condonationem DEI sinè nova aliqua dispositione requisita. Ita D. Bonaventura in 4. d. 21. p. 1. a. 2. q. 1. ad 1. dicens: *Qui decedit in charitate, per illam meruit etiam post hunc statum ab his emendari, quæ retardant præmium charitatis.* Sic ille: quia nimirum decedens in charitate, & gloria DEI, ex merito de condigno jus habet ad præmium charitatis, scilicet Beatitudinem; ipse autem cum proprio actu ampliùs se juvare non possit, juxta illud Joan. 9. *Venit nox, quando nemo potest operari,* scilicet meritoriè & proficiè ad salutem, ne jure suo perpetuo frustretur ob culpam venialem, quod esset inconvenientissimum, convenientissimum quòque est divinæ bonitati eam culpam condonare, & pœnâ temporali in purgatorio perolutâ, præmium conferre.

Quia

Sect. II. T.
 Quia tamen et
 culpam etiam
 aliquâ retractat
 Recentiorum
 ter cum S.
 Azorius, Co
 ri vi nova re
 sponte peccato
 rum in primo
 notitia dicitur
 ferventissimos
 peccatorum suo
 actum DEU
 per modum
 dum dispositi
 leu per mod
 nis obicis r
 Non displice
 delis quorum
 catum veniale
 hâc ratione.
 sic remittitur:
 taliter, ut qui
 reddit. Cru
 rens fundam
 dimentum di
 quis invinc
 vel detestatio
 tur? &c.

Quia tamen etiam hoc inconueniens videtur, culpam etiam venialem remitti sine propria aliquâ retractatione, idè non improbabiliter Recentiores præsertim è Societate communitè cum Suarez *cit. d. 1. sect. 4.* Vasquez, Azorius, Coninck, Valentia &c. docent id fieri vi novæ retractationis ab anima iusti statim sponte perfectè elicita. Nam animæ iustorum in primo instanti post mortem ex nova notitia divinæ bonitatis, & culparum suarum ferventissimos actus amoris, & displicentiæ peccatorum suorum exercent, ratione quorum actuum DEUS venialia eorum dimittit, non per modum meriti, ut dictum, sed per modum dispositionis, vel conditionis sine qua non, seu per modum meræ ablationis seu remotio- nis obicis retardantis condonationem DEI. Non displicet. Displicet autem maximè crudelis quorundam opinio apud Suarez *cit.* peccatum veniale nunquam dimitti in altera vita, hâc ratione. Aut enim vivens dolet de illo, & sic remittitur: aut non dolet, & peccat mortaliter, ut qui sibi viam ad Cælum impeditam reddit. Crudelis sententiæ nullum vel apparens fundamentum! Quis enim ob leve impedimentum dicat mortale contrahi? Quid si quis invincibiliter peccati venialis dolorem, vel detestationem non eliciat? non recorderetur? &c.

Pœna Condonatio.

2051. **P**ER contritionem, ac justificationem de facto, quando remittitur culpa mortalis, infallibiliter simul etiam remittitur pœna æterna. Certum apud omnes Catholicos, & docet Tridentinū *sess. 6. c. 14.* ubi docens satisfactionē requiri, addit: *Non quidem pro pœna æterna, qua Sacramento, vel Sacramenti voto, una cum culpa remittitur; sed pro pœna temporali, qua, ut sacra Literæ docent, non tota semper, ut in baptismo fit, remittitur.* Ratio est: quia remisso peccato mortali per infusionem gratiæ acceptatur justus in filium DEI & hæredem vitæ æternæ: Rom. 6. *Nunc verò liberati à peccato, servi autem facti DEO habentes fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam:* & rursum ad Tit. 3. v. 7. *Sanctificati gratiâ ipsius hæredes sumus:* sed jus vitæ æternæ non patitur secum reatum pœnæ æternæ. Nam Rom. 8. *Nihil est damnationis iis: qui sunt in Christo JESU:* ergo jure illo hæreditatis concesso per gratiam, remitti simul debet reatus gehennæ. Hinc sacra Scriptura semper jungit, sicut statum peccati mortalis cum reatu damnationis, ita justificationem seu liberationem culpæ mortalis cum liberatione à damnatione, & redintegratione ad gloriam. Dixi *de facto:* Nam de potentia DEI absoluta non est nostrum disputare: nec dubium, posse fieri oppositum. Vide Suarez *cit. d. 10. sect. 2.*

II. Per contritionem &c. ac justificationem 206
 (extra Baptismum & Martyrium) plerumque
 non remittitur tota pœna, sed pœna æterna mu-
 tatur in temporalem. Certum apud omnes Ca-
 tholicos ex clara definitione Concilii Triden-
 tini modò *cir. sess. c. 14. & sess. 14. c. 2. 8. ac*
Can. 12. Constat ex veritate Catholica de sa-
 tisfactione Sacramentali, de Indulgentiis, de
 Purgatorio: & ipsa sacra Scriptura variis exem-
 plis de pœnis à DEO inflictis post peccatum jam
 remissum, ut primis Parentibus Genes. 3. (nos
 etiamnum luimus post originale in Baptismo
 remissum) Moyse & Aaron, *Num. 20. Deut 3 2.*
 Davidi 2. *Reg. 22. & 24.* idèmq; docent SS.
 PP. passim, quos latè recitant Suarez *hic disp. 10.*
sect. 3. Bellarminus, Valentia, &c. Ratio peten-
 da est ex divina justitia, quâ reservatio ista pœ-
 næ temporalis congruebat, tum ad coërcendum
 hominum delicta, tum ad exercendum rigorem
 justitiæ misericordiâ temperatum, ut pulchrè
 notavit Tridentinum *cir. sess. 14. c. 8.* Agit enim
 DEUS nobiscum instar justii & clementis Regis
 reo pœnam capitis merito condonantis, ac aliâ
 mitiori temporali pœnâ plecentis. Alia ratio
 est de Baptismo (cui privilegio æquiparatur
 Martyrium) qui est spiritualis regeneratio, quâ
 homo fit nova creatura, ideòque omnes vete-
 ris hominis culpas cum pœnis omnibus ex or-
 dinatione divina abluit & tollit, remanentibus
 solum mortalis vitæ pœnalitatibus ob origina-
 le contractis. Hanc autem novitatem vitæ

postea culpabiliter amissam, non congruebat tam facile restitui tam ingratis hominibus, qui (ut loquitur Trident. cit.) scienter *templum DEI violare, & Spiritum Sanctum contristare non formidaverunt.*

207 III. Post peccatum contritione, &c. remissum, quanta poena temporalis luenda in hac vel altera vita remaneat, nobis constare non potest. Certum est, non semper esse æqualem, sed majorem vel minorem, juxta inæqualitatem tam majoris vel minoris gravitatis, & multitudinis peccatorum tum minus vel magis perfectæ ac ferventis contritionis, quæ plurimum conducit ad remissionem poenæ temporalis; & posset esse tanta, ut per eam tota poena in purgatorio luenda remitteretur, ut omnes passim DD. docent, constatque multis exemplis, & expressè supponit Trident. *sess. 6. c. 14.* supra allegatum dicens: *pœnam non totam semper*, ut in Baptismo remitti. Audis, *non totam semper*: ergo saltem aliquando totam. Sed credo id contingere rarissimè hoc tempore. Quo modo autem contritio &c. aliquam poenam temporalem, & aliquando totam debeat, latè disputant Scholastici, in varia abeuntes. Placet mihi facilis modus dicendi sequens.

208 IV. DEUS ob contritionem magis vel minus ferventem unicâ remissione mutat poenam æternam in temporalem, inæqualem, majorem, minorem juxta inæqualitatem contritionis minus vel magis ferventis; adeò, ut sicut contritio

Scilicet II.
 tritio homin
 ipsam geoe
 culpam &
 spoliatio
 disponat
 temporalis
 justificari
 spoliati pe
 moraliter est
 culpa & reu
 lem Sacram
 paritatem po
 parem poen
 ster Revere
 q. 9. n. 44.

Reviviscit

Nota:
 ab h
 talis, adeoq
 va fuerunt
 mium, sic,
 certissimum
 Unde quat
 faciat, &c.
 derit in or
 geatum il
 hincum l
 de congruo

eritio hominis peccatoris quoad substantiam ipsam generaliter disponit ad remittendam culpam & pœnam æternam, ita diversitas dispositionis, seu contritionis simul specialiter disponat ad inæqualem remissionem pœnæ temporalis, & aliquando totius. Similiter dum justificatur homo per Sacramentum, sicut dispositivè per pœnitentiam seu contritionem, & moraliter effectivè per Sacramentum tollitur culpa & reatus pœnæ æternæ; sic juxta inæqualem Sacramenti virtutem & dispositionis disparitatem pœna æterna mutatur à DEO in disparè pœnam temporalem: ita post alios noster Reverendissimus Herincx. *tom. 2. disp. 4. q. 9. n. 44.*

§. IV.

Reviviscentia meritorum, seu operum bonorum mortificatorum &c.

NOta: Opera mortua dicuntur, quæ fiunt ab homine existente in statu peccati mortalis, adeoque nunquam meritoria, ac velut viva fuerunt; quæ nunquam reviviscere ad præmium, sic, ut meritoria fiant gratiæ & gloriæ, certissimum & indubitatum est apud omnes. Unde quantumvis oret, jejunet, eleemosynas faciat, &c. nihil ipsi prodest nec unquam proderit in ordine ad meritum gratiæ, juxta exaggeratum illud Apostoli. *1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & Angelorum &c.* Attamen de congruo peccator per ejusmodi opera pietatis

tatis potest impetrare à DEO gratiam dignè poenitendi, ut sic justificatione adeptâ, deinceps condignè mereri augmentum gratiæ & gloriæ possit. Et D. Thomas q. 89. a. 6. piè tenet ea opera nunquam abire sinè præmio aliquo temporali. Opera verò *mortificata* dicuntur, quæ fuerunt exercita ab homine iusto in statu gratiæ, adeoque tunc verè viva, ac meritoria fuerunt, sed per subsequens peccatum mortale vi meritoriâ privata, ac velut mortificata fuerunt, sic, ut hominè in mortali decedente nihil conferant ad gloriam. Et de his tantùm sermo est, & dicimus :

210. **P**ER contritionem, &c. ac justificationem reviviscunt omnia merita seu opera mortificata. Ita omnes Theologi cum D. Thoma 3. p. q. 98. & Scoto in 4. d. 14. sic, ut aliqui non immeritò censèant esse de fide. Nam certè 1. non obscurè indicat Concilium Tridentinum Sess. 6. c. 16. docens: *nihil amplius justificatis deesse, quò minus operibus, quæ in DEO facta sunt, vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint vere promeruisse censèantur.* Idèmq; dicit Can. 32. Atque etiam opera mortificata verè in DEO sunt facta: nec dixit Concilium: *Si gratiam non interruprint, sed si in gratia decesserint:* ergo etiam illis censet vitam æternam promereri, adeoque per poenitentiam & justificationem reviviscere. 2. Sumitur ex Sacra Scriptura variis locis. Sat sit unus *Galat. 3.* loquens Apostolus Galatis post

post Baptismum lapsis, tamen ante lapsum multa passis ait: *Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa.* Quasi diceret: non planè sine causa: in vobis est, ut non fueritis passi sine causa vel fructu: si nimirum per poenitentiam ad gratiam redeatis, eò quòd tunc priora opera reviviscant. Ita D. Hieronymus, Chrysostomus, Anselmus, S. Thomas ibidem. Hieronymum audi. *Spes est, quòd quicumque ob Christi fidem laboraverit, & postea lapsus fuerit in peccatum, sicut propria sine causa dicitur passus fuisse, dum peccat: sic rursus non perdit, ea si ad pristinam fidem & pristinum studium revertatur.* 3. Idem constat autoritate SS. PP. apud Vasquez 3. p. q. 39. Sufficiant verba S. Felicis P. III Ep. ad Acatium Epil Constant. lapsum sic ad poenitentiam adhortantis: *Ubi est frater Acati, labor tuus, quo tyrannidis heretica tempore desudasti? patieris hoc damno conscientia tua ejusmodi perire mercedem? ubi pro certo supponit mercedem priorum operum reservari & recuperari, si poeniteret.* 4. Ratio est: Quia merita hominis justii de se sunt digna vitâ æternâ: atque per subsequens peccatum mortale non extinguuntur, vel annihilantur apud DEum, sed solum impediuntur, quatenus durante statu peccati mortalis, homo est incapax premii illis meritis debiti: quo statu verum est illud Ezech. 18. *Si averterit se justus à justitia, & fecerit iniquitatem, omnes justitiae ejus non recordabuntur: atqui postquam homo lapsus ad justitiam*

tiam & gratiam rediit, aufertur illud totum impedimentum, & indispositio hominis ad præmium vitæ æternæ: ergo merita mortificata tunc ad præmium reviviscunt, vel potius manent semper digna vitâ æternâ in acceptatione divina. Quare longè alia ratio fuit supra de peccatis: quia peccata simpliciter delentur, eisque quoad culpam & pœnam æternam per pœnitentiam ex meritis Christi satisfactum est: quare nunquam amplius redire vel reviviscere debent. Etsi redirent eadem peccata rursus æternâ pœnâ punienda, eadem peccata punirentur pœnâ duplici, quod divinæ bonitati repugnat: at verò merita priora per peccatum non extinguuntur, sed sopiuntur & impediuntur tantùm, & nulla illis adhuc est merces reddita: quare reviviscere debent, ne omni mercede careant. Et locum habet hic illud Apostoli Rom. 5. *Non sicut delictum, ita & donum*: peccatum enim non est tam efficax ad destructionem meriti, quàm gratia justificans ad destructionem peccati, ac demeriti. Et DEUS multo pronior est ad præmiandum, quàm ad puniendum. Unde ulterius quamvis ipsa resuscitatio meritorum per gratiam pœnitendi sit opus misericordiæ divinæ, ipsa tamen merita resuscitata de condigno & ex iustitia merentur vitam æternam ut mercedem: ipsaque retributio mercedis est actus iustitiæ divinæ, juxta illud Apostoli. Hebr. 6. *Non est injustus DEUS, ut obliviscatur operis vestri*: quasi dicat, iustitiam DEI

exi-

exigere, ut non obliviscatur, sed mercedem reddat operibus mortificatis quidem, sed per gratiam denuò vivificatis. Jam breviter etiam videndum, quomodo, & ad quid opera mortificata reviviscant.

II. Merita mortificata per contritionem, ac **211** justificationem, &c. reviviscunt ad integrum præmium essentiale, quod ipsis ante lapsum debebatur, & non solum ad partem juxta mensuram præsentis dispositionis, secundum quam peccator resurgit. Ita contra Thomistas Scottistæ omnes, & Recentiores communissimè apud infra citandos. Et certè rationes omnes probantes reviviscere merita, & reviviscere simpliciter, eadem consequenter probant reviviscere ad totum præmium antea debitum, absque aliqua commensuratione ad præsentem dispositionem, seu novam justificationis gratiam: hæc enim dispositio nova, & gratia non tribuit meritis prioribus vim ullam merendi, sed tantum removet obicem peccati illa merita impediens à mercede sua, quo proinde obice sublato, nihil amplius impedit, sed eo ipso iterum vivunt, & valent sicut prius. Deinde, alioquin sequeretur facilè contingere, quòd homo longè inferioris meriti præventus ampliori gratiâ post lapsum resurgeret ad majorem gloriam, quam alius longè majoris meriti pariori gratiâ præventus magis tepidè resurgeret ad justitiam: adeoque si uterque statim moreretur, posterior foret minor in gloria,

ria, quod absurdum videtur. Et hinc consequenter.

- 212 III. Merita mortificata per contritionem, &c. reviviscunt, saltem quoad jus ad totam pristinam gratiam ante lapsum undecunque habitam vel comparatam. Sic rursus contra Thomistas Scotistæ, & Recentiores communiter apud Tannerum *hic. d. 9. q. 5. dub. 2.* Lugo *d. I. n. 42.* Ratio est: quia ut modò dictum, per justificationem reparatur jus ad totam gloriam: ergo etiam jus ad totam pristinam gratiam, nam gloria in Patria commensuratur gratiæ & charitati in via velut semini fructus, neque ullus in Cælo habet majorem gloriam, & minorem gratiam: cùmque per novam dispositionem, & gratiam sanctificationis ablatus sit obex, & impedimentum totum meritorum illorum, cur non modò fundent jus ad totam gratiam, sicut antea fundabant? ergo reviviscunt ad totam pristinam gratiam. *Totam* inquam: *undecunque ante habitam, vel comparatam*; non tantum de condigno per ipsa illa opera meritoria in statu gratiæ facta, sed etiam acquisitam de congruo per ipsam contritionem cum auxilio DEI à peccatore elicitam: etiam ex opere operato collatam per Sacramenta: uti contra eosdem Thomistas, & Vasquez hic docent Scotistæ & Recentiores communiter cum Hertinex *cit. disp. 4. q. 12. n. 68.* Ratio generalis est: Quia Scripturæ & SS. Patres simpliciter significant hominem per justifica-

tio-

tionem restitui in gratiam & statum pristinum: juxta illud Joëlis 2. *Reddam vobis annos, quos comedit locusta.* Alioquin contra Apostolum suprâ, sequeretur aliquid damnationis esse iis, qui sunt in Christo JESU, quandoquidem peccator justificatus in pœnam peccati privaretur perpetuò illâ gratiâ per actus contritionis & Sacramentorum susceptionem acquisitâ, & consequenter correspondente ei gloriâ, cujus privatio totalis constituit pœnam damnationis essentialem damni: & consequenter propter tantam diminutionem gloriæ aliquid damnationis remaneret in justificatis. Certè per se durissimum videtur, hominem, qui tali viâ frequentissimè magnam gratiâ, & consequenter gloriæ correspondentis copiam comparaverat, in æternum illâ privari ob unicum fortè peccatum mortale: contrarium autem valde excitat ad fervorem contritionis, & frequentem maximè Sacramentorum usum. Rationes speciales sunt. 1. Quia etsi peccatori contrito, & suscipienti Sacramenta gratia non detur ex propriis meritis de condigno, datur tamen ex merito condigno Christi, quod homini tanquam proprium applicatur: ergo credendum est id fieri non cum minori virtute ad reviviscendum, quàm habeant merita propria hominis. 2. Contritio etsi non mereatur de condigno gratiam sanctificantem, meretur tamen primum gradum gloriæ, ut docetur in materia de merito: ergo

reparat jus ad illam gloriam, & consequenter etiam gratiam correspondentem. 3. Quoad Sacramenta specialiter: alioquin sequeretur, quòd semel lapsus in aliquod peccatum perpetuò privaretur jure ad gratias actuales vi Sacramentorum susceptorum dandas tempore opportuno, nam jus ad illas gratias actuales dependet à jure ad gratiam habitualement sanctificantem, consequenter hòc non reviviscente, neque reviviscent illæ, consequens apparet nimis durum, præsertim quoad Sacramenta initerabilia, Baptismum, confirmationem, sacrum Ordinem: ergo &c. Locuti sumus hæctenus de jure ad gratiam reparandam. Jam quæretur, quandonam restituatur illa gratia per peccatum amissa an statim, dum peccator justificatur, an primum in morte hominis, quando ipsa gloria confertur?

- 213 IV. Per contritionem &c. justificato statim restituitur, vel potius ablato obice statim reviviscit jus ad gratiam, & gloriam operibus mortificatis correspondentem: & probabiliter etiam statim, redditur tota gratia iisdem operibus correspondens. Ita Recentiores cõmuniter cum *Suarez*, *Tannero*, *Lugo* citatis. Quia, cum illa gratia aliquando certè restituenda sit, non apparet urgens ratio, cur non restituatur statim, cum homo viator statim sic capax prioris gratiæ. Neque obstat defectus dispositionis novæ ad illam gratiam. Quodcumque enim restitui dicatur, semper fiet absque

novæ

novâ dispositione : & opera præcedentia fuerunt tantum moralis dispositio ad illam gratiam primò infundendam, sic etiam, etsi præterita, tamen in acceptatione divina permanentia etiam nunc possunt esse dispositio moralis ad eandem gratiam denuò refundendam. Contrà verò alii sentiunt, & Scotus *in 2. d. 1. q. 10.* apertè satis supponere videtur gratiam illam primùm restitui in fine vitæ, & interim tantum manere jus ad illam, sicut & ad gloriam. Idque æquè, & fortè magis probabiliter. Nam certè & ad veram reviviscen-
 tiam salvandam sufficit illam gratiam restitui in fine vitæ, & insuper id videtur magis congruum : tum, ut dilatione istâ peccatum quodammodo temporaliter puniatur : tum ne sit necesse hominibus frequenter in peccata relabentibus toties eandem gratiam reproducere, Secùs est de ipsis meritis quoad jus gratiæ & gloriæ, quæ non fuerunt extincta simpliciter, sicut gratia, sed tantum sopita & impedita, ut dictum est. Quare magis congruum videtur, ut DEUS peccatori contrito illam tantum gratiam de novo infundat, quæ respondet novæ dispositioni contritionis &c. reservato jure ad reliquam gratiam in fine vitæ restituendam simul cum jure ad gloriam. Tu crede, quod lubet : quid reipsâ fiat, non ego sed DEUS scit. Sufficit abundè certè fieri unum ex duobus.

COROLLARIA.

214I. **E**X dictis sequitur (magnò Pœnitenti-
um solatiò, ac stimulò) peccatorem
contritione vel Sacramento justificatum sem-
per resurgere ad majorem gratiam in re, vel in
jure statim conferendam, & correspondentem
majorem gloriam tandem obtinendam, si in
gratia decesserit: nimirum ad totam gratiam
& gloriam correspondentem prioribus omni-
bus meritis interea per peccatum mortificatis,
& modò resuscitatis, & insuper novam gratiam
& gloriam correspondentem novæ dispositioni
Pœnitentis, scilicet contritionis, vel attritionis
cum Sacramento. Exempli gr. David, si an-
te lapsus in adulterium, & homicidium habuit
meritum gratiæ & gloriæ ut quatuor, ac postea
Pœnitens suâ contritione perfectissimâ obtinuit
gratiam, ac jus ad correspondentem gloriam ut
duo, justificatus surrexit ad gratiam & gloriam
ut sex.

215 II. Hinc tamen ne inferas peccatorem ex
lapsu reportare lucrum: tum quia hoc sequi-
tur tantum per accidens, & occasionaliter ex
peccato, per se autem ex pœnitentia & divina
bonitate: tum quia hoc ipsum lucrum faciliùs
& copiosius potuisset homo obtinere sine la-
psu, manendò in statu gratiæ & continuo me-
rendi, cum interim durante statu peccati, ni-
hil omninò meriti potuerit, ut optimè obser-
vat Scotus *cit. n. 10.* Multò minùs ex hoc de-

bet

bet homo arripere, ac usurpare licentiam, peccandi, cum peccatum ipsum sit malum incomparabile, nihil boni, plurimum autem mali adferens, ac multa bona impediens, ac insuper gratia efficax fructuosè pœnitendi incerta sit: sed potiùs hinc excitari quisque debet ad studium continuum bonorum operum, sciens se recuperaturum sua merita per justificationem: esto fortasse ex fragilitate aliquando excidat gratiâ per peccatum, ut rectè Scotus *ibidem*.

II. Quòd si tamen homo peccet cum con-216
comitante tantum proposito, & spe postea pœnitendi per contritionem, vel confessionem sacramentalem, peccatum inde non aggravaretur, sed minueretur potiùs. Ita cum D. Thoma 2. 2. q. 21. a. 2. ad 3. Cajetano *ibid.* aliis Layman. 1. 5. tr. 5. c. 2. n. 10. Ratio est: quia peccatum tantò minus aut majus est, quantò minùs aut magis voluntas ei adhæret, seu in eo firmatur: sed constat voluntatem minùs adhærere peccato committendo, si postea recedere parata sit, quàm si non sit parata. Sic juvenes v.g. minùs peccant, si cogitent & proponant post aliquot annos pœnitentiam seriò acturos, & vitam integrè emendaturos esse, ait Layman *cit.* idem est in proposito: ergo &c.

IV. At verò, si aliquis antecedenter ex con-217
sideratione veniæ obtinendæ per unum actum contritionis, aut Sacramentum Confessionis moveatur, inducatur, alliciatur ad liberius

audaciùsque peccandum, utique peccatum ag-
gravabitur; imò novam peccati speciem in-
duet, scilicet ingratiitudinis erga DEum & Spi-
ritum sanctum: ut indicat D. Thomas *eàdem*
2.2. q. 14. a. 2. & ex communi notat Layman
ibidem. Ratio est: quia est manifesta ingratu-
tudo erga DEum, ejus bonitate, ac promissâ pec-
catorum veniâ per contritionem, vel Sacramen-
talem absolutionem obtinendâ ad liberiùs pec-
candum abuti: ille autem sic abutitur, qui ex
consideratione, ac spe contritionis eliciendæ, vel
absolutionis obtinendæ allicitur & inducitur
ad liberiùs peccandum: quare rectè agunt fide-
les, dum de hoc ipso in sacra Confessione se ac-
cusant. Addit tamen *ibid. in fin.* Layman. *Non*
tamen arbitror esse unum ex sex peccatis in Spi-
ritum sanctum, quamvis eò revocari possit: ne-
que existimo semper esse peccatum mortale, sed
si frequenter fiat, ita ut homo velut consuetudi-
nem, ac facilitatem quandam peccandi ex fiducia
postea consistendi ingenerari sibi animadvertat.
Hæc ille prudenter, & piè.

- 218 Petes hic incidenter: unde fiat, quòd resur-
gentes à peccatis ad pristinum statum gratiæ
sæpe patiantur tantas difficultates in exercitio
virtutum & emendatione vitæ, antea levi, si
recuperentur omnia amissa? Resp. Id fieri
partim ex habitibus vitiosis, & bene operandi
desuetudine, partim ex minori affluentia gra-
tiarum actualium, quarum ubertas facit homi-
nem currere viam mandatorum, & semitam
per-

perfectio
DEO frequ
conversion
les inter
facienti a
erit usqu

De Attr
maxim

Qui

220. Att
221. Diff
222. Rati
224. Nam

225. Et si
226. Non
227. Sed
228. Att

229. Et

230. Et

per-

perfectiōnis quæque aufertur, vel differtur à DEO frequenter iustis ex causis, non obstante conversione: partim ex tentationibus, quæ tales interdum acrius permittente DEO infestant: facienti autem, quod in se, DEUS nunquam de-erit usque in finem.

SECTIO III.

*De Attritione, Contritione imperfectâ:
maximè ut requisita ad Sacramentum
Pœnitentiæ.*

QUÆSTIO I.

*Quid Attritio, seu Contritio im-
perfecta?*

SUMMARIUM.

220. *Attritio quid?*
 221. *Differt à contritione ratione motivi, &*
 222. *Ratione effectus.*
 224. *Nam licet necessariò etiam concipi debeat ex moti-
vo honesto,*
 225. *Et supernaturali;*
 226. *Non tamen ex motivo charitatis;*
 227. *Sed alio inferiori.*
 228. *Attritionis motiva rebocantur ad tria: ad turpi-
tudinem peccati: ad metum gehennæ: ad
metum pœnarum.*
 230. *Et ultimè resolvitur in motivum spei Theolo-
gicæ*
 231. *Ex metu pœnarum possumus detestari peccatum
tripliciter,*

234. *Quid timor, & inde natus dolor servilis, initialis, & filialis!*235. *Qualiter omnis vera attritio ultimè resolvatur in contritionem, & amorem DEI super omnia?*237. *Quæ & qualiter turpitudine peccati sit motivum attritionis?*239. *Qualiter metus gehenna, & poenarum supernaturalium?*240. *(solvitur objectio.)*242. *Et qualiter metus poenarum temporalium?*244. *Applicatio practica illorum motivorum. Usque ad n. 249.*249. *Formula contritionis:*

ASSERTIO.

219 **A** *ttitio est animi dolor, & detestatio peccati cum proposito non peccandi de cætero ex motivo honesto supernaturali: non tamen charitatis, sed aliò inferiori, ultimè quidem & principaliter spei Theologica, ac timoris oppositi: immediatè verò communius ex consideratione turpitudinis peccati, ac metu gehenna, & poenarum. Est tota communissima, ut patebit explicacione solidâ.*

§. I.

Est animi dolor, & detestatio peccati, cum proposito non peccandi de cætero.

220 **H** *æc est ipsa definitio contritionis generatim sumptæ ex Tridentino explicata suprâ q. 1. per totam: adeoque ponitur hic locò generis, in quo attritio convenit cum*

con-

contritione perfecta hæcenus latè explicata :
reliqua differentiam explicant. Differunt con-
tritio perfecta, & imperfecta, seu attritio potissi-
mum in duobus nimirum ratione *motivi*, & ra-
tione *effectûs*.

I. *Ratione motivi*. Quia motivum formale 221
proximum contritionis perfectæ est ipsum mo-
tivum charitatis, nimirum summa DEI bonitas
peccatò offensa. Contritio enim detestatur pec-
catum, quatenus est offensa DEI summi Boni
super omnia dilecti, motivò omnium perfectis-
simò : motivum verò formale proximum at-
tritionis est aliud charitate inferius, ut spei, ti-
moris, &c. de quibus mox.

II. In *ratione effectûs*. Contritio enim se 222
solâ peccatorem justificat atque proximè dispo-
nit ad gratiam sanctificantem (etsi non sinè vo-
to Sacramenti) unde & semper gratiâ forma-
ta, & dicta *contritio*, quòd sola perfectè deleet,
& conterat peccatum. Attritio verò se so-
lâ non justificat, nec proximè disponit ad gra-
tiam sanctificantem, sed tantum cum Sacra-
mento reipsâ suscepto : unde hæc in peccato-
re extra Sacramentum semper informis manet
sinè gratia : & ideo etiam dicta *attritio*, quòd
se solâ non deleet peccatum, sed solùm ita di-
sponat, & velut *atterat*, ut per Sacramentum
supervenienti remitti possit.

Ex motivo honesto, supernaturali, non tamen charitatis, sed alio inferiori.

223 **H**ic exprimitur differentia essentialis attritionis à contritione perfecta, quam, terminis ex hactenus dictis jam patentibus, breviter explico, & applico.

I. Ex motivo honesto.

224 **Q**uamvis attritio sit imperfecta contritio, debet tamen necessario esse actus perfectus, honestus & bonus moraliter, ideòque ex bonò, honestò DEO placitò motivò conceptus, alioquin non obtinebit remissionem. Ex communi Suarez *disp. 5. sect. 1.* Tannerus *disp. 5. q. 6. n. 74.* alii passim. Ratio est: quia dispositio per se ordinata ad remissionem peccatorum impetrandam, non debet esse infecta ullâ culpâ etiam veniali. Ut si doleas ob motivum venialiter malum, v. g. de fornicatione commissâ, quia amplius non potes te jactare castum, &c. (Alia est ratio voluntatis suscipiendi Sacramentum: voluntas enim hæc non est propriè dispositio, sed tantum conditio ad suscipiendum Sacramentum, unde non obstat, etiam si sit venialiter mala, v. g. ob vanam gloriam, ob respectus humanos &c.) Quod si etiam doleres ex motivo mortaliter malo, v. g. ex timore merè servili pœnæ, inferni, ita ut aliàs simpliciter nolles dolere, sed potiùs in peccatis pergere, erit actus non remissione, sed novò infernò dignus, ut §. seq. declarabitur.

II. Ex

II. Ex motivo supernaturali.

Qualiter omnis contritio debeat esse super-
 naturalis, non tantum ex parte principii,
 sed etiam ex parte motivi supernaturalis, per
 fidem cogniti, nimirum aut ipsius DEI, aut
 alicujus ad DEUM relati, jam generatim decla-
 ratum habes. *sect. I. q. 2. §. 2.* Et speciatim
 magis declarabitur *hac quest. §. 4.*

III. Non tamen ipsius charitatis.

Communissima & recepta est Sententia, at-
 tritionem à contritione differre principa-
 liter ex parte motivi: quòd contritio perfecta
 sit ex motivo charitatis, non sic attritio, ut
§. precedenti dictum, & apertissime significat
 Concilium Tridentinum *sapè citatà sess. 14. c. 4.*
 ubi post explicatam contritionem charitate
 perfectam, ab hac distinctè loquens de attritio-
 ne: hujus motiva assignat dicens: *illam verò contri-
 tionem imperfectam, qua attritio dicitur, quo-
 niam velex turpitudinis peccati consideratione,
 velex gehenne, & pœnarum metu communiter
 concipitur, si voluntatem peccati excludat cum
 spe veniæ &c.* Scio non paucos, maximè Sco-
 tistas, docere etiam attritionem debere aliquo
 modo ex charitate & amore DEI procedere, id-
 que non sinè fundamento in eodem Tridentino:
 sed hoc commodius expedietur *quest. 3. seq. &
 aliquid concedemus mox §. seq.*

IV. Sed aliò inferiori.

227 **P**ost motivum ergo charitatis, scilicet DEUM summum bonum super omnia dilectum & peccatò offensum, contritioni perfectæ proprium, omne aliud motivum honestum supernaturale, fide cognitum, est motivum attritionis. Utpotè aut directè *ipse DEUS* peccatò offensus; sed non sub ratione summi boni, sed sub alia ratione particulari apprehensus (utpote supremi Domini, primi Principii: supremi Legislatoris: summi Benefactoris, ac maximè summè Justi, aut Vindicis peccatorum &c.) *Aut ali- quid relatum ad DEUM*, utpotè peccatum ipsum quatenus est injuria DEI, quatenus est offensa DEI sub aliqua dictarum particulari ratione: quatenus est contra cultum, reverentiam, obedientiam, gratitudinem DEO debitam, quatenus est quid turpe coram DEO, privans animam gratiâ, Deoque exosam reddit: quatenus à consecutione beatitudinis æternæ impedit, excludit, vel saltem retardat: quatenus est inductivum æterni damni, ac pœnarum inferni; tandem etiam quatenus est inductivum pœnarum temporalium à DEO offenso propter peccata infligendarum, &c. Ita Suarez *cit. disp. 5. sect. 2.* Tannerus *cit. q. 6. dub. 10.* alii communiter. Sub his enim enumeratis omnia alia excogitabilia facilè comprehenduntur, vel reducuntur. Insuper facilioris memoriæ causâ.

Omnia

Omnia prædicta, & ad illa revocabilia attritionis motiva aptissimè revocantur ad duo, vel tria potiùs motiva assignata à Concilio Tridentino. Nam 1. ad turpitudinem peccati reducitur etiam, quòd peccatum sit injuria, vel offensa DEI sub quacunq[ue] ratione suprà posita, irreverentia, inhonoratio, inobedientia, ingratitude, &c. erga DEUM. 2. Ad metum gehenna spectat etiam, quòd excludat hominem à vita æterna ac beatitudine (quæ est essentialiter pœna damni) aut saltem impediat, & pœnis purgatorii excruciantum detineat. 3. Ad metum pœnarum spectat etiam consideratio justitiæ, iræ, judiciorum Divinorum, terrorum, flagellorum, vindictarum, quas DEUS ob peccata solet immittere peccatoribus: & singulariter illarum, quas defacto peccator experitur & patitur, ut sunt morbi, infamia, inopia, aliâque mala à DEO ob peccata immissa vel permissa, adeoque supernaturaliter per fidem apprehensa, ut in gratiam rudiorum magis & practicè declarabo §. 3.

¶ Sed ais: intelligo satis hæc omnia esse immediata & proxima motiva attritionis: sed nimis multa sunt: nõne ad unum aliquod principale & ultimum reduci possunt, sicut est unicum contritionis motivum scilicet charitatis &c. Et nõne jam audivisti initiò in ipsa thesi signanter dictum?

Ultimatè, & principaliter spei Theologicae, ac timoris oppositi.

230 **S**icut contritionis perfectæ motivum formale est motivum charitatis, scilicet DEUS ut summum bonum in se, quem super omnia amamus amore amicitiaæ propter ipsius intrinsicam, infinitam, omnimodam bonitatem, & ideo detestamur super omnia peccatum velut malum ipsi DEO, ejusque infinitæ bonitatis offensivum: atque ideo omnis contritio est actus charitatis & virtualis saltem amor DEI, ut suò locò declaratum: ita motivum formale, principale, & ultimum salutaris attritionis est motivum spei Theologicae, scilicet idem ipse DEUS, ut summum Bonum nostrum super omnia amandus amore concupiscentiaæ ob bona futura & præsentis vitæ ab eo sperata, & timoris oppositi, quo nimirum timemus eum offendendò ejus erga nos bonitatem, benevolentiam, beneficentiam à nobis avertere: & ideo ex tali spe & timore detestamur peccatum quatenus est malum nobis apud DEUM, ipsùmque DEUM quodammodò nobis reddit malum, non in se, sed in effectu erga nos, peccata nostra malis pœnæ æternis, ac temporalibus puniendò: & ideo omnis salutaris attritio, ex quocunque dictorum immediato objecto, seu motivo concipiatur, ultimatè est, & debet esse actus spei Theologicae, ac timoris DEI.

Ita

Ita in re omnes, quos legi, etsi in terminis non ita proponant. Ratio clara est: quia attritio omnis salutaris debet esse actus supernaturalis, adeoque alicujus virtutis supernaturalis ac Theologicæ, atque non alterius, quam spei Theologicæ, (non utique fidei, nec charitatis, ut supponimus) cum debeat necessarîo tendere in DEUM, esse conversio ad DEUM, animò sibi reconciliandi DEUM, *cum spe veniæ*, ut expressè addidit Concilium Tridentinum locò allegatò: ergo &c. Declaratur fundamentaliter. Omnis fuga mali continet implicitam saltem prosecutionem boni oppositi: sicut econtrà omnis prosecutio boni involvit fugam oppositi mali: atqui omnis salutaris attritio necessarîo detestatur peccatum ut est malum contra DEUM, ejusque offensivum, idque in ordine ad reconciliandum nobis DEUM, ejusque amicitiam, & erga nos bonitatem reparandam cum certa spe veniæ: quippe quem nobis offensum & malum erga nos habere meritò timemus, & formidamus: ergo eò ipsò saltem implicitè & ultimatè prosequimur, & amamus ipsum DEUM ut bonum: nondum quidem ut summum bonum in se amore amicitia, sic enim dolor noster esset perfecta contritio, sed ut summum Bonum nostrum amore concupiscentiæ, quo nimirum bona æterna, & temporalia speramus, & opposita mala timemus; & sic erit actus attritionis, aliàs nunquam: sic enim attritio nos convertet ad DEUM, & non aliàs:

aliàs : ut bene consideranti liquebit : ergo tandem motivum principale ultimum attritionis omnis salutaris est motivum spei Theologicae & timoris DEI, quocumque tandem motivo immediatò in particulari ad attritionem movearis, ut applicanti patebit. Attritus detestaris & doles peccatum ob suam *turpitudinem* : quatenus injuria, offensa, inobedientia, ingratitude erga DEUM : quare hoc ? quia times & fugis ob hæc habere DEUM infensum, & velut malum tibi : & nònne eò ipsò concupiscis & optas habere DEUM peccatum & bonum tibi ? qui est amor concupiscentiæ & spei Theologicae. Idque clarissimum est, quando doles & detestaris peccatum ex timore amittendi æternam beatitudinem, & metu damnationis, *gehenna & pœnarum* : nihil agis, nisi dolor & timor tuus sit actus spei Theologicae, quæ sicut DEUM tanquam nobis bonum concupiscimus, maximè & principaliter in beatitudine & vita futura ; & secundariò etiam in bonis vitæ præsentis salutaribus, sic ejus formidamus indignationem & pœnas inferendas præsertim ad alteram vitam spectantes, damnationis, purgatorii : & secundariò etiam spectantes ad vitam præsentem. Et hæc ratione rectissimè dicitur attritionem omnem debere procedere ab amore DEI : nimirum non perfecto & amicitiae, ut infra videbimus : sed saltem imperfecto & concupiscentiæ, ut modò declaratum. Quotiescunque ergo tuus dolor & timor

Sa. I.
 mor ita princip
 & amor saltem
 erga DEUM,
 logica, sec
 lem attritione
 ad Sacrament
 cujus plenior
 posse dolere,
 timore pœnarum
 I. Potest qu
 et timore pœn
 rum, seu tanqu
 re ad evitend
 sub hac vel ista
 cognitio detest
 pœnarum qu
 tari ad poenit
 parte docet
 peccatores se
 timore, quo
 verò detestat
 aut optima ju
 formalis, ta
 sub quo ter
 ordinarius m
 catores adm
 excitante, a
 malitiam p
 nem perfec
 pertingitur.
 II. Potest
 Pass III.

mor ita principaliter resolvitur in actum spei & amoris saltem imperfecti, & concupiscentiæ erga DEUM, adeoque in motivum spei Theologicae, securus esto, te veram supernaturalem attritionem habere, & rectè dispositum ad Sacramentum Pœnitentiæ: aliàs non. Pro cuius pleniore intellectu nota, nos tripliciter posse dolere, & detestari peccatum ex metu seu timore pœnarum.

I. Potest quis dolere, & detestari peccatum ²³¹ ex timore pœnarum remotè & excitativè tantum, seu tanquam sub motivo remoto excitante ad evertendam malitiam peccati, illudque sub hac vel ista ratione, seu motivo occurrente cognito detestandum. Atque ita ex timore pœnarum quarumvis etiam temporalium excitari ad pœnitentiam bonum est & salutare: Ut apertè docet Tridentinum Sess. 6. c. 6. *Et dum peccatores se esse intelligentes, à justitia Divina timore, quò utiliter concutiantur, &c.* Ipsa verò detestatio peccati bona erit, vel melior, aut optima juxta perfectionem alterius motivi formalis, tali timore excitante, animadversi, sub quo fertur in peccatum. Atque hic est ordinarius modus, quo DEUS pertrahit peccatores ad meliorem frugem, & ex tali timore excitante, ad considerandam, & ponderandam malitiam peccati non rarè ad ipsam contritionem perfectam, & pœnitentiam perfectissimam pertingitur.

II. Potest quis dolere, & detestari peccatum ²³²

ex timore pœnarum tanquam sub motivor formali proximo & finali ultimo præcisivo sic, ut timor pœnarum sit tota causa motiva finalis dolendi, ita ut sic dolens ita sit affectus, ipsèque dolor includat virtualiter hanc conditionalem: *Si non essent pœna aterna, vel temporales, nollem dolere & detestari peccatum.* Aut sic: *sum ita dispositus, ut nunc serid vellem non dolere de meis peccatis, sed potius in eis complacere & pergere, si non esset infernus.* Item: *nollem agere pœnitentiam, &c. nisi sperarem aternam beatitudinem, &c.* Et talis dolor & attritio nulla est, & peccaminosa, ac novo infernò digna. *Nulla attritio est:* quia non avertit voluntatem absolutè à peccato, sed tantùm conditionatè, si non essent pœnæ, si non esset infernus, si non Cœlum sperarem, &c. imò includit actualem affectum ad peccatum, quod propter solam pœnam detestatur, alioquin actu nollet detestari, sed complacere perseverare in illo: nullus ergo hic (vides) actus tpei, & amoris etiam imperfecti erga DEUM: quippe quem, si pœnæ non essent, vel beatitudo non speraretur, non curaret. 2. *Peccaminosa, & novò infernò digna est hac attritio:* quia talis actu, & positivè pluris ac magis æstimat malum pœnæ sibi formidatum, infernum v.g, aut bonum beatitudinis speratum (adeoque suum commodum sèque ipsum perversissimo sui amore) quàm injuriam DEO illatam, offensam DEI, reconciliationem cum ipso, amicitiam DEI, ipsùmque DEUM;

DEUM: ideoque suum commodum, seque ipsum verissimè & positivè constituit ultimum finem. Quod enim positivè magis æstimatur, quàm DEUS, finis ultimus constituitur: quæ utique gravissima est deordinatio & injuria DEI summi boni.

III. Potest quis dolere & detestari peccatum²³³ ex timore pœnarum, &c. tanquam sub motivo formali proximo, at non finali, ultimo ac præcisivo, sed actuali impulsivo tantum: sic, ut quis de factò moveatur, & impellatur ad dolendum, de factòque doleat, & detestetur peccatum propter pœnas æternas ac temporales, quas timet, non tamen *ultimatè*, & *præcisivè*: seu propter finem ultimum & præcisivum: non enim positivè ullo affectu actuali dicit. *Nolle dolere, vel detestari peccatum, vellem adhuc peccare, &c. nisi infernus v. g. esset, nisi beatitudinem sperarem &c.* Sed solum negativè dicit: *de facto moveor & impellor, & non moverer, & impellerer modò ad dolendum, & detestandum peccatum, nisi pœnas illas timerem*: & quamvis ex vi hujus actûs præcisè plus timeat pœnam, quàm peccatum, &c. injuriam DEI, &c. plus amet se ipsum, quàm DEUM, non tamen sic, ut positivè etiam minùs timeat peccatum, quàm pœnam, minùs amet DEUM, quàm Cœlum: sic ut ita affectus in aliquo casu potius eligeret peccatum, quàm pœnam, potius perderet DEUM, quàm Cœlum, &c. (Sicut in priori casu) absit: sed solum negativè hic & nunc non ti-

met magis peccatum, quàm pœnam, non magis amat DEUM, quàm Cœlum: quia nimirum hic & nunc aliud motivum perfectiùs dolendi, & detestandi peccatum non occurrit, quàm timor pœnæ, amor Cœli, &c. Quæ tamen non sunt motivum ultimum præcisivum, quia non præscindit, & excludit alia motiva perfectiora dolendi, quin potiùs ita dispositus est ut si occurrerent menti alia perfectiora motiva, vel rationes detestandi peccatum, quatenus est offensa summi boni, &c. omninò etiam sub illis motivis detestaretur peccatum, & jam plùs horreret peccatum, quàm pœnam quamcunque, plùs amaret DEUM, quàm cœlum ac beatitudinem, vel quodcunq; bonum creatum, &c. Quin etiam subinde dolet, se non moveri ab alio perfectiori motivo, quàm timore pœnarum: ut bene exprimit Gobat *Alphab. Confit. casu 4. num. 67. 68.* Et talis timor pœnarum bonus, honestus, sanctus est, indèque conceptus dolor & detestatio peccati vera, & salutaris attritio sufficiens cum Sacramento ad remissionem peccatorum secundùm Concil. Trident. *cir.* Estque verus actus spei Theologicæ, quæ sicut honestè, & rectè amore concupiscentiæ desideramus beatitudinem aliâque bona consequi à DEO, eoque motivo impellimur ad bene agendum: ita rectè & honestè timemus beatitudinem privari, aliisque pœnis æternis, vel temporalibus à DEO puniri, eoque timore salubriter movemur & impellimur ad fugam, detestationem,
dolo-

dolorem peccatorum, adeoque attritionem salutarem. Tandem hic timor, & attritio inde concepta facile resolvitur in amorem & contritionem perfectam: pro quo ulterius observandum est.

IV. Triplex communiter à Theologis distinguitur timor, & inde natus dolor de peccato: *Servilis, Initialis, & Filialis*. Timor & dolor *servilis* dicitur, quo quis timet peccare, aut peccasse dolet ultimam & præcisè propter poenam, infernum v. g. ita ut, si infernus non esse, nollet timere, nec dolere, &c. Sed promptè peccaret, aut in peccato perseveraret: & hic timor, & dolor nequam est, juxta dicta *num. II.* sic dictus, quòd sit *servorum* seu mancipiorum proprius, qui plerumque sua munia obeunt ex timore potius, quàm ullo in Dominos amore. *Timor*, & dolor *Initialis* dicitur, quo quis etiam poenis impulsus & motus timet peccandò offendere DEUM, aut dolet peccatò se offendisse DEUM, eique reconciliari cupit, adeoque jam tendit in ipsum DEUM aliquo amore saltem imperfecto concupiscentiæ, & spei Theologiæ ut bonum sibi, eoque jam sic dispositus est, ut etiamsi poenæ non essent: adhuc timeret offendere, vel doleret offendisse DEUM, dummodò aliud motivum adhuc timendi vel dolendi occurreret: adeoque *initialiter* (unde dictus *Initialis*) & inchoativè jam tendit, & facillimè assurgit in perfectum DEI amorem, veramque ac perfectam contri-

tionem: juxta illud Eccles. 25. *Timor Domini Initium dilectionis.* Proverb. 1. *Timor Domini Principium sapientie.* Atque in hoc initiali timore fundatur, & inde nato dolore de peccatis reipsâ consistit vera, ac salutaris attritio. Timor & Dolor *filialis* denique dicitur, quo quis nullâ habitâ ratione pœnarum, timet offendere DEUM summum bonum super omnia diligendum, horret & execratur, quidquid DEO adversum velut malum est, quod est omne & solum peccatum. Et in hoc filiali dolore consistit vera, & perfecta contritio, ut pluribus suò locò explicatum. Applica exemplò filii respectu Parentis offensi.

*Corollarium, & Animadversio
notabilis.*

235 **O**Mnis vera salutaris attritio dispositivè, imò virtualiter & implicitè semper ultimè resolvitur in contritionem perfectam, & amorem DEI super omnia. *I. Dispositivè:* quia attritus licèt immediatè & proximè doleat & detestetur peccatum propter ejus turpitudinem coram DEO, propter metum gehennæ & pœnarum, &c. Quin tamen, ut dictum est, hoc actu jam tendit in DEUM, cui reconciliari cupit, aliquo amore concupiscentiæ, eò ipsò jam sic dispositus, certè necessariò sic debet esse dispositus, ut si ei occurrat peccatum non tantum esse malum nobis coram DEO, ob ejus turpitudinem & pœnas meritas, sed

sed etiam esse malum ipsi DEO, ejusque infinitæ bonitatis offensivum, amicitia læsivum, &c. etiam sub hoc motivo vel maximè doleret & detestaretur peccatum, adeoque jam implicito saltem amore DEI super omnia, evaderet perfectè contritus. 2. *Virtualiter, & implicite.*

Quia omnis vera attritio ex natura actûs, cum spe veniæ, vult & intendit remissionem peccatorum suorum: sed spes veniæ & remissio peccatorum per se ordinatur ad reconciliationem Divinæ amicitia; amicitia autem necessariò requirit amorem mutuum inter amicos: ergo attritus virtualiter & implicite vult DEI amicitiam, Deumque amare amore amicitia, ergo ulterius, si ei proponatur DEUS ut summum bonum super omnia amandum, idque peccatis offensum & abalienatum, infallibiliter (moraliter loquendò) amabit DEUM super omnia, atque eo saltem implicito amore detestabitur peccatum: jam iterum evadens perfectè contritus. Et hinc pro praxi mox dicam §. seq. Quòd quamvis Confessarii poenitentes vulgares ac rudes, dum per se non præbent sufficientia indicia veri doloris, ordinariè excitare debeant per motiva attritionis, his enim faciliùs & efficacius moventur, & concutiuntur, quàm motivo contritionis perfectæ, semper tamen ultimatiè etiam dirigendi sunt aliquo modo, & elevandi ad motivum contritionis perfectæ, scilicet charitatis, & amoris DEI.

Immediatè verò communius ex consideratione turpitudinis peccati, ac metue gehenna, & pœnarum.

236 **H**Æc tria motiva (ac velut species) attritionis exprimit Concilium Tridentinum tanquam communiora, ac magis nota : ad quæ tamen omnia alia assignabilia commodè reducuntur, ut §. 2. N. IV. ostensum est. Jam hæc in particulari explicanda, & ad praxin applicanda sunt.

I. Turpitude peccati.

237 **N**ON utique turpitude peccati naturalis, naturaliter cognita, ac velut philosophica, utpote prout adversatur naturæ rationali, rectæ rationi, lumini ac honestati naturali, seu virtuti morali, quæ quatenus inter limites naturæ comprehenditur, ad supernaturalem attritionem ac pœnitentiam improporionata est : sed turpitude supernaturalis ac Theologica, lumine fidei cognita, atque ad DEUM relata : (scilicet & quatenus animam coram DEO deturpat, maculat, violat, ornatu gratiæ ac meritis privat, DEO exosam, à DEO averfam, servam peccati constituit, characterem bestiæ imprimit : &c. Similia in Scripturis SS. passim posita) est sufficiens motivum ad supernaturalem attritionem, ac pœnitentiam, juxta communissimam DD. Ratio ex dictis manifesta.

In particulari verò principalissima, & extre-²³⁸
 ma peccati turpitudine supernaturalis est, quate-
 nùs est contra charitatem DEO debitam, offen-
 sa summi Boni, & aversio à DEO ultimo fine
cui: sed motivum hoc charitatis est contritioni
 proprium. Attritionis autem motivo propria
 principalis turpitudine est, quatenùs est contra
 virtutem spei & timoris DEI, & aversio à DEO
 ultimo fine *cujus*; & consequenter omnis
 alia turpitudine desumpta ex alia quacunq; oppo-
 sitione contra Deum, ac contra virtutes morales
 respicientes Deum, ut quatenus continet injuri-
 am, irreverentiam, inobedientiam, ingratitude-
 nem, &c. contra reverentiam &c. DEO debitam.
 Addunt plurimi etiam turpitudinem, quam pec-
 catù habet ex oppositione contra alias virtutes
 morales infusas, etsi ex se DEUM non respicien-
 tes, ut contra justitiam, temperantiam, castita-
 tem &c. Nam & hæc est turpitudine animam
 coram DEO deturpans, exosámque reddens, eó-
 que respectu ad DEUM relata, per fidem superna-
 turaliter cognita. Quod tamen negant alii, Sco-
 tista maximè ejusmodi virtutes morales infusas
 non admittentes: at saltem negare non possunt,
 oppositum esse probabilissimum.

*Metus gehennæ, & pœnarum su-
 pernaturalium.*

EX Concilio Tridentino citato, sinè dubio²³⁹
 sufficiens motivum attritionis supernatu-
 ralis est timor inferni, seu damnationis æternæ

ob peccatum incurrendæ: ad quem velut salutarem Christus ipse nos hortatur, Matth. 10. *Time eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.* Idemque est de aliis pœnis supernaturalibus, ut si detestemur peccatum, quatenus meretur pœnam damni, privationem beatitudinis, ac separationem æternam à desiderabili facie DEL, amissionem gratiæ, & meritum & respectivè pœnas purgatorii. Quia hæc omnia de se supernaturalia per fidem supernaturaliter cognoscuntur, atque ad DEum offensum necessariò referuntur: ideòque eorum timore detestans peccatum, in DEum tendit ipse Theologicâ, ut suprâ explicatum. Solum hic solvenda est celebris

OBJECTIO.

240 **Q**ui detestatur peccatum propter pœnam, infernum v. g. simpliciter magis detestatur, fugit, & odit pœnam, quàm peccatum, & offensam DEL, adeòque etiam minus æstimat ipsum DEum. *Quia propter quod unumquodque tale &c.* sed hoc est inordinatum: ergo &c. Resp. distinguendò majorem. Si pœna sit ratio detestandi præcisa & ultima, sic ut etiam positivè peccatum, offensam injuriam DEL, minus malum, quàm pœnam existimet, ideòque præeligendum potiùs, quàm pœnam, infernum &c. concedo majorem, & totum juxta dicta *n. II.* Si pœna sit ratio detestandi peccatum proxima & impulsiva tantum: neg. maj. min., &

& conseq. Sic enim non positivè æstimat peccatum vel offensam DEI minus malum, quàm pœnam : sed solum negativè hic & nunc non æstimat peccatum majus malum, quàm pœnam defectu majoris, & altioris motivi ad detestandum nunc occurrentis ; ut *num. III.* explicatum : quod positivè non est inordinatum, & vitiosum, sed ad summum negativè non est satis ordinatum ac perfectum, facile tamen ordinabile ac perfectibile, occurrente perfectiori detestandi motivo. Atque hinc jam corrui in speciem difficillima

Instantia. Qui detestatur peccatum pro-²⁴¹pter infernum v. g. saltem non plùs odit peccatum, quàm infernum : ergo ex hujus actus, datà optione, potiùs eligeret peccatum, quàm infernum (eàdemque ratione quamvis aliam pœnam.) hoc sinè dubio est inordinatum, & infernò dignissimum : ergo &c. Resp. Negandò *consequentiam*. In hoc enim casu, planè metaphysico, attritus vi hujus attritionis non eligeret infernum : tamen etiam non eligeret, & deberet non eligere peccatum, quare vel cessaret ab eligendo utrovis, vel necessitate (metaphysica, & imaginariâ tantùm) urgente deberet recurrere ad altius motivum, scilicet charitatis DEI, & propter illud eligere, & pati potiùs infernum (à fortiori quamcunque aliam pœnam temporalem) quam peccatum, exemplò magnorum Sanctorum, qui in effectu ita elegerunt : quapropter in omni casu dabili sufficit,

ficit, ut ex vi metûs inferni, vel pœnarum homo detestetur omne prorsus peccatum mortale, nec possit cum efficaci ejusmodi timore affectus ullius peccati mortalis consistere, cum repugnet ex metu pœnæ peccatum absolute fugere, & simul per peccatum ejusdem pœnæ meritorium perpetratum, velle incurrere periculum illius.

III. Metus pœnarum temporalium.

242 **N**ulla pœnæ temporales naturaliter tantum cognita, vel apprehensa, sinè ulla relatione ad DEUM, prout nimirum naturaliter eveniunt ac vel naturali connexionè, vel humanâ ordinatione ad peccatum consequuntur, ut sunt morbi, infamia, damna, supplicia: sed bene pœnæ temporales seu mala temporalia supernaturaliter cognita & apprehensa per fidem, atque ad DEUM relata nimirum tanquam à DEO peccatis offenso, justoque scelere vindicè immissa, vel permissa, immittenda vel permittenda, sunt motivum sufficiens attritionis supernaturalis ad Sacramentum sufficientis: atque adeò dolor de peccato, quatenus ob id offensus DEUS immittit, vel immitet pœnas temporales (morbos, bella, pestes, &c.) est vera attritio supernaturalis sufficiens ad Sacramentum pœnitentiæ. Ita jam satis communis Sententia DD. Suarez toties *citatus*, Coninck *hic disp.* 4. *n.* 39. Arriaga *p.* II. *n.* 3. Lugo *disp.* 5. *n.* 150. Tamburinus *opusc.*

Con-

Confess. l. I. c. I. & latè ac optimè Caspar Hur-
tadus *hic disp. 6. difficult. 5.* & indubitatum
censet Gobat *Alphab. Confit. casu 3. n. 47.* Fa-
vet, imò potius urget Concil. Trident. sess. 14.
c. 4. inter motiva salutaris attritionis indistin-
ctè ponens *metum poenarum*, utique in DEUM
relatarum, & adjungit exemplum Ninivitarum
dicens: *Hoc enim timore* (scilicet subversionis
urbis à Jona prædictæ, poenæ temporalis) *uti-
liter concussi Ninivita plenam terroribus pœni-
tentiam egerunt, & misericordiam à Domino
impetrarunt.* Ratio est; quia talis timor pœ-
narum sinè dubio absterret, avertitque à pec-
cato, & convenit ad justum peccatorum vin-
dicem DEUM reconciliandum, ideòque suppo-
sita fide, quâ ad DEUM referuntur, est actus
spei Theologicæ, quo homo generaliter (etsi
primario in beatitudine) in omnibus etiam tem-
poralibus, bonum sibi concupiscit & sperat à
DEO. Secùs omnia sunt de pœnis tempora-
libus naturaliter cognitibus & evenientibus. Exem-
plis rem declaro.

Jacet ægrotus, dolet, ingemiscit, detestatur ²⁴³
præteritos excessus & intemperantias: adulter
deprehensus & infamatus, utique dolet & de-
testatur commissum adulterium: fur, vel latro
comprehensus, torturas, & supplicium expe-
ctans, non fictè deplorat, dolet & execratur
patrata furta & latrocinia &c. Hi tales, si
pœnas suas apprehendant merè naturaliter, qua-
tenus scilicet naturaliter ad excessus temperan-
tiæ,

tiæ, sequuntur morbi, chyragra, calculus, &c.; ad commissum adulterium infamia: ad furta, vel latrocinia debitum supplicium &c. & nullo modo ad DEUM referunt, nihil agunt, vanus dolor, sicut nova motiva. Attritio enim vera debet esse cum aliquo respectu ad DEUM, & conversio ad DEUM &c. At hic nullus ad DEUM respectus, vel relatio, conversio ad DEUM nulla, sed neque aversio à peccato simpliciter, sed secundum quid tantum, quatenus nunc nocet. Cesset malum & periculum præsens, redibitur in antiquam sylvam. At verò hi tales, si pœnas suas apprehendant supernaturaliter, atque ad DEUM referant, tanquam à DEO justissimo vindice peccatorum suorum immittas, vel permissas, pœnæ istæ erunt sufficiens motivum omnino ad veram supernaturalem attritionem: sic enim verè dolent & detestantur peccata sua ut offensam DEI, ac propter DEUM justè per tales pœnas peccata sua castigantem sibi reconciliandum. Quod quidem Confessarius facilè intelliget, si pœnitens pœnas suas manifestè ad DEUM referat v. g. dicens: *doleo de peccatis meis, quia agnosco propter illa DEUM offensum me sic visitare, punire &c.* aut quando dolet propter pœnas, quæ nullam naturalem, vel humanam habent connexionem cum peccatis commissis: v. g. *Doleo de peccatis propter ista mala tempora, bella, pestem, sterilitatem &c.* Tunc enim signum est, cum pœnas istas per fidem referre ad

ad DEUM pe
gella divi
sarius, sic
nitent
pernatu
dicendo
offendit
pœnas &
beamus
peccator
à DEO lepa
propter hæc
porales pl
medicinas
actione a
liter poti
temur æ

IV. A.

C onf
gans, an
peccatis te
dilectum
num nol
Si nihil
minolens
loris, ac d
& ti bene
ex dictis

ad DEUM peccatorum vindicem, tanquam flagella divinæ justitiæ. Semper tamen Confessarius, si commoditas adsit, conetur talem poenitentem disponere, & inducere ad altius & supernaturalius motivum saltem attritionis. v. d. dicendô: Ah! gravius longè peccatis nostris offenditur bonus DEUS, quàm ut propter istas poenas & mala temporalia tantùm dolere debeamus. Æternam damnationem meretur peccator, æternâ beatitudine privari, æternùm à DEO separari sumô, & infinito bono! &c. &c. propter hæc, quæso, doleamus, has autem temporales plagas potiùs tanquàm peccatorum medicinas à misericordi DEO cum gratiarum actione acceptemus, ut iis emendati temporaliter potius castigemur, quàm suppliciis depu- temur æternis, &c. &c.

*IV. Applicatio practica dictorum moti-
vorum Attritionis.*

Confessarius poenitentem gravia peccata ²⁴⁴ confessum, tandem more solito interro- gans, an doleat ex toto corde, quòd ejusmodi peccatis tam gravibus offenderit optimum, & dilectum Dominum DEUM nostrum, sumùm Bonum nostrum, maximum Benefactorem, &c. Si nihil audiat, nisi frigidum, semivolens, seminolensque *ita*, absque ullo signo interni doloris, ac detestationis peccati, statim proponat ei & ei bene inculcet aliquod motivum attritionis, ex dictis opportunum juxta conditionem perso-

næ ac qualitatem delictorum, ultimâ semper suaviter ad aliquem, saltem imperfectum DEI amorem, & agnitionem divinæ bonitatis erga se, hoc sequenti vel simili modo: ego rem nudè & simpliciter propono in gratiam Tyrõnum simpliciorum. Docti hic transeant.

245 I. TURPITUDO PECCATI, *pro honestis verecundis*; quæso te; mi bone &c, rem tam fædam, talem nequitiam aususne fuisses patrare coram hominibus, coram tuo parente, tuo Domino, tuo Marito, tuo Principe &c. Nunquid non? Et nõne scis, seu firmissimè credis DEUM ubique & omnibus intimè præsentem: omnia etiam occultissima & intima clarè intueri, & nihil magis horrere abominari ac punire, quàm peccatum. Quomodo ergo tam fædam rem ausus es patrare coram oculis DEI, divinæ supremæ Majestatis, supremi Domini tui, Judicis tui, summi ac optimi Parentis tui, Benefactoris, Creatoris, Redemptoris tui, tui Amantissimi, imo summi Boni tui, quòd semper super omnia amare, ei servire, & in omni actione placere omni studiò debuisses? Nõne pudendum? nõne summè dolendum offendisse tam turpiter super omnia amabilem DEUM? &c. &c.

246 II. METUS GEHENNÆ; *pro quibuslibet, maximè Timoratoribus*, Quæso te mi bone, dilecte &c. Si pro certo scivisses, debere te pro tali peccato patrato vivum comburi, aut lento igne assari, an fuisses ausus com-
mit-

mittere coram hominibus, præsertim coram Magistratu, Judice, Principe? Et nonne certissimò credis DEUM quodlibet peccatum mortale, præsertim tam grave, tam sædum, tam atrox justissimè punire æterno igne infernali? Ecce quid si justissimè jam fecisset? quid si in hoc statu cum tantis sceleribus mori permisisset, ubi nunc esses? Jam aliquot diebus, mensibus, annis tot, & tot arderes in inferno, in stagno bulliente sulphure & pice, arsurus ita per omnem æternitatem. Ardent jam centenis, & pluribus annis, qui longè minùs peccaverunt, quàm tu. Sed optimus & misericordissimus Pater & DEUS tuus amantissimè pepercit dilectæ sibi animæ tuæ, spatium & opportunitatem optimam ad penitendum, suamque gratiam & amicitiam recuperandam, tandèmq; æternam beatitudinem obtinendam indulgit. Eja ergo age seriò, ex intimo corde dole offendisse tam bonum, amantissimum, amabilissimum DEUM: ne tentes amplius &c. &c.

III. METUS PÆNARUM *pro honesto* 246
ribus, præsertim tempore morbi, infortunii, adversitatis privatae, vel publicæ. Ecce ipse morbus iste, calamitas hæc, hoc infortunium, hæc bella, pestis, fames, sterilitas, quæso, nonne sunt manifestæ poenæ ab offenso DEO, justo Judice inflictæ propter peccata nostra? Quid vult optimus, misericordissimus DEUS: Vultne nos perdere, à facie sua abjicere? Nullo modo. *Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem*

peccatoris, sed ut magis convertatur & vivat. Vult benignissimus DEUS & Pater nos à peccatis abstertere: & quos beneficiis & prosperitate apud se tenere non potest, saltem adversitatibus & flagellis ad se trahere, & quasi vi ad cœlum compellere: ad summum vult nos hic paternè punire, ut æternum possit parcere &c. Nónne ergo ex toto corde dolendum tam graviter offendisse tam bonum, ac amabilem DEUM? nónne adversitates istæ in aliquam satisfactionem pro peccatis gratanter acceptandæ, patienter sustinendæ? &c. &c.

247 IV. METUS PÆNARUM *item pro sceleratis valde inspidis, & insensatis.* Quælo te, pro hisce tam horrendis sceleribus, scis, quid pœnæ spectaret apud humanum Magistratum, & Judicium? Gladius, furca, rogos, rota &c. Et putasne DEUM non posse punire peccata tua (si omnino æterna non apprehendas vel curas) etiam pœnis & suppliciiis temporalibus? Non putas posse manifesta facere mundo scelera tua & publicare, confundere, carnifici tradere, aliis mille modis animâ & corpore perdere, perire sinere &c. &c.? Non fecit, tempus & occasionem indulsit: uno serio ex corde de peccatis contra ipsum commissis dolore tibi peccata dimittere, & ambobus expansis brachiis in gratiam suam recipere paratus est, quod tui similibus plurimis non facit. Agnosce infinitam ejus in te bonitatem & misericordiam. Sit tibi intimus cordis dolor tam
ama;

amabilem misericordem DEUM ac Patrem tam horrendè offendisse, contempnissè, irritassè, & tamen adhuc tam amanter parcere Paratum. Pœnite ergo, dum tempus habes: *ne subito veniat ira illius, & in tempore vindicta disperdat te, &c. &c.*

§. Inquies. Jam satis fusè explicata est contritio, & attritio: sed quis omnia memoriâ retineat? Ergo pro coronide & compendio.

Do brevissimas, & faciles formulas contritionis, & attritionis

Contritio cum proposito explicito. Pœnitetur 249
me intimè de peccatis meis propter DEUM summè bonum à me offensum, quem super omnia diligo, & propono firmiter cum divina gratia non amplius peccare mortaliter.

Brevius cum proposito implicito. Dolet 250
& pœnitetur me peccasse, quia feci contra te DEUS meus summè bone, quem toto corde meo amo.

Attritio cum proposito explicito. Dolet & pœnitetur 251
me de peccatis meis: quia per illa anima mea coram DEO deturpatur: & propter illa DEUS me beatitudine excludere, æternùm damnare, aliisque malis etiam temporalibus affligere potest. O magnum tempus vitam emendendi! Quod mi DEUS seriò propono. *Brevius cum proposito implicito.* Dolet, & displicet me peccasse, propter bona, quibus me DEUS privare, & mala, quibus me punire potest.

252 *Conversio Attritioni mixta.* O bone DEUS ob fœdissima peccata mea coram divina tua Majestate patrata, justissimè me omni momento damnare posses, dudùmque potuisses, aliisque pœnis gravissimis punire! non fecisti, nec facis adhuc, nempe quia chara, & pretiosa est tibi anima mea, & tu infinitè bonus es: & ego, heu! reddidi tibi mala pro bonis. An sic deinceps? Ah! non amplius in æternum. Amote, mi DEUS, cupioque amare in æternum. Amen! Vide Tamburinum & Gobat toties *scitatos.*

QUÆSTIO I.

Qualis dolor requiritur ad Sacramentum Penitentiae?

SUMMARIUM.

255. *Ad Sacramentum Penitentiae non tantùm fructuosè.*
 258. *Sed etiam ad validè suscipiendum, requiritur attritio formalis, supernaturalis, efficax, & universalis respectu mortalium.*
 263. *Unde Sacramentum Penitentiae nunquam potest esse validum, & informe.*

ASSERTIO.

253 **A**d Sacramentum Penitentiae requiritur dolor, & detestatio peccati formalis, supernaturalis; efficax, & universalis respectu mortalium; idque non tantùm ad fructuosè; sed etiam ad

ad valide suscipiendum Sacramentum Pœnitentia: ut proinde hoc Sacramentum defectu doloris nunquam possit esse validum, & informe: scilicet sine effectu gratiæ, & justificatione peccatoris.

§. I.

Requiritur dolor formalis, supernaturalis, efficax, & universalis respectu mortalium. Remissivè.

HÆ qualitates singulæ probatæ, & explicatæ suprà de contritione generatim sumpta *sect. 2. quæst. 2. per totam.* Hic tamen attritioni & Sacramento Pœnitentiæ specialius sunt applicandæ.

§. II.

Idque non tantum ad fructuosè suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ.

I. Certissimum est, ad Sacramentum Pœnitentiæ fructuosè suscipiendum, scilicet cum effectu gratiæ sacramentalis, remissione peccatorum ac justificatione, requiri attritionem sic qualificatam, *formalem, supernaturalem, efficacem, & universalem respectu mortalium*, adè ut mortaliter peccet, qui in Sacramento scienter non adhibet dolorem sic qualificatum per omnia, sed vel virtuale tantum, vel naturale, vel inefficacem, vel particularem tantum, non ad omnia mortalia

talia se extendentem. Ratio *ibid.* q. 2. spar-
 sim dicta, breviter in uno collata, est. Quia
 si adhiberet 1. dolorem solum virtualem, vel
 implicitum v. g. in amore DEI, in voluntate &
 desiderio suscipiendi Sacramentum &c. ut mi-
 nimùm peccabit contra Tridentinum tam cla-
 rè exigens attritionem à se definitam, & dolo-
 rem formalem. 2. Si naturalem tantum, ad-
 feret medium inutile, & improporionatum ad
 justificationem, juxta dicta *ibidem* §. 2. 3. Si
 dolorem inefficacem seu nolleitatem tantum
 non peccandi, simpliciter non se averteret à
 peccato, nec excluderet voluntatem peccan-
 di, ut latius patebit *seq. sect.* de proposito re-
 quisito. 4. Si dolorem particularem tantum
 de uno aut altero mortali, non de omnibus,
 rursus non excluderet voluntatem non peccan-
 di quoad cætera peccata, de quibus non dolet:
 sicque semper obicem opponet gratiæ sanctifi-
 canti: ergo, &c. Jam verò cum nimis notum
 sit in aliis, plus requiri ad fructuosè, & licitè su-
 scipiendum Sacramentum, quàm ut solum val-
 lidè suscipiatur.

256 II. Quæstio principalis est, an attritio sic
 qualificata per omnia, requiratur etiam ad vali-
 dè suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ? I.
 Negativam tenent varii Doctores, & ad valo-
 rem, Sacramenti hujus docent sufficere attritio-
 nem, vel dolorem solum virtualem implicitum,
 scilicet voluntatem, & desiderium suscipiendi
 hoc Sacramentum, Sylvester, Rosella, Ange-
 lus

Ius, alii apud Tannerum *hic disp.* 5. q. 6. n. 72. & quoad venialia probabile censent Præpositus & Tannerus *De Confess.* l. 1. c. 3. §. 1. 2. Sufficere attritionem, & dolorem naturalem tantum, scilicet ob pœnas naturales peccatorum conceptum, docent præcipui Thomistæ, Cajetanus, Victoria, Canus, Ledesma, & antiqui plerique, ipse Navarrus *Man. c. 9. n. 13.* Henriquez, alii cum Fillucio *hic tract.* 7. n. 154. (Sed sinè dubio plerique intelligunt pœnas naturales supernaturaliter cognitæ ut à DEO immittendas in sensu à nobis q. præced. concessio.) 3. Sufficere dolorem inefficacem, scilicet displicentiam quamcunque peccati, cum nolleitate peccandi, seu velleitate non peccandi de cætero, docuerunt iidem Cajetanus, victoria, Ledesma, alii apud Suarez *hic disp.* 20. *sect.* 4. Contra quos specialius agemus *sect. seq.* 4. Sufficere dolorem particularem tantum de aliquibus peccatis, etsi, inculpabiliter tamen, non extenderet se ad omnia alia mortalia, docuerunt, & etiamnum docent multò plures mox infra allegandi, nec omninò absurdè & improbabiliter, ut patebit.

III. Hi ergo Doctores consequenter docent: quòd sicut alia Sacramenta possunt esse, & defacto, heu! nimis sæpe sunt informia, ac instructuosa, scilicet sinè forma, gratia, & fructu Sacramentali ob defectum dispositionis requisitæ, v. g. status gratiæ, & tamen valida: ita etiam Sacramentum Pœnitentiæ possit esse

non possit remitti sine alio, & nullum peccatum remittatur sine poenitentia saltem virtualiter se ad illud extendente: quod hic non fit. Attamen Sacramentum fore validum, ipsamque Confessionem Sacramentalem esse validam, cum adsit verus dolor supernaturalis, & efficax cura proposito emendandi, & confessio formaliter integra (vide quam probabiliter) docent gravissimi DD. D. Thomas *in 4. d. 17. q. 3.*, Thomistæ communiter & plures Recentiores, inter quos mei, Suarez. *hic d. 20. s. 5.* Card. de Lugo *disp. 14. Sect. 6. & 7.* Gobat. *Alphab. Confit. Casu 7. n. 177.*, alii moderni passim.

IV. Hinc consequenter iidem DD. concedunt necessarium non esse, ut poenitens ita confessus, sine alio defectu, nisi doloris ita dimidiati & restricti ad quadam, & non extensi ad reliqua omnia mortalia: agnito postea errore, illa peccata confessa cum sic restricto dolore iterum confiteatur (cum jam validè confessa, & clavibus Ecclesiae in Sacramento valido subjecta sint) sed tantum reliqua, ad quæ se dolor ille non extendebat. Quin insuper validè probabiliter juxta hos DD. Sacramentum sic validum, licet tunc informe susceptum, ablato obice vel per contritionem perfectam de omnibus peccatis elicitam, vel per Sacramentum cum attritione universali, reviviscet & conferet suum effectum. Est Sententia semper mihi visa probabilissima, estque favorabilis & Confessariis & Poenitentibus, eximens ipsos à

variis scrupulis ex insufficientia doloris in præteritis Confessionibus. Nihilominus ego cum Pilato, *quod scripsi, scripsi.*

§. III.

Etiam ad validè suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ

258 **R**equiritur attritio, seu dolor *formalis, supernaturalis, efficax, & universaliter respectu mortalium*, aded ut sive quis scienter & culpabiliter adferat dolorem non sic per omnia qualificatum, & speciatim non universalem ad omnia mortalia se extendentem, sed particularem tantum, juxta dicta: ipsum Sacramentum, sicut infructuosum, ita etiam invalidum sit & nullum: ut proinde Sacramentum Pœnitentiæ nunquam possit esse validum, quin simul sit fructuosum. Ita communior DD. tum Scotistarum cum Herincx *hic disp. 2. q. 3. n. 2.* tum Recentiorum cum Vasquez, Coninck, Fagundez, aliis plurimis.

259 I. Probatur Ratione. Dolor est pars hujus Sacramenti per se instituti ad remissionem peccatorum: ergo minimè conveniens est ad ejus valorem sufficere, & assumere aliquem dolorem, nisi illum, qui simul ad remissionem peccatorum disponens, sufficiens sit ad Sacramentum etiam fructuosè conferendum, & suscipiendum: qualis est solus dolor *formalis, supernaturalis, efficax*, (de quibus tribus post Concilium Tridentinum vix ambigendi locus est)

est) atque etiam *universalis* respectu mortalium, ut agnoscunt Adversarii. Deinde mirum maximum esset (quis credat?) Christum instituisse, & assumpsisse partem hujus Sacramenti valide conferendi, quæ scienter nunquam posset adhiberi sine sacrilegio, imò & nullitate Sacramenti: at certum est apud omnes, nunquam scienter posse adhiberi dolorem non formalem, non supernaturalem, non efficacem, atque etiam non universalem respectu omnium mortalium, sine sacrilegio, imò & nullitate Sacramenti: ut agnoscunt & profitentur DD. opposita Sententiæ: ergo &c. Et certè in aliis Sacramentis ad valorem non plus requiritur in memore, vel ignorante; ergo si dolor virtualis &c. & speciatim ille particularis sufficit ad valorem Sacramenti in ignorante vel immemore, deberet etiam sufficere in memore vel sciente qualitatem sui doloris; aut contrà si non in hoc, neque in isto contra ipsos Adversarios.

II. Probatum efficaciter ex concilio Tridentino *sess. 14. c. 3. & 4.* ubi plenissimè naturam hujus Sacramenti explicans, omnino nullum agnoscit dolorem pro hoc Sacramento, nisi illum, qui disponit ad remissionem peccatorum ac justificationem, eoque ipso sufficientem ac necessarium ad hoc Sacramentum etiam validè suscipiendum. Nam *c. 3.* cum docuisset actus Pœnitentis, contritionem, & confessionem esse partes, & quasi materiam hujus Sacramenti-

menti, utique validè suscipiendi, mox disertè explicat eatenùs esse partes, & materiam hujus Sacramenti, *quatenus requiritur ad plenam & perfectam remissionem peccatorum.* textum descriptum habes *suprà cap. I. num. 20. sine.* Et clariùs *cap. 4.* Contritionem generatim definiens esse dolorem, ac detestationem peccati, &c. ac dividens in perfectam & imperfectam, quæ attritio dicitur, utramque dicit disponere, ad justificationem, illam quidem etiam sinè, hanc verò cum Sacramento. textum partim habes *quast. precedenti. §. 2.* & plenius habebis *quast. seq. §. 2.* ergo secundùm Tridentinum solùm attritio, vel dolor disponens ac sufficiens ad justificationem est pars, & quasi materia hujus Sacramenti, & nullus alius: atqui talis est solus dolor *formalis, supernaturalis, efficax, & universalis respectu mortalium omnium commissorum*: ergo talis, & non alius requiritur etiam ad valorem, & essentiam hujus Sacramenti.

- 261 III. Dicunt I. Non debere videri mirum, quòd Concilium non meminerit alicujus alterius doloris, quàm sufficientis ad justificationem, eò quòd ad institutum ejus non pertineret de alio dolore tractare, quàm de illo, qui ex obligatione est adhibendus, ut Sacramentum suscipiatur cum fructu: cùm talis dolor sinè dubio sufficiat ad essentiam & valorem Sacramenti.
2. Quamvis ergo dolor, qui cum hoc Sacramento sufficiens est ad gratiam dispositio, possit &

Sect. III.
 & debet esse
 non appare
 lor qui no
 sit pars
 tuens con
 rolae & Sa
 su, quo d
 inculpate
 lia, jura d
 test esse do
 qui tamen
 nitentia, u
 so ante Ba
 cum obit
 quis dol
 possit esse
 IV. C
 tùm fru
 menti Po
 non agn
 entem ad
 quare nec
 Satis app
 tate neg
 postas
 caces in
 conlequ
 dolore c
 menti Po
 te bap
 talem in

& debeat esse pars materialis hujus Sacramenti, non apparet tamen, cur nequeat aliquis dolor qui non sufficit ad gratiam, sufficere, ut sit pars Sacramenti validi, utpote satis constituens confessionem in esse accusationis dolorosæ & Sacramentalis: ut specialiter fit in casu, quo dolor verus supernaturalis & efficax inculpate se non extenderet ad omnia mortalia, juxta dicta §. *Preced.* 3. Imò de facto potest esse dolor necessarius ad Justificationem, qui tamen non possit esse pars Sacramenti Pœnitentiæ, ut si quis doleat de peccato commisso ante Baptismum sinè fructu, bonâ fide, cum obice susceptum: cur non econtrâ aliquis dolor non sufficiens ad justificationem possit esse pars Sacramenti?

IV. Contrâ. ad 1. R. Concilium non tantum fructum, sed essentiam & valorem Sacramenti Pœnitentiæ plenè explicare, & tamen non agnoscere alium dolorem, quàm sufficientem ad justificationem pro parte Sacramenti: quare uec nos agnoscere debemus. Ad 2, Resp. Satis apparere cur non possit: tum ab auctoritate negativa Concilii: tum ob rationes *N. I.* positas, cum Adversarii nullas rationes efficaces in contrarium adferant. Ad 3. negatur consequentia, & paritas. Agitur enim hic de dolore circa materiam remotam tantum Sacramenti Pœnitentiæ, quale non est peccatum ante baptismum commissum. Est quidem verum, talem in confessione debere elicere dolorem
uni-

universalem etiam de illo peccato ante Baptismum commissio ad impetrandam justificationem: cum tamen idem sit indivisibilis actus, adhuc verum manet, quod nullus dolor sit pars Sacramenti quin idem sit sufficiens ad effectum dispositio: esto non sit pars Sacramenti eatenus, quatenus ad culpam ante Baptismum commissam se extendit. Et hinc tandem elucescit quod

§. IV.

Sacramentum Pœnitentiæ nunquam possit esse validum, & informe,

2631. **N**on ex defectu doloris. Quia non potest esse dolor sufficiens ad valorem hujus Sacramenti: qui non simul sit sufficiens ad effectum & fructum Sacramenti, nempe solus dolor *formalis, supernaturalis, efficax, & universalis respectu omnium mortalium*: ut §. *preced.* clarè probatum. Et *specialiter*: Dolor ille particularis de uno, vel altero peccato sub motivo particulari proprio tali peccato, ut §. *2. num. III.* specificatum: aut est verus supernaturalis actus spei Theologicæ, vel timoris oppositi, vera conversio ad DEUM, cum seria intentione se reconciliandi DEO, ac spe veniæ, aut non est talis? si non est talis, iterum liquidò Sacramentum erit nullum. Si est talis, eò ipsò implicite erit dolor universalis & extendens se ad omne peccatum mortale; non quidem ex vi illius motivi particularis tali peccato proprii, ut bene

bene supponitur; sed ex vi motivi ultimati & principalis spei, timoris, quod motivum necessariò se extendit ad omne peccatum mortale, tanquam quid repugnans spei remissionis, ac reconciliationis cum DEO, ac proinde ita hominem disponit, ut si recordaretur alterius peccati mortalis à se commissi, necessariò etiam de eo doleret, idque detestaretur tanquam repugnans suæ spei vel timori: ac per hoc consequenter talis dolor, quatenùs sic ultimatè universalis est, erit quòque sufficiens ad fructuosè suscipiendum Sacramentum.

II. *Non ex defectu Confessionis.* Aut enim ²⁶⁴ Confessio, cum debito dolore hætenùs descripto, est integra formaliter scilicet cum voluntate confitendi omnia, quæ hìc & nunc debet: aut non est? si sic: Confessio erit valida, & fructuosa; si secùs, neutrum erit. Casum tamen in contrarium admittunt Henriquez, Nugnus, alii cum Gobat *Alphab. Confit. Casu 7. n. 180.* Si quis cogitans quidem omnia confiteri, at tamen per mortalem negligentiam se non sufficienter examinans omittat unum & alterum peccatum mortale, & confitens hanc suam negligentiam non advertat: tunc confessionem fore validam: sed informem. Sed casus redit ad priorem. Aut enim confitens dolet de omnibus peccatis suis generali dolore, etiam se ad illam negligentiam commissam extendente: aut non? Si sic, iterum valida, & fructuosa seu formata erit Confessio: (cum onere tamen

postea, si occurrat, confitendi illam mortalem negligentiam & peccata omissa.) si non neutrum erit.

265 III. *Neque ex defectu absolutionis*, ut omnes fatentur; Aut enim profertur cum debita potestate & intentione super subiectum capax; aut non? si sic, valida & formata, seu cum effectu erit; si non, neutrum erit. At quid si quis jam perfectè attritus, & confessus ante absolutionem de novo peccet mortaliter (quod sanè utinam esset impossibile) nōne absolutio cadens super priorem dolorem, & confessionem legitimam valida erit, at ratione novi obicis peccati mortalis, informis & infructuosa? ergo &c. R. non erit valida simpliciter, sed tantum fuisset valida, si novum peccatum non intervenisset. De facto simpliciter est invalida, quia de hoc novo peccato non habetur dolor, nec fit confessio, adeoque deest & debita contritio, & confessionis integritas ad valorem requisita.

266 IV. At numquid omnia alia Sacramenta possunt esse valida & informia ex defectu dispositionis, ut proh! nimis notum, & cur non etiam Sacramentum Pœnitentiæ: R. Ideo non: quia in aliis Sacramentis nulla dispositio substantialiter est pars essentialis ipsius Sacramenti, ideo in ejus defectu Sacramenta manent valida: at in Sacramento pœnitentiæ, dispositio certa subiecti, scilicet dolor debitus, & confessio, sunt pars essentialis, aut certè quasi
ma-

materialis (aut in Scotistarum sententia, saltem conditio prævia necessario actu requisita,) ideo in ejus dispositionis defectu non potest consistere validum Sacramentum pœnitentiæ.

QUÆSTIO III.

Qualis dolor sufficiat ad Sacramentum Pœnitentiæ ?

SUMMARIUM.

268. Ad Sacramentum pœnitentiæ non requiritur contritio perfecta.
269. (Objecta solvantur)
171. Sed sufficit attritio vera.
273. Etiam cognita :
275. Non tamen aestimata tantum ;
276. Etiam invincibiliter.
277. Qualiter Sacramentum pœnitentiæ faciat ex attritio contritum.

ASSERTIO.

AD Sacramentum Pœnitentiæ valide, & fructuose suscipiendum non requiritur contritio perfecta, sed sufficit attritio vera etiam cognita & non aestimata contritio: non autem sufficit attritio aestimata tantum etiam invincibiliter, licet hæc à novo peccato excuset. Est tota communissima contra paucos, in aliquibus dissentientes, ut patebit.

PAR. III. DE SACRAM.

Q

§. I.

§. I.

Non requiritur Contritio perfecta.

268 **C**ommunissima, & omnium §. seq. citandorum. Ratio abundans est. Quia Sacramentum Pœnitentiæ (sicut & Baptismi) per se institutum est ad conferendam gratiam primam, quâ homo reducitur à morte peccati, ad vitam gratiæ: idque facit ex opere operato per ipsam absolutionem Sacramentalem, hoc enim per se significat forma absolutionis: *Ego te absolvo à peccatis tuis*: unde & dicitur Sacramentum mortuorum: ergo contra naturam & finem institutionis hujus Sacramenti est requirere contritionem perfectam, quâ per se priùs deleantur peccata. Alioquin plura sequerentur maxima inconvenientia. Utpote 1. Sacramentum Pœnitentiæ non haberet aliam vim ad conferendam gratiam primam, quàm Sacramenta vivorum: deberet enim confitens semper necessariò esse in statu gratiæ, antequàm recipiat absolutionem, sicut quando suscipit Sacramentum vivorum v. g. Eucharistiam, Sacrum Ordinem, &c. Sicque 2. deberet pœnitens semper credere se habere finem, antequàm adhiberet medium: id est: se habere remissionem peccatorum, antequàm recipiat Sacramentum pœnitentiæ, quod ipsum tamen est medium per se institutum ad remissionem peccatorum: ipsèque Judex Sacramentalis deberet existimare reum semper esse liberatum

rum prius à peccato, à quo tamen ipse deberet eum liberare per sententiam absolutionis: sicque ulterius. 3. Nulla remaneret Sacerdotibus Potestas clavium ad remittenda peccata quoad culpam, quippe quæ per contritionem perfectam antecedenter semper remissa, nunquam remitterentur per potestatem clavium. Nec obstat, quòd absolutio cadat super peccata jam ante remissa: debet tamen saltem vim habere ea remittendi, si adhuc adessent: quænam enim alioquin esset remittendi vis? 4. Denique (ut alibi iteratò insinuatum) sic Christus non instituit novum & facilius peccati remedium, sed solùm priori medio contritionis (quà solà justificabantur Veteres) addidisset novum sanè grave onus confitendi peccata remanente eadem necessitate contritionis, pejoremque fecisset conditionem Christianorum, quàm Veterum, quod planè alienum est à suavitate & utilitate legis Evangelicæ. Accedit tandem principalis probatio ex Tridentino, sufficere attritionem. §. seq.

Objicies 1. Post institutum Sacramentum ²⁶⁹ Pœnitentiæ, adhuc sacra Scriptura requirit pœnitentiam internam ad remissionem peccatorum: sed ubicunque Scriptura loquitur de pœnitentia ad remissionem peccatorum requisita, intelligitur de contritione perfecta: erò &c. 2. Contritio perfecta est juris naturalis? sed lex Evangelica non mutavit, sed potius perficit jus, & legem naturalem: erò

go &c. 3. Ad fructuosè saltem suscipiendum Sacramentum requiritur, ut dignè suscipiatur: sed existens in mortali non dignè suscipit: ergo prærequiritur semper contritio perfecta prius deletiva peccati. 4. Principaliter: Concilium Tridentinum sess. 6. c. 6. agens de dispositione requisita ad susceptionem Baptismi, satis clarè videtur requirere pœnitentiam procedentem ex amore DEI, quâlis est tantùm contritio perfecta: sic enim loquitur: *Et dum peccatores se esse intelligentes, à justitia divina timore quo utiliter concutiuntur, ad considerandam DEI misericordiam se convertentes, in spem eriguntur, fidentes DEUM propter Christum sibi propitium fore, illumque tanquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante Baptismum agi oportet.* Sic Concilium. Atqui Sacramentum Pœnitentiæ, etiam mortuorum, non minorem pœnitentiam admittit, quàm Baptismus: ergo requirit pœnitentiam ex amore procedentem, adeoque contritionem perfectam. Fateor argumentum minimè contemnendum, necessariò tamen cum eodem Concilio mox allegando concordandum.

- 270 Resp. ad. 1. distinguendò minorem. Intelligitur de contritione perfecta extra Sacramentum, concedo, cum Sacramento, nego minorem, & consequentiam, ob mox dicenda §. 2. Ad 2. distinguo majorem. Contritio est juris

naturalis, quando non est aliud medium destruendi peccatum: concedo majorem. Quando est aliud medium ordinatum: nego majorem & consequentiam ob dicta *suprà* Sect. *prac. q. 2 & 3. §. 1.* Ad 3. negatur minor, quoad Sacramenta mortuorum Baptismi, & Pœnitentiæ, quæ per se instituta sunt ad vivificandum hominem spiritualiter mortuum, adeoque per se admittere debet spiritualiter mortuum, seu cum peccato accedentem ad recipiendam vitam spirituales gratiæ, dummodo ad hoc aliunde satis dispositum. Ad 4. *R.* facile. Concilium requirere pœnitentiam procedentem ex dilectione non posse intelligere dilectionem perfectam seu amorem DEI super omnia determinatè ob dicta & dicenda: sed indeterminatè, aut ut dilectionem illam perfectum charitatis actû, aut dilectionem saltem imperfectam, seu amorem concupiscentiæ, actum spei, qualem in omni salutari pœnitentia, etiam attritione includi latè ostendi *suprà* q. 1. §. 3. Et dato, Concilium intelligere perfectam dilectionem DEI: dic ly *propterea*: non afficere determinatè ultimum quod præcessit, scilicet *diligere incipiunt*, sed referri ad omnia præcedentia disjunctim: ut sensus Concilii sit oportere agi pœnitentiam, vel ex amore, vel ex spe, vel ex timore salutari, quem præmiserat: 1. *Divina justitia timorem, quo utiliter concutiuntur.* 2. *In spem eriguntur.* 3. *Diligere incipiunt: ac PROPTEREA moventur &c.* Intelli-

tellige, non propter omnia simul (quòd pu-
to nec Adversarios asserere) sed propter quod-
libet eorum, vel timorem, vel spem, vel
amorem.

§. II.

Sufficit Attritio vera.

271 **I**Ta communissima DD. cum D. Thoma,
Scoto, & post Trident. fere omnium, Sic
enim perspicuè satis docet Concilium Triden-
tinum sess. 14. c. 4. dicens: *illam verò contri-
tionem imperfectam: qua attritio dicitur, quo-
niam vel ex turpitudinis peccati consideratione,
vel ex gehenna, & pœnarum metu communiter
concipitur, si voluntatem peccandi excludat
cum spe veniæ declarat non solum non facere
hominem hypocritam & magis peccatorem; ve-
rùm etiam donum DEI esse, & spiritus sancti
impulsus: non adhuc quidem inhabitantis sed
tantum moventis, quo pœnitens adjutus viam
sibi ad justitiam parat. Et quamvis sine Sacra-
mento Pœnitentiæ per se ad justificationem per-
ducere peccatorem nequeat: tamen ad DEI gra-
tiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam
DISPONIT.*

272 Sic Concilium expressè loquens de disposi-
tione ad gratiam proximâ, non remotâ tan-
tùm. Nam attritio etiam extra Sacramen-
tum est dispositio ad gratiam remota: & tamen
negat eam disponere extra Sacramentum, sed

can-

tantum cum Sacramento, utique proximè. Deinde statuit discrimen inter Attritionem, & Contritionem perfectam, quòd hæc possit disponere ad gratiam sinè Sacramento realiter suscepto, utique proximè per se: attritio autem disponat solum cum Sacramento, utique etiam proximè per se, & sinè Contritionè perfecta. Atque hinc infert Concilium, quòd hæretici falsò calumnientur Catholicos Scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ absque bono motu sulcipientium gratiam conferre, quod nunquam Ecclesia DEI docuit, aut sensit. Sic Concilium ibidem. Nimirum quia gratia non confertur sinè motu saltem attritionis, quem suprâ docuerat esse bonum & salutarem. Quare dubitandum minimè est, validam esse confessionem factam cum hoc actu doloris ac detestationis. O! maledicta peccata quibus animam meam gratiâ divinâ privavi, & pœnis æternis addixi, ait Lessus in *Auctario V. Confessio casu I.* Hanc sententiam meritò Recentiores communiter, Lessius, Dicastillus, alii cum Lugo *disp. 5. n. 137.* vocant certam, & oppositam improbabilem, quamvis eam pro vera habuerint plures insignes DD. maximè ante Tridentinum scribentes, eamque etiam in articulo mortis posse praticari, diximus suprâ *Sect. præc. q. I.*



Sufficit attritio vera etiam cognita, &c.

273 **N**on requiritur, ut verè attritus æstimet se esse contritum, aut credat suum dolorem esse contritionem perfectam. Ita (contra Sotum, Victoriam, Gabriel, alios quosdam) communissima cum D. Thoma q. 80. a 4. Ratio est: quia Concilium supra dogmaticè loquens, absolute, & simpliciter dicit: attritionem cum Sacramento disponere ad gratiam: ergo sufficit attritio etiam cognita ut talis, quando scilicet vel pœnitens scit se esse attritum tantum, nec requiritur, ut falsò æstimetur vel credatur esse contritio: nam & vera cognitio actûs de se sufficiens ad Sacramenti valorem, & effectum non potest impedire valorem & effectum Sacramenti; & falsa existimatio aliquem actum esse, quod reipsâ non est, non potest ipsum facere medium justificationis, aut partem Sacramenti, si à partè rei ex se non sit. Et per se absurdum videtur dispositionem ad gratiam, valorem & effectum Sacramenti referre ad humanam æstimationem erroneam, ac falsum iudicium. Deinde adhuc sequeretur, quòd confitens ante absolutionem semper deberet (falsò saltem) existimare, & credere se esse in statu gratiæ, sicque se habere finem & effectum ante medium adhibitum &c. prout *supra* N 1. de vera contritione non necessaria ostensum est.

274 Hinc peccator confitens sciens se tantum esse attritum, justè potest absolutionem petere,

re, & Confessarius tenetur eam dare: quia hæc sententia modò practicè certa est, ut proinde Sacramentum non exponatur morali periculo nullitatis, aut carendi suo effectu. Quanquam Doctores rectè moneant tam peccatorem, quam Confessarium, debere conari ad excitandam contritionem perfectam, præsertim in extremis, ut quàm fieri potest, securissimè & fructuosissimè provideatur & Sacramento & salutì. Cæterùm attritio vera, sed æstimata contritio, etsi non requiratur necessariò, sinè dubio tamen sufficit ad valorem & effectum hujus Sacramenti, non obstante illà falsà existimatione esse contritionem veram: quia qui ipsà habet dispositionem requisitam ad gratiam, adeoque ad hoc Sacramentum validè & fructuosè suscipiendum, se ipsà validè & fructuosè illud suscipit: sed attritio vera de se est sufficiens dispositio ad gratiam &c. nec quicquam potest impedire iudicium illud erroneum esse contritionem, quò minùs vera attritio maneat dispositio sufficiens ad gratiam, & Sacramentum hoc ritè suscipiendum: ergo &c. Idémque dicendum esset, de eo qui haberet veram attritionem requisitam, erroneè tamen crederet non esse attritionem nec contritionem, ignorans scilicet talem actum ad hoc Sacramentum requiri, quales sinè dubio sunt rudes multi, si aliunde defectus non sit: validè & fructuosè suscipit Sacramentum: secùs est de eo, qui sciret talem actum requiri, & crede-

ret se non habere, talis utique ex Conscientia erronea, nulliter & sacrilegè Sacramentum susciperet.

§. IV.

Non sufficit Attritio aestimata tantum, etiam invincibiliter.

275 **T**Am ad validam scilicet, quàm ad fructuosam susceptionem Sacramenti Poenitentiae requiritur attritio vera reipsâ existens, & non sufficit attritio aestimata seu putata tantum etiam invincibiliter. Quoad fructuosam susceptionem est omnium: quoad validam, est communis DD. *q. preced. §. 4.* nominatorum. Eadem enim est ratio hîc & ibi. Ratio est: quia Concilium Tridentinum citatum, sicut & Florentinum in Decreto unionis &c. Quando ad hoc Sacramentum requirit contritionem vel attritionem, tanquam partem materialem & dispositionem necessariam, sinè dubio loquuntur de vera attritione, & non aestimata vel putata tantum, nam attritio putata tantum simpliciter non est attritio, sicut homo pictus non est homo simpliciter. Nec talis attritio putata, (v. g. inefficax, naturalis tantum &c.) est donum DEI vel Spiritûs Sancti impulsus, nec concipitur ex veris motivis suprâ explicatis, nec habet alias condiciones & perfectiones, quas Concilium Trident. attribuit attritioni: ergo ad hoc Sacramentum tam valide, quàm fructuose suscipiendum non sufficit attritio aestimata, vel pu-
tata

tata tantum, sed vera reipsâ subsistens requiritur. Concilium enim eodem modo loquitur de attritione requisita ad valorem Sacramenti, & de ea requisita ad Sacramenti effectum, nec agnoscit ullum dolorem sufficientem ad valorem hujus Sacramenti, nisi illum, qui sufficiat ad ejus effectum, qui scilicet sit sufficiens dispositio ad gratiam sanctificantem, ut q. *precedenti* ostensum est.

Dixi, æstimata etiam *invincibiliter*. Nam ²⁷⁶ attritio æstimata vincibiliter, quæ scilicet ex ignorantia vel errore vincibili & culpabili putatur esse attritio, cum non sit, sine dubio nec ad validam, nec fructuosam, sed neque licitam susceptionem Sacramenti sufficit, cum culpabiliter non ponat materiam proximam debitam Sacramenti, adeoque novo peccato mortali & fructum & valorem Sacramenti evertit. Attritio verò invincibiliter, ex errore vel ignorantia invincibili & inculpabili putata attritio, cum non sit, etsi ipsa & valorem & fructum tollat Sacramenti, sufficit tamen ad licitam susceptionem Sacramenti, excusatque à novo peccato, cum actus ex ignorantia invincibili procedens simpliciter sit involuntarius: & consequenter ex eo, quòd invincibiliter ignoret hanc priorem confessionem suam fuisse invalidam, deinceps durante hâc ignorantia, cessat obligatio eadem peccata sic confessâ denuò confitendi, cum bonâ fide invincibiliter credatur præceptum ea confitendi jam esse impletum.

&

& per sequentem confessionem cum debito dolore valide factam delentur illa peccata per accidens: alioquin certè nullus esset securus in conscientia: at verò, si quando cessaret illa ignorantia, & innotesceret defectus veræ attritionis & doloris in priori confessione, jam obligatio eadem peccata denuò confitendi & legitimè clavibus subjiciendi revivisceret in communi Sententia, sed de hoc fortè mitius *capite sequenti* in quæstione, quando confessio invalda repetenda sit. Ex dictis hæcenus sequitur

**Corollarium, Qualiter Sacramentum
Pœnitentiæ faciat ex attrito contritum?**

277. **V**erum est solùm æquivalenter, & in effectu, quatenus nimirum attritio cum Sacramento habet & exerit eandem vim delendi peccata, ac contritio perfecta per se sola, sicque homo attritus, accedente Sacramento, dicitur ex attrito fieri contritus in effectu æquivalenti remissionis peccatorum, ac gratiæ sanctificantis: imò etiam quoad ethymologiam nominis: quatenus sic per attritionem perfectè *conteruntur*, ac delentur peccata, sicut per contritionem: insuper etiam quoad habitum, quia recipit habitum charitatis; qui idem est habitus contritionis ac detestationis peccatorum propter DEUM summum bonum offensum: ut do-

Et observat noster reverendissimus Herincx
d. 2. q. 3. n. 46.

II. Non ergo dictum illud vulgare debet
intelligi entitativè quoad actum ipsum, quasi
actus attritionis fiat per Sacramentum actus
contritionis propriè dictæ, quòd est impossi-
bile, cum hi sint actus planè diversi specie: qui
licèt simul jungi possint, & sibi succedere in eo-
dem subjecto, & sic attritus fieri contritus,
unus tamen non mutatur in alterum, nec attri-
tio fit contritio, sicut quando calidum fit frigi-
dum, calor non fit, nec potest fieri frigus.
Hinc Scotus in 4. d. 14. q. 2. n. 15. dicens, eun-
dem actum attritionis invariatur fieri contri-
tionem non accipit attritionem & contritio-
nem prout modò accipimus, sed actum doloris;
quatenus præcedit infusionem gratiæ, vocat
attritionem, quatenus verò formatur habitu
gratiæ & charitatis, vocat contritionem, ut
ex contextu patet.

III. Neque etiam dictum illud intelligi po-
test quasi peccator attritus, accedente Sacra-
mento, vi absolutionis infallibiliter elicit
contritionem: hoc enim absque ullo funda-
mento dicitur, & militat contra experien-
tiam apertam; & repugnat intento Concilii
Tridentini adscribentis vim disponendi ad gra-
tiam attritioni cum & in Sacramento, seclusâ
contritione perfectâ: nec ullatenus locum ha-
bere posset in moribundo attrito, sensibus de-
stituto.

280 IV. At quid si attritioni sub certo motivo excitatæ superveniat, & jungatur amor DEI super omnia: rectene dicetur ea attritio juncta amori fieri contritio? affirmat Suarez *d. 5. sect. 3.* sed rectius negatur, eodem enim motivo manente, manet idem actus, & non fit alius. Hoc tamen concedendum est, tunc attritionem junctam amori, magis fieri idoneam ad justificationem.

QUÆSTIO IV.

Quando eliciendus est Dolor in Sacramento Pœnitentiæ?

SUMMARIUM.

282. Dolor necessario debet aliquo modo jungi Confessione,
 283. Non quidem physice,
 284. Sed moraliter.
 286. Consulto, & utilissimè præmittitur Confessione.
 287. Non tamen ita immediate, ut adhuc actû duret tempore Confessionis
 288. Debet tamen necessario aliquo modo virtualiter ad Confessionem esse relatus.
 289. (Licet id negent alii.)
 290. Et non revocatus.
 291. An, si heri dolui, & hodie occurrat nobis peccatum, eliciendus sit nobis dolor?
 292. Dolor non necessario præmittitur Confessione, sed etiam postponi potest;
 296. Modò ad eam referatur, eamque informet.
 297. Necessario tamen habendus est ante terminum absolutionis seu formæ essentialis.
 298. An post datam absolutionem, super oblita & repesen-

SECT. III. Quando eliciendus dolor. 255
petenda, repentendus sit Dolor. Casus huius
Usque ad n. 302.

ASSERTIO.

Dolor contritionis, seu attritionis necessario
debet jungi Confessioni Sacramentali, non
physicè, sed moraliter, ea conjunctione, simultate
ac ordine, qualis necessaria est, & sufficit ad unum
actum iudiciale: consulto & utilissimè pro-
mittitur confessioni, at non necessario, sed etiam
rectè postponitur, dummodo ad eam referatur,
eâque informet: Necessariò tamen habendus
ante terminum forma, seu absolutionis essen-
tialis, quanquam etiam post illam ad aliqua obli-
ta vel repetita se extendere possit, ideòque non
necessariò repetendus sit. Tota ferè commu-
nis, ut patebit.

§. I.

*Necessariò debet aliquo modo jungi
Confessioni, &c.*

I. Certum apud omnes. Quia partes essen-
tiales cujusque Sacramenti, debent ali-
quo modo saltem moraliter inter se uniri &
coexistere: compositum enim seu naturale,
seu artificiale vel morale non subsistit, nisi ex
partibus aliquo modo vel physicè, vel morali-
ter unitis vel coexistentibus: atqui contritio
& confessio sunt partes essentielles, vel certè
quasi materiales Sacramenti Pœnitentiæ per
absolutionem perficiendi: ergo debent aliquo
modo

modo physicè vel moraliter inter se, & cum absolute conjungi. Et quamvis in aliquo sensu verum sit, contritionem seu dolorem debere physicè conjungi cum confessione, eaque naturâ priorem esse; quatenus Confessio Sacramentalis, & materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ est, ut §. 3. explicabo. Absolutè tamen dicimus:

283 II. Dolor non debet necessariò physicè conjungi cum ipsa confessione, seu narratione peccatorum. *Omnes.* Ratio clara est, quia nulla lex præcipit illam physicam & realem conjunctionem doloris cum narratione peccatorum: & esset onus moraliter illis impossibile, qui habent permulta peccata narranda ex memoria: & interim laborant debilitate aliquâ cerebri, sunt obnoxii perturbationi, timori, &c. Tales enim omittent magnam, & facillè dimidiam partem suorum scelerum, si debeant esse solliciti, ut simul realiter, actualiter, & formaliter doleant semper, cum singula enuntiant. Vide dicta *sect. preced. q. 2. §. 3. de universalitate doloris.*

284 III. Sufficit ergo conjunctio moralis: atque ut hæc duæ partes censeantur moraliter unice simulque existere, sufficit ea conjunctio, similitas, ac ordo, qui requiritur, & sufficit ad unum actum judicalem, ut optimè explicat Dicastillus *de Sacramentis disp. I. dub. 6.* Ratio est: Quia absolutio fit essentialiter per modum judicii, quod nequit subsistere sine confessione deli-

Sett. III.
delictorum, &
que moraliter
fessio, quatenus
liter existit
alias non
sufficit. C
do possit
Confessione
IV. Sed
Dolor virtutem
tanquam causam
positivam, &
venitur, & in
dum. Ut
ex communi
Gobar. Ca.
Concilium
nec ulla al
est, ut pecc
ideo debet
sufficit si d
DELM me
aliqua fact
tione pecc
modus pecc
de peccat
fectior, &
tur Dolor
sapienter o
porro dicitur

delictorum, & dolore manifesto Judici: & utroque moraliter adhuc existente si autem tam confessio, quam doloris manifestatio adhuc moraliter existant, poterit fieri sententia judicialis, alias non: ergo talis conjunctio requiritur, & sufficit. Quanto autem tempore, & quomodo possit Dolor vel præcedere, vel sublequi Confessionem dicetur § 3. & 4.

IV. Sed neque requiritur, licet utile sit, ut ²⁸⁵
Dolor virtualiter referatur ad Confessionem, tanquam causam motivam, ut scilicet ex proposito, & affectu Confessionis faciendæ moveatur, & impellatur ad hunc Dolorem eliciendum. Ut contra Bonacinam & plures alios, ex communi docet Lugo *de Pœnit. d. 14. n. 39.* Gobat. *Casu 6. n. 155.* Ratio est: Quia neque Concilium Tridentinum toties *cit. sess. 14. c. 4.* nec ulla alia Lex id exigit. Non ergo necesse est, ut pœnitens dicat: *Quia volo jam confiteri, ideo debeo dolere, & doleo de peccatis meis.* Sed sufficit si dicas: *doleo sum moperere, quod optimum DELIUM meum tam graviter offenderim, ergo pro aliqua satisfactione & tanto certiori reconciliatione paulo post confitebor, &c.* Imò hic secundus modus procedendi, quo quis stimulatus dolore de peccatis accingit se ad Confessionem, perfectior, & nobilior est, quam primus, quo elicitur Dolor stimulante proposito confitendi ut sapienter observat Lugo *cit. num. 40.* Et hinc porro dicimus:

*Dolor consultò, & utilissimè præmittitur
Confessioni.*

286 **O**Mnes unanimiter. Sic enim tota actio erit Sacramentalis, ipsa Confessio actu dolorosa, ipsæque Dolor per Confessionem seu manifestationem peccatorum fit sensibilis Sacerdoti ac perceptibilis, nam hæc manifestatio peccatorum in Confessionali habetur inter Christianos æquè pro signo manifestativo Doloris, atque est tunsio pectoris ac prolatio horum verborum: *Doleo ex animo. quod DEUM offenderim.* Absque autem prævio ejusmodi Dolo- re, Confessio sæpè erit nudè materialis, & quasi historica narratio. Denique deinceps multa occurrere, impedire, turbare, distrahere possunt, ut Dolor omnino omittatur. Et rectè addit Layman *l. 2. tr. 6. c. 4. n. 4.* dicens. *Quamobrem pro majori securitate consuetum & consultum est præmittere Confessionem generalem, ut si ante Dolor ex generali motivo conceptus non erat, saltem nunc concipiatur. Sic ille. At incidenter non vanè quæres, an illa recitatio prævia Confiteor, mea culpa, tunsio pectoris, possit esse Confessario sufficiens signum manifestativum Doloris interni sufficientis ad absolutionem, sic ut post narrata peccata, nullo alio Doloris signo edito vel petito absolvere possit? R. Certè regulariter non esse sufficiens signum in iis, maxime pueris, qui ex mera*
con-

conſuetudine ſine attentione vel reflexione ad ſenſum verborum, eo modo, quo miniſtrantes ad Miſſam ſolent, deblaterant, vel deproperant, à quibus communiffimè aliud ſignum Doloris petere debet Confefſarius. Contra autem eſſe omnino ſufficiens ſignum Doloris in Religioſis, aliſque perſonis gravibus & honeſtis, qui eâ vocis moderatione ac pectoris tuſione utuntur, ut appareat; id fieri ex ſerio interno Doloris ac Pœnitudinis affectu, ut ſingulariter advertit Gobat *cit. n. 143. & n. ſeqq.* addens ſe ſemel reſolviffè non eſſe habendum ſcrupulum de ſufficientia Doloris cuidam Religioſo, qui dubitans, an in Confefſione eliceret Dolorem: certò tamen cum reflexione dixit, *mea culpa &c.* peccatusque tutudit: qui enim ex animo dicit, in tali occasione præfertim, *Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa, &c.* non ſolum fatetur, ſed etiam habet diſplicitiam illius, eamque non ex naturali, ſed ſupernaturali motivo.

II. Neceſſe tamen non eſt, ut Dolor Contritionis vel attritionis eliciatur immediatè ante Confefſionem, ut actu duret tempore Confefſionis, ſed omnium conſenſu ſufficit, ut antea elicitus, aliquo modo ad Confefſionem relatus, nunquam revocatus virtualiter vel moraliter permaneat in Confefſione & abſolutione, etiam aliquanto tempore poſteà factâ, tantò nimirùm, quantò moraliter cenſeri poteſt unum a ſtutum imperari ab alio, aut facere quid unum

moraliter cum ipso. Ratio hujus communis est in omnibus Sacramentis. Exempli gratia: Petrus manè dolens de peccatis proponit proxime confiteri, & actu illo non revocato, post tres vel quatuor horas primum confitetur, sine novo doloris actu: certum est sufficere. Item Petrus vesperi examinans conscientiam elicit Actum doloris, proponens sequenti manè confiteri, & si Actu non revocato, sed neque renovato, manè confitetur, iterum satis est. Item Petrus dolens hodie, mox confiteri proponit, sed non potens habere locum, aliter impeditus, altero die primum confitetur, non revocato Dolor, satis est. Semper enim moraliter censetur durare Dolor, & vi Illius fieri confessio, eò ipso dolorosa & Sacramentalis. Idque in casu particulari ad plures dies extendunt Marchant noster, aliique citandi *num. seq.* Ut si quis, serio Dolorè præmisso Confessionem generalem inchoet, & per plures dies continuare debeat: aut in Jubilæo interim peregrinationes obeat, aliique opera præscripta præstet: & postea die Sabbathi primum confiteatur: sufficit Dolor antea exercitus, quia per illos dies ob continuationem Confessionis generalis, aut connexionem illorum operum censetur moraliter continuari & virtualiter pertinere usque ad Sacramenti Susceptionem vel Confessionem. Dixi autem notanter sufficere dolorem etiam aliquanto tempore ante Confessionem elicitum: *1. aliquo modo ad Confessionem relatum:*

2. nunquam revocatum. Explico distinctis numeris.

III. Necessarium omnino videtur, ut Dolor ante Confessionem elicitus aliquo modo virtualiter ad Confessionem referatur: aut 1. *Antecedenter*, ut quando elicitur Dolor de peccatis in ordine ad Confessionem recogitatis, seu ex vi & intentione Confessionis faciendæ: ut in exemplis *num. preced.* allatis. Ut si hodie pro crastina Confessione Conscientiam examinans dicas: *Quia cras volo confiteri, ideo hodie examino Conscientiam, ac volo debite dolere de peccatis meis, quia cras forte tempus non supererit, &c.* 2. *Concomitanter* tempore Doloris elicitus, ut quando non quidem ex proposito prævio Confessionis, sed aliâ occasione, doleas de peccatis tuis, eoque dolore motus simul cogitas de Confessione cras, vel proximâ occasione faciendâ, aut etiam proponas: sicque Dolore non revocato, proxima occasione vel cras confitearis, juxta dicta *§. preced. in fine.* 3. *Saltem consequenter* tempore Confessionis. Ut si in examine Conscientiæ ordinario, intrâ meditandum, vel aliâ occasione, excitatus doles perfecte de peccatis tuis, tunc prorsus nihil cogitans de Confessione, vel Sacramento suscipiendo, probabilissimè tamen adhuc postea, cras v. g. manè volens confiteri, poteris illum Dolorem prius habitum ad hanc Confessionem referre v. g. sic: *quia heri vel hodie mane debite dolui de peccatis meis, ideo volo modo*

confiteri, & actu confiteor absque novo Dolore elicito, id adhuc sufficere ob moralem conjunctionem Doloris ac Confessionis, probabilissimè docent Card. de Lugo & Tamburinus mox citandi. Atverò si Dolor præcedens nullo modo referatur ad Confessionem sequentem, crastinam v. g. sic, ut ne hodie dolens quidquam cogites de Confessione cras facienda; nec cras confessurus ullo modo recorderis Doloris pristini, non poteris cras confiteri nec validè, nec licitè, nisi novum Dolorem competentem eliciam: nam pars debet referri ad partem: Et Confessio Sacramentalis ac valida debet essentialiter esse dolorosa: non potest autem esse dolorosa, nisi per dolorem aliquo modo ad se relatam, saltem uno ex dictis modis. Ita communis, & in praxi omnimodis tenenda, & mihi practicè certa Sententia DD. Coninck, Layman infra citandi, præter paucos mox nominando.

289 §. Contra tamen non requiri, ut Dolor præcedens ita ad Confessionem referatur formaliter vel virtualiter, docent. 1. Cardinalis de Lugo *cit. disp. 14. de pœnit. n. 40.* Rationem dans: quia licèt Confessarius teneatur sua verba absolutionis referre ad Sacramentum conficiendum, pœnitentem tamen non teneri referre dolorem ad Sacramentum, quia non obit vices Christi, ut Confessarius. 2. Expressius Tambur. opusc. Conf. l. 1. c. 2. ita scribens. Illud ad solatium timoratorum tacere.

non

Sect. II.
non debeo.
moraliter
bita cu
dies, &
esse certu
ab hinc qu
dispositus
illa Confes
quid morat
militis propi
cia profana
mam hoc
si hæc, in
poterit D
diebus an
quid mo
situerit.
rendissim
Tract. d
concione
rem elicita
tans: de
niz confit
ad Confes
4. Eander
Capit. 6. n.
tamen eg
quaspecte
rem Sacram
alicuius
sic & tu.

non debeo. Si in hoc Sacramento unum quid moraliter faciunt Confessio nunc v. g. exhibita cum satisfactione, quæ fortè ad plures dies, & aliquando menses exhibetur: imò si esset certus Confessor, quòd pœnitens, quem abhinc quatuor diebus v. g. audivit, bene esset dispositus, illum nunc licite absolveret, & sic illa Confessio cum præsentì absolute unum quid moraliter facere posset, & meritò, quia similis propinquitas satis superque est ad iudicia profana constituenda, ad quorum normam hoc iudicium Ecclesiæ est institutum: si hæc, inquam, ita se habent, cur non etiam poterit Dolor abhinc quatuor, aut quinque diebus animò conceptus, nec revocatus unum quid moraliter cum præsentì Confessione constituere. Hactenus Tamburinus. 3. Reverendissimus Abbas Raslerus in doctissimo suo *Traçt. de Pœnit. c. 4. §. II.* admittit, si quis concione aliquâ permotus intensissimum Dolor em eliciat, nihil adhuc de Confessione cogitans: deinde verò ex desiderio consequendæ veniæ confiteatur; talem fore optimè dispositum ad Confessionem, nec indigere novo Dolo-
4. Eandem sententiam probabilem censet Gobat *Casu 6. n. 159.* addens tamen in fine. Nolle tamen ego sequi hanc doctrinam respectu mei, quia spectantia ex institutione Christi ad valorem Sacramenti, sunt potiùs scrupulosè, quàm aliquantùm laxè observanda: sic ille, sic ego, sic & tu.

290 IV. Universaliter & certissime dolor elicitus diutius ante Confessionem, ut in ipsa Confessione virtualiter perseveret, eamque dolorosam, ac sacramentalem constituat, interea temporis debet esse *non revocatus*, aut per actum contrarium, nimirum per novam complacentiam vel consensum in peccatum, de quo quis doluit, aut per quodcunque peccatum mortale. Unde qui antea doluit de peccatis mortalibus: & iterum peccat mortaliter, per illum priorem dolorem sine dubio non erit nunc dispositus ad Sacramentum. At, quid si quis sub uno generali motivo doleat simul de mortalibus & venialibus suis confitendis, & retento dolore mortalium, revocet solum Dolorem venialium, aut de novo venialiter peccet, ante confessionem vel absolutionem, manebitne sufficienter dispositus, ut Sacramentum valide suscipiat? Res sane speculative valde disputabilis: cum Dolor sub uno universalis motivo conceptus de omnibus peccatis, si revocetur de venialibus, videatur etiam de mortalibus revocari. Respondetur tamen, quod sic. Nam dolor sub uno universalis motivo conceptus de omnibus peccatis, fertur quidem in omnia peccata, sed certe inaequaliter pro eorum gravitate vel levitate: non ergo ideo statim, quo quis revocat Dolorem quoad venialia, & de novo venialiter peccat, debet centeri revocare etiam quoad mortalia. Lugo, Tamburin. Gobat *citr.* contra alios non paucos.

¶ Quid

¶ Quid si ergo heri v. g. mihi cum propo-
 fito confitendi Conscientiam examinanti, se-
 rióque de peccatis meis dolenti non occurrit,
 at hodie ante Confessionem occurrit aliquid
 peccatum mortale: an non erit necessarius
 novus Dolor? (consultissimum enim esse, an-
 tea novi.) Resp. Si heri in tuo examine do-
 luroso, non deprehendisti nisi venialia, & pro-
 inde non doluisti de illis nisi communi modo,
 quo dolere solemus de venialibus, erit sanè,
 (probabiliter dicit Gobat n. 161.) hodiè ne-
 cessarius novus dolor. Nam Dolor de veniali-
 bus solis communiter non extendit se ad mor-
 talia: at verò si in isto examine occurrebat
 tibi unum, vel plura mortalia præter istud
 unum oblitum, sicque doluisti, de illis occur-
 rentibus sub motivo communi omnibus mor-
 talibus detestandis, v. g. quòd iis gratiâ DEI
 excideris, infernum merueris, aut etiam ex-
 tensè doluisti de omnibus peccatis tuis, quibus
 DEUM quomodocúmque offendisti: juxta di-
 cta *sect. prac. q. 2. s. 3.* jam hodie ante Con-
 fessionem non erit tibi necessarius novus Do-
 lor, quia Dolor pridianus jam extenderat se
 ad illud aliud peccatum heri oblitum. Eadém-
 que ratione *mor s. 4.* dicemus, non requiri no-
 vum Dolorem de peccato ante absolutionem
 oblito, & post absolutionem recurrente. Ita
 contra Graphiis & Reginaldum, Gobat.
num. 164.

§. III.

Dolor non necessario præmittitur Confessione, sed etiam postponi potest: &c.

292 ¶ Ta communis DD. Suarez, Vasquez, Bonacina, Filliucius, aliisque citatis Lugo *disp.* 14. *sect.* 4. Dicastillus *d.* 6. *dub.* 9. Tamburinus *de Confess.* l. 1. c. 2. §. 4. Gobat. n. 149. Contra Coninck *disp.* 4. *sect.* 6. & Layman. l. 5. *tract.* 6. c. 4. n. 4. docentes dolorem debere necessario præcedere Confessionem ex duplici capite. 1. Quia alias non erit Confessio & Accusatio Sacramentalis, sed nuda narratio. 2. Quia alias Dolor subsequens non erit sensibilis, seu perceptibilis Sacramenti, cum per solam Confessionem, peccatorum sensibilis fiat. Sed neutrum urget. Nam contra, licet nullus plane Dolor præcedat Confessionem, nihilominus ea habebit rationem veræ accusationis Sacramentalis, & manifestabitur sufficienter Dolor sequens: imò dolor sequens manifestatus efficit Confessionem, & Accusationem Sacramentalem, etsi antea non fuisset: uti breviter ostendo, eoque ipso sententiam nostram probò.

293 I. Absque Dolorè prævio potest esse Confessio, seu Accusatio Sacramentalis: nam possumus, & certè solemus in confessionali enarrare peccata nostra in ordine ad absolutionem obtinendam, ideoque cum virtuali saltem intentione Doloris eliciendi, cum sciamus sine Dolorè invalidam fore absolutionem: etiamsi nul-

nullus adhuc actualis Dolor vel Pudor habetur: quis hoc neget? atqui talis narratio peccatorum, etsi nondum sit Confessio formaliter dolorosa & materia proxima absolutionis, est tamen jam Confessio, ac Accusatio Sacramentalis, ita ut peccata sic narrata verè cadant sub sigillum Confessionis Sacramentalis, etsi deinceps ob defectum: Doloris, propositi, &c. absolutio non sequatur: secundum omnes Theologos: ergo absque prævio Dolorè potest haberi Confessio & Accusatio Sacramentalis. Jam ulterius.

II. Positâ tali Accusatione Sacramentali²⁹⁴ sufficienter manifestabitur, & sensibilis fiet Dolor postea elicitus. Nam post narrationem talem peccatorum, quamdiu Pœnitens flectit humiliter expectans sententiam sui Judicis, tamdiu perseverat in facta prius Confessione, eamque ipso facto continuat, atque implicite dicit: *Ita mi Pater omnino est: feci omnia, quæ dixi, peccato supplex eorum absolutionem, pœnitentiamque* (idque maximè si ita etiam expressè loquatur) eaque sic continuata, & quasi confirmata Confessio durat tamdiu, donec feratur sententia: ergo si post narrationem peccatorum ante latam sententiam eliciatur verus Dolor, is per hanc sic sensibiliber continuatam Confessionem, verè fiet sensibilis & sufficientissimè manifestabitur Confessario Judici, & insuper vicissim Dolor tunc elicitus Confessionem factam, & sic moraliter continuatam red-
dit

dit sensibilem actu, & formaliter dolorosam, adeoque constituet plenam materiam proximam absolutionis, & Sacramenti Pœnitentiæ. Quid hic amplius requirere jure, vel ratione potes? Insuper

295 III. Etiam si narratio peccatorum præcedens, omnino non fuisset vera Confessio & accusatio Sacramentalis (prout reverâ sapè fieri potest) tamen Dolor postea elicitus, manifestatus & ad præcedentem peccatorum narrationem relatus, adhuc eam constituet, & efficiet veram Confessionem, & Accusationem Sacramentalem dolorosam, & materiam proximam Sacramenti Pœnitentiæ, & absolutionis Sacramentalis. Ita DD. omnes initiò allegati. Labet unum & alterum audire in terminis loquentem. Suarez *disp. 20. n. 31.* sic loquitur: Licet peccatorum narratio, quatenus tempore antecessit Contritionem, non habuerit consuetam rationem accusationis, tamen quatenus postea informatur per sequentem Contritionem, & ut sic informata subjicitur clavibus ab ipsomet Pœnitente postulante, vel expectante absolutionem, sufficienter consummatur in ratione accusationis Sacramentalis. Sic iste. Dicastillus *cit. dub. n. 9. n. 135.* sic scribit: si priùs historicè, aut etiam vanè, & ridiculè explicuit quis Sacerdoti seriem, & species peccatorum suorum, si tamen postea aliquâ ratione sufficienter explicet, velle illa subjicere absolutioni, ista ultima explicatio, quâ id significat, cum do-

Dolore conjuncta sufficit, ut illa prior Confessio possit servire ad absolutionem. Hæc *Dicastillus* minimè dubitans, quin *Pater Coninck* & omnes ejus asseclæ sint in hoc consensuri: certè apertissimè consentit *Layman cit.* ad suam mentem recitans verba *Suarez* paulò antè descripta. Et ratio est: quia Dolor verus subsequens moraliter retrotrahitur ad confessionem, seu narrationem materialem antea factam: eamque velut repetit & reproducit, & moraliter præsentem facit, eamque elevat, ut jam verè Sacramentalis, accusativa, & dolorosa fiat, & peccata antea narrata absolutioni Sacramentali subiciat: sicque Pœnitentem ad Absolutionis effectum disponat. Et hinc:

IV. Dixi initiò: *Dummodo ad eam referatur, eamque informet.* Necessarium semper est, ut Pœnitens Dolorem suum post Confessionem elicitum, non tantùm interiùs ad peccata jam confessa referat, reflectat, & applicet, sed etiam exterius signò aliquò sensibilibiter manifestet: & consultissimum foret, ipsam Confessionem verbò repetere, v.g. dicendò: *Doleo de peccatis jam expositis, & omnibus aliis, prout passim facere solemus.* Omnes citati, & clarè nobis consentiens *Layman. cit. n. 4.* ita concludens. Ad hoc verò omninò necessarium est, ut Dolor animi post peccatorum narrationem habitus externo aliquo signo declaretur, saltem humiliandò se coram Sacerdote, & Absolutionem petendò, seu expectandò. Tale enim signum rela-

tum ad peccata antè explicata, à quibus pœnitens absolutionem petit, veram rationem Sacramentalis Confessionis habet. Ut autem certior sit absolutio à peccatis, solent prudentes Confessarii, si de pœnitentis interna dispositione dubitent, excitare eum ad Dolorem de peccatis paulò antè narratis tum concipiendum, tum ore profitendum, postea verò desideratam ipsi absolutionem conferunt: Sic Layman, id ipsum quod nos. Quare adverte obiter, utramque istam sententiam optimè conciliari, & simul veram esse. Nam quamvis Dolor Contritionis vel Attritionis non debeat necessariò præcedere Confessionem, seu narrationem peccatorum materiale, ut clare demonstratum; debet tamen Dolor iste necessariò naturâ saltem prior esse Confessione formali, quatenùs nimirum accusatio Sacramentalis completa & materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ est. Nam Confessio Sacramentalis completa & materia proxima Sacramenti debet esse essentialiter dolorosa, secundum omnes: at non fit dolorosa formaliter, nisi per dolorem aliquo modo saltem naturâ præcedentem, cùm causa formalis naturâ prior sit effectu formali. Unde quamvis Dolor physicè sequatur Confessionem materiale, tamen naturâ prior est Confessione formali, quatenùs completè Sacramentalis & dolorosa est, quippe moraliter retrotractus ad confessionem seu narrationem materiale peccatorum: ut *N. III. in fine* dictum.

§. IV.

Necessariò habendus ante terminum absolutionis, ac forma essentialis.

Dolor Contritionis, vel Attritionis in Sacra-
 297
 mento Pœnitentiæ: 1. Convenientif-
 simè & tutissimè, imò secundùm communem
 DD. sensum cum Card. de Lugo *cit. n. 48.*
 necessariò eliciendus est ante absolutionem Sa-
 cramentalem inchoatam, cùm in omni iudicio
 cognitio causæ debeat præcedere sententiam,
 adeoque etiam in hoc Sacramentali iudicio Ju-
 dex cognoscere de dispositione pœni-
 tentis per dolorosam Confessionem, antequam
 sententiam ferat. 2. Probabile tamen est,
 sufficere, si eliciatur adhuc sub ipsa prolotione
 sententiæ usque ad ultimum instans prolotionis
 verborum: *Absolvo te, vel Ego te absolvo:*
 (secundùm multos etiam à peccatis tuis, de
 quo suo locò) eò, quòd in illo ultimo in-
 stanti prolotionis verborum primùm confe-
 ratur effectus Sacramentalis, adeoque etiam
 necessariò conferendus, si tunc saltem adsit ma-
 teria proxima & dispositio Pœnitentis. Ita
 post alios *Tamburinus, Raslerus, Gobat. ll. cit.*
 qui tamen prudenter addit: *Sed oro te, ca-*
ve omni modo, ne te redigas ad hasce extremi-
tates. 3. Post ipsam autem absolutionem fini-
 tam, nullum amplius Dolorem sequentem suf-
 ficere ad Sacramentum, apud omnes in confel-

so est. Finita enim absolutione velut sententia judiciali, jam absoluta manet tota actio Sacramentalis hujus Sacramenti: aut ergo valida erat, & nullus amplius Dolor requiritur: aut invalida, & nullus amplius Dolor prodest, nisi in ratione ad novam actionem Sacramentalem, Confessionem, vel Absolutionem. 4. Addidi: *Quoniam & post illam ad aliqua oblita & repetita se extendere possit, ideoque non necessario postea repetendus sit.* Declaro aliquot casibus & bonis Authoribus, sed secundum indulgentiam, non consilium, nedum præceptum.

- 298 I. Quando in Confessione oblitus es alicujus peccati mortalis, illudque paulo post datam absolutionem recordatus confiteris. (Idemque est, si post Absolutionem confitearis aliquod peccatum dubium, unde te Confessarius jubeat repetere aliquod peccatum certum jamjam confessum) etsi consultum, & tutissimum sit etiam renovare Dolorem, non tamen necessarium est, ut de illo habeas novum Dolorem. Post Henriquez, alios, Lugo *disp. 14. sect. 3.* Dicastillus *d. 6. dub. 12.* alii communiter contra Joannem Sanchez. Ratio est: quia Dolor præcedens, extendebat se: certè debebat se extendere ad omnia tua mortalia confessa & oblita (juxta dicta *sect. præc. q. 2. §. 3.*) ac ideo etiam extendit se ad novam Confessionem, ejusmodi peccati obliti vel repetiti post priorem Confessionem faciendam, etiam aliquanto tempore postea: & certè tanto: quanto ipse dolor pote-

rat præcedere primam Confessionem, v. g. aliquot horis, vel etiam uno die, juxta dicta §. 2. ut si hodie confitearis nihil aliud, quàm peccatum, quod heri, vel etiam nudius tertius confiteri oblitus es. Lugo, & Dicastillus *citt.* apud Gobat. n. 68.

II. Si hodie confitearis tua peccata mortalia cum debito Dolore, & cras iterum eadem, nullo alio adjuncto, confitearis, etiam non fore cras necessarium novum Dolorem, sed sufficere pridianum Dolorem, adhuc virtualiter in hac Confessione hodierna durantem, omnino probabiliter, saltem speculativè, docent multi Recent. Tamburinus *opusc. Confess. l. I. c. 2. §. 1.* & satis apertè Lugo, & Dicastillus citati, quatenus absolutè docent unum actum Doloris posse esse formam duarum Confessionum in quarum posteriori nihil aliud aperitur, quàm in priori. Negat id idem Joannes Sanchez, & Diana apud Dicastillum n. 166. Et practicè etiam nobis displicuit *suprà c. I. à n. 48.* qualiter peccata jam semel legitimè confessa, sint materia sufficiens hujus Sacramenti.

III. Hoc certius. Si propter instans mortis periculum dedisti alicui Absolutionem, antequam omnia peccata confiteatur: potes ab aliis, quæ postea narrabit, absolvere, tametsi novum Dolorem de reliquis non eliciat: quia tunc Dolor præcedens patenter se virtualiter extendit ad reliqua peccata, quæ jam tunc confiteri vellet, si posset, & moraliter censetur eadem esse

se Confessio. Idem censet Lugo *cit. n. 27.* in casu, quo Superiori cum debito Dolore es confessus sola reservata, & adeptus eorum Absolutionem, postea inferiori Confessario confitearis reliqua peccata tua non reservata, cum iisdem reservatis, opus tibi non fore novo Dolore propter eandem rationem. Sed de hoc casu alibi suô locô.

301 IV. Si hodie cœpisti facere Confessionem cum vero universali Dolore, sed absolvere nequivisti, non tantum non erit crastina die, quando jam absolves, opus ullo novo Dolore, sed si fortè de noctu tactus apoplexiâ nequeas dare ullum signum Doloris, post unum, tres, sex dies, absolvere debet, qui exceperat partem Confessionis, imò poterit, inque defectu illius prioris debet alius, qui scit te heri auspicatum esse tam sanctum Opus. Quia generatim Catholicus moribundus, etiam privatus omnibus sensibus debet absolvi, modò constet dedisse aliquod signum Pœnitentiæ directæ ad Confessionem, ut videbitur suô locô. Nec obstat, quòd tu cœperis confiteri alteri, ideòque non habueris Intentionem accipiendi absolutionem ab aliquo altero: Nam illud tuum particulare factum nihil derogavit generali omnium Christianorum intentioni accipiendi à quocunque tandem Sacerdote absolutionem in tali articulo Communis, & certa.

Se
C
D
C
Qual
hoc
303. Pra
305. No
306. Qu
308. II.
309. Qu
310. No
par
amp
311. No
ria.
312. III.
313. IV. B
prati
316. Per
ad n

N
Ost
rem
ad fra

SECTIO IV.

De proposito requisito ad
Contritionem, & Sacramen-
tum Pœnitentiæ.

QUÆSTIO II.

Quale propositum requiritur ad
hoc Sacramentum valide, & licitè
suscipiendum?

SUMMARIUM.

303. *Propositum debet esse I. Absolutum,*
305. *Nec sufficit velleitas conditionata,*
306. *Quidquid contendant alii.*
308. *II. Firmum,*
309. *Quâ firmitate?*
310. *Non requiritur credulitas vel persuasio certa ex
parte intellectus, ut quis certè credat, se non
amplius peccaturum.*
311. *Nec etiam requiritur promissio nova obligato-
ria.*
312. *III. Universale, &*
313. *IV. Efficax. 314. Corollaria, & 315. Applicatio
practica.*
316. *Per se regulariter formale, & expressum. Usque
ad n. 320.*

ASSERTIO.

Non tantùm ad effectum, sed etiam ad valo- 302
rem Sacramenti, seu tam ad validam, quàm
ad fructuosam susceptionem Sacramenti Pœni-
tentia

rentia requiritur propositum absolutum firmum, universale & efficax, & per se regulariter formale & expressum non peccandi de cetero mortaliter. Tota communissima, ut patebit explicandò particulatim.

§. I.

Requiritur Propositum absolutum.

303. **S**eu Volitio absoluta, quâ Pœnitens absolute, & simpliciter vult ac statuit de cetero non peccare mortaliter, sic ut omnem affectum actualem ad ullum peccatum mortale in futurum excludat, requiritur saltem *aa effectum, & fructuosam susceptionem Sacramenti Pœnitentia:* & minimè sufficit volitio conditionata inefficax, seu simplex velleitas non peccandi, aut nolleitas peccandi de cetero: v. g. dicendò: *Vellem quidem non peccare, seu nollem peccare de cetero, quia DEO displicet &c. sed quia ita delectat, quia ita utile est, quia ita asuevi, non possum hoc, vel illud peccatum deinceps ejurare, & omnino evitare &c.* Certissimum apud omnes, maximè post Concilium Tridentinum mox infrà allegandum.

304 Ratio clarissima est. Quia ad remissionem peccatorum, seu justificationem sive extra, sive cum Sacramento Pœnitentiæ acquirendam, sinè dubio requiritur, ut homo se perfectè avertat à peccato, & ad DEUM convertat: atqui

nec

nec perfectè se avertit à peccato, nec ad DEUM se convertit, nisi & peccata præterita simpliciter & absolutè detestetur, & simpliciter absolute voluntatem peccandi de cætero excludat per absolutum de cætero non peccandi propositum: velleitas autem illa minimè excludit, sed stat cum actuali effectu, ac voluntate peccandi in futurum; ideòque Justificationi ac reconciliationi cum DEO simpliciter repugnat: ergo ad effectum, & fructuosè saltem suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ requiritur tale propositum absolutum, firmum, efficax, & non sufficit illa pigra, semivolens, seminolensque velleitas, seu volitio conditionata.

II. Etiam ad valorem, seu validè suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ, requiritur tale propositum absolutum, & non sufficit talis velleitas, seu volitio conditionata: sic, ut aliter non solum non licitè & fructuosè, sed nec validè absolvi possit Pœnitens. Communissima Recentiorum, meique omnes. Ratio est: quia Concilium Trident. *sess. 14. c. 5.* agens de Contritione, ut est pars materialis Sacramenti Pœnitentiæ utique non tantum fructuosè, sed etiam validè conferendi, Contritionem in genere definit esse Dolorem animi, & detestationem peccati, cum proposito non peccandi de cætero: & insuper in specie dicit Attritionem cum Sacramento sufficere ad justificationem, si voluntatem peccandi excludat: atqui voluntas peccandi non excluditur, nisi per pro-

positum absolutum non peccandi de cætero, ininimè verò per ejusmodi velleitatem, quipè quæ stare possit cum actuali affectu & voluntate peccandi mortaliter. Et hinc ratio est: quia cum ejusmodi velleitas sit nimis imperfecta averfio à peccato & conversio ad DEUM; quipè potens stare cum absoluta voluntate peccandi, non est credibile, nec rationabile ex institutione Christi sufficere ad valorem Sacramenti tanquam partem essentialem, vel materialem.

306 III. Certissimum ergo est, Pœnitentem cum tali inefficaci velleitate tantum non posse fructuosè absolvi. Ad validam tamen absolutionem, validèque suscipiendum Sacramentum Pœnitentiæ sufficere quamcunque displicentiam peccati cum velleitate non peccandi, docuerunt gravissimi DD. antiqui, maximè Thomistæ, *Victoria, Ledesma, Canus, Cajetanus, Sylvester, Covarruvias*, alii apud Suarez *d. 20. sect. 4. Tannerum q. 6. dub. 4.* Hæc autem velleitas ita perfectè explicari debet: *Ego quidem jam non habeo voluntatem peccandi mortaliter & DEUM offendendi, imò omnino vellem, ut nunquam offenderem DEUM, sed quia non possum desistere, vel tam agrè desisto à voluptate, cui a deo assuetus & immersus sum, à tali injusto lucro, à vindicanda injuria mihi illata: ideoque nequeo in me excitare absolutam voluntatem, tale quid nunquam amplius committendū: non possum ab-*
solv-

soluè, & sine mendacio dicere: Propono, statuo, decerno firmiter non admittere ullum crimen mortale, non offendere DEUM mortaliter: nominatim hoc, vel illo peccato &c. itaque tota hæc velleitas resolvitur in hanc voluntatem conditionatam: vellem non peccare amplius, si mihi meo iudicio possibile; vel, nisi mihi adeò difficile & molestum esset.

IV. Insuper certissimum est, & apud hos³⁰⁷ etiam DD. in confesso, talem velleium poenitentem per se loquendò, non posse licitè absolvi, cum non sit administrandum Sacramentum ullum indisposito, & incapaci fructus Sacramentalis ac principalis, scilicet gratiæ; quia tamen per accidens in certis circumstantiis fas est Sacramentum conferre indigno, ut suò locò videbitur; ideo etiam in proposito possent occurrere tales circumstantiæ, quibus fas esset talem velleium absolvere, absolutione futurâ informi quidem & infructuosâ, attamen non invalidâ, nec formâ falsâ, sensus enim erit: absolvo te à peccatis tuis, quantum est ex parte Sacramenti, de quo alibi suo loco. Et quia hanc Sententiam referentes neque doctissimi Suarez, Vasquez, Lugo, ullâ censurâ, notant, quin noviter eam secutus est Thomas Hurtadus apud Gobat. n. 187. ideò ob tantorum illorum DD. auctoritatem videri posset non adigendus saltem ad repetendam Confessionem is, qui cum tali velleitate est confessus, modò putaverit talem velleitatem sufficere, vel

si non putavit sufficere, illam sit confessus, neque tunc habuerit formale propositum peccandi mortaliter: quin etiam videri posset in aliquo, licet rarissimo casu, talis velleista absolvi posse: sed hæc videri possint, secluso Concilio Tridentinò, hòc autem in proprietate verborum attentò suprà *N. II.* mihi videri non possunt.

§. II.

Propositum firmum.

3081. **P**ropositum non peccandi de cætero debet esse firmum, utique non semper firmitate eventus futuri, sed firmitate voluntatis præsentis tantum, ut nimirum, quamdiu propositum manet in animo, tamdiu nequeat homo scienter admittre ullum peccatum mortale. Unde ex eo, quòd post propositum habitum postea relapsus sis frequenter in idem peccatum mortale, non necessariò inferes te non habuisse Propositum firmum: sed ex eo, quòd stante tuo proposito ac voluntate præsentis non peccandi de cætero, fueris ita dispositus, ut si tunc oblata fuisset Occasio patrandi aliquod peccatum mortale, fueris, vel non fueris eam amplexurus. Si enim durante illo proposito fuisses illam facile, vel certò amplexurus, liquidum erit tuum propositum non fuisse firmum; si autem durante isto statu voluntatis, fuisses illam occasionem execraturus, certus sis, tuum propositum fuisse firmum, quidquid jam &

& deinceps facturus sis, & consequenter tunc ratione propositi fuisses sufficienter dispositus ad Absolutionem: quod valde nota propter varios serupulos emergentes.

II. Propositum quoad voluntatem præsentem non peccandi de cætero adeò firmum esse³⁰⁹ necesse est, ut quis nullius mali metu, nullius boni amore velit imposterùm peccare mortaliter: alioquin illud malum, v. g. mors, plùs timeretur; & illud bonum, v. g. vita, voluptas, lucrum, pluris fieret, & æstimaretur, quàm ipse DEUS, quod utique est infandum. Quare neganda est Absolutio cuicumque, qui non est actualiter, vel virtualiter ita dispositus, ut malit quodvis malum perpeti, quovis bono vel lucro carere generatim, quàm crimine lethali offendere DEUM. Navarrus c. 1. n. 7. Communis DD. *generatim* dico, & *in confuso*. Cavendum enim est Confessario, ne poenitenti proponat in particulari mala valde acerba, ut jam *suprà* n. 105. De Dolore summo requisito monui. Nam fieri potest, ut quis generaliter velit omnia perferre mala, quàm admittere noxam infernò dignam; nolit tamen hoc, aut illud speciale malum potius portare, quàm hoc peccatum vitare, v. g. non sumere vindictam de improbo læfore honoris: idque ideo, quòd sicut jucunda potentiùs nos movent, quando speciatim proponuntur, sic etiam terribilia speciatim proposita majorem nobis hororem incutiunt, & consequenter à bono eis contrario avertunt,

quàm quando de illis generatim fit mentio. Quare prudentes Confessarii in particulari non solent quoad propositum plùs interrogare, quàm sitne Pœnitens paratus mori potiùs, quàm deliberatè relabi mortaliter. Quòd si pœnitens nutet, aut etiam dicat se dubitare, quid facturus esset, si vel peccandum, aut hoc, vel illud genus mali subeundum esset: si quidem illa dubitatio sit in solo intellectu, & nondum ullatenùs in voluntatem redundet (juxta mox dicenda *n. seq.*) absolvendus erit: si verò dubitatio illa in voluntatem redundet, ut scilicet quis deliberatè dubitet, an malit in ejusmodi eventu parere DEO, vel diabolo, homo ille pessimè erit dispositus, nec absolute dignus. Quare talis vel debet se absolute resolvere, quòd mallet potiùs subire id mali, quàm irritate Numen, vel saltem dicat intrà se: Si hoc evenerit, habeo jam animum faciendi id, quod bonum Christianum decebit, quod DEUS exiget, &c.

- 310 III. Propositum firmum voluntatis tantùm non peccandi de cætero requiritur, non item necessariò credulitas, vel persuasio certa ex parte intellectùs, ut nimirùm Pœnitens certò credat, vel animò sibi persuadeat, se non amplius peccaturum, aut hoc vel illud peccatum non amplius patratuum, ut notant DD. communiter nominatim Valentia *hic disp. 7. q. 11. p. 2.* Layman *c. 4. n. 8.* Ratio est: Quid propositum, vel proponere, est actus voluntatis;

cre-

credulitas verò, seu existimare ac credere, se facturum, quod voluntas proposuit, est actus intellectûs, qui, ob cognitam humanæ voluntatis mutabilitatem, ex illo proposito non necessariò consequitur. Potest enim quis verè dolere, & detestari peccatum, ac verè & absolutè proponere se de cætero non peccaturum, seu firmum propositum ac sufficiens concipere abstinendi impostèrùm: tamen si valde timeat, aut etiam existimet, imò certò credat se ob expertam voluntatis suæ inconstantiam, & fragilitatem suam, denuò relapsurum, non omnia peccata mortalia, vel hoc certum peccati genus non evitaturum. Unde si Pœnitens dicat: *Omniño quidem doleo, ac firmiter propono impostèrum abstinere, interim tamen scio, iterum faciam, iterum labar, jam toties expertus, &c.* is tanquam bene dispositus, præmissâ confirmatione, ac consolatione debitâ, absolvendus est. Quia sensus verbi, *iterum faciam*, est tantùm indicativus, seu enuntiativus ex parte intellectûs. Secus, si sensus esset optativus, seu volitivus ex parte voluntatis, significans scilicet actualem aliquem affectum voluntatis ad peccatum in futuro, quod valde notandum. Cæterùm, si Pœnitens spectatâ suâ fragilitate, inveteratâ pravâ consuetudine, omnino impossibile judicet, ut de cætero ab aliquo, vel aliquibus peccatis mortalibus abstineat, induendus efficaciter erit à Confessario, & attentâ Divinæ gratiæ efficacîâ, omnino sibi persuadere debet, non esse impossibile,

sibile, atque in Divina gratia sola, non in se confusus, firmum Propositum concipere de cætero abstinendi, dicens cum Apostolo: *Omnia possum in eo, qui me confortat: Christus, non ego, sed gratia DEI mecum. Ego nihil, sed cum DEO omnipotente omnia. Ego & DEUS omnipotentes sumus.* Quod si hoc facere nequeat, vel potius nolit, cum reverà possit, jam tanquam verà Contritioni destitutus, de gratia DEI desperabundus, adeoque ad justificationem & Sacramentum indispositus absolvi non poterit ex propria sua culpa.

- 311 IV. Propositum firmum voluntatis tantum, non peccandi de cætero requiritur, non etiam promissio nova obligatoria secundum omnes. Sufficit enim ad justificationem, & reconciliationem cum DEO voluntas seriva servandi mandata ejus, nullâ lege requiritur nova obligatio. Quin optimè notat Sanchez l. I. de Moral. de voto c. I. n. 31. Quando Pœnitentes, ut sæpe solent, promittunt Confessario se hoc, vel illud genus peccati non amplius commissuros, hanc promissionem non solum non esse votum, cum non dirigatur ad DEUM, sed neque obligare sub distincto reatu ad non relabendum: quia nimirum solum proponunt deinceps legem DEI servare non novam sibi obligationem imponere. Audivi, & audies subinde unum & alterum expressè dicere: Promitto DEO in posterum abstinere ab hoc peccato, non statim crede, eos emisisse votum obligans sub mortali: sed

sed quare prius, an sciant oriri ex ejusmodi verbis deliberatè prolatis talem obligationem, & ex responso judica. Quare meritò monet Layman *supra* n. 8. Non rectè agere Confessarium, si pœnitentem suum adigat ad specialem promissionem, vel etiam juramentum de hoc vel illo peccato impostèrùm non patrandò, præterquam in raro casu, ut ob nimium frequentes relapsus contra toties iterata propòsità; de quo *q. seq.* aut si peccatum Communitati valde perniciosum sit, v. g. proditiõis, posset tunc imperari Pœnitenti, ut ante absolutionem juratus promittat, se tale peccatum non patraturum; si id medium opportunum judicet Confessarius ad absterrendum hominem à crimine admodum pernicioso, quâ etiam ratione ante absolutionem ab excommunicatione exigì solet juramentum de parendo impostèrùm Ecclesiæ, Sic Layman.

§. III.

Universale, & efficax.

I. **P**roposìtum non peccandi de cæterò; mortaliter, sinè dubio debet esse universale, & se extendere ad omnia mortalia impostèrùm evitanda, juxta omnia dicta *suprà* sect. I. *q. 2. §. 3.* De dolore universali respectu mortalium necessario requisito ad justificationem extra, & intra Sacramentum. Non enim potest esse Dolor supernaturalis efficax, & universalis respectu

actu mortalium commissorum, nisi etiam sit efficax & universalis respectu omnium mortalium committendorum imposterum, idque vel explicitè, vel saltem implicitè, juxta ibidem explicata. Quare propositum etiam universale habere censebis, quando tuum propositum expressè quidem formas de uno solo, at formas sub motivo communi cæteris peccatis tuis: aut si Reus quinque peccatorum mortalium, dicas sincerè: Moriar potius, quàm admittam imposterum ul- lum ex his quinque peccatis, dummodò non habeas vigentem affectum erga unum aliud. Gobat n. 193.

313 II. Propositum non peccandi de cætero debet esse *efficax*, ita, ut dum tale Propositum voluntatis actu durat, homo re ipsâ moveatur ad omnem adhibendam operam & media necessaria ad evitandum imposterum peccata, & specialiter ad amovendas, & fugiendas occasiones proximas peccatorum mortalium, ad satisfaciendum vel restituendum pro injuriis vel damnis illatis, ad remittendam ex animo offensam, &c. *Omnes*. Ratio clara est: Quia intentio finis, si absoluta & firma sit, statim movere debet ad quærenda & amplectenda media necessaria: atqui ad evitandum imposterum peccata necessarium medium est, fugere & amovere occasiones peccandi, saltem proximas (juxta illud Proverb. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo: & Matth. 18. Si manus tua, vel pes tuus scandalizet te, abscinde eum, & projice abs te, &c.*

Item-

Itémque satisfacere, restituere, offensam remittere: alioquin enim vel peccatum prius continuabitur, vel de novo inchoatur: sicque semper homo erit indispositus ad justificationem: ergo, &c. Et hinc

III. Qui non vult occasiones peccatorum relinquere, non satisfacere, vel restituere, quibus debet, non remittere ex animo offensam, non potest absolvi, ne quidem in articulo mortis. *Omnes.* Ratio clara est: Quia talis nullo modo est verè Pœnitens, nec attritus quidem, neque enim est Dolor absolutus & efficaciæ, quippe cum quo stat adhuc affectus actualis ad peccatum, cuius occasiones relinquere non vult; imò ipsum peccatum iniustitiæ, inimicitæ, & consequenter nec perfectè avertit se à peccato, neque ad DEUM convertit: ergo simpliciter incapax absolutionis, quæ proinde ei, etiam in articulo mortis neganda erit, omnibus tamen prius tentatis. Quoad occasiones peccatorum, & recidivas evitandas (res frequentissimæ praxis, & maximè operosa Confessarii) necessariò pluribus agendum est seorsim *q. seq.* Quoad satisfactiones autem, & remissiones offensarum praxis solet esse difficilis, maximè in articulo mortis, loco paradigmatis pono unicum casum, cum resolutione practica Confessarii, ad cuius Exemplar discat practicare & in cæteris.

IV. Titius gravi injuriâ affectus à Sempromio, quærit omnes ulciscendi modos, & cor-
ripi-

ripitur morbo lethali : confitetur inter cætera iram gravissimam, & inflexibile propositum se vindicandi, tandem urgente Confessario, ait se ignoscere Hosti, si moriturus sit : si autem rursus convaluerit, se omnino par pari redditurum. Nec potuit ullâ ratione adduci à Sacerdote, ut simpliciter ignosceret. Quid cum tali Pœnitente tu ages Confessarie? Omnia utique tibi tentanda erunt. 1. Rotundè dices non posse te ipsi impertire Absolutionem, & proinde illum tam certò, quàm certò Christus pro ipso & toto mundo mortuus est, æternùm damnandum, æternisque suppliciis cum furibus & latronibus, ipsisque Christi Crucifixoribus excarnificandum, &c. 2. Efficaces Scripturæ sententias inculcabis, præsertim fulminatricem illam Christi sententiam : Matth. 18. *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris, &c.* Item illam Eccl. 28. *Homo homini reservat iram, & à DEO quarit medelam : In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis deprecatur. Ipse, cùm caro sit, reservat iram, & propitiationem petit à DEO. Quis exorabit pro delictis ipsius?* Si hæc & similia non proficiant. 3. Debes denique in genua provolutus accedere ad pedes indurati, exhibere ipsi imaginem Crucifixi, atque obtestari per innocentes Christi plagas, per Coronam spineam, per Sanguinem, &c. ut si non hosti, saltem ipsi Christo remittat, & condonet

donet injuriam, &c. prout fecerunt fervidi Confessarii diverſarum Religionum, idque plerumque cum optato effectu. 4. Debes denique & tu hos imitari, etiam sub peccato, si speres animum obdurati expugnari posse: Quia quilibet tenetur etiam cum suo incommodo aliquo succurrere proximo versanti in præſenti periculo æternæ damnationis, saltem ex fragilitate humana potiùs; quàm ex malitia deliberata: est autem etiam vehemens passio iracundiæ, ac vindictæ, maxima fragilitas humana: ergo, &c.

§. IV.

Per se regulariter formale, expressum, &c.

I. **A**D Contritionem etiam perfectam extra, ¹⁶ vel intra Sacramentum justificativam per se universaliter necessariò non requiritur formale, expressum propositum de cæterò non peccandi mortaliter, sed sufficere potest etiam propositum virtuale in ipsa vera contritione formali semper inclusum (eò ipso enim, quo feridè detestans peccata præterita ad abolendam offensam DEI, ejusque amicitiam reconciliandam, hoc ipso virtualiter & implicite fugit, & excludit peccata futura, quæ æquè sunt offensa DEI, ejusque amicitia destructiva.) Ita communis DD. cum Navarro *M. c. 1. n. 6.* Layman *hic Tract. 6. c. 4. n. 6.* & latè Dicastillo *d. 2. dub. 5.* Ratio est: quia potest à peccatore elici vé-

ra Contritio formalis absque actuali, formali expresso Proposito non peccandi de cætero: idque non tantum physicè, cum sint actus distincti realiter, separabiliter, & à potentia libera eligendi, sed etiam practicè defacto; quando scilicet non occurrit cogitatio de tali Proposito formando, de vita imposterum instituenda, aut peccatis emendandis, prout sæpius contingere potest, tum in articulo mortis, de quo infra iterum; tum aliàs, ut dum quis angustiam temporis premitur, vel vehementiam Doloris absorbetur, aut etiam amore in DEUM abripitur, ut tunc, etiam tempore absolutionis, de futura vita emendanda, peccatis vitandis nihil cogitet, nec consequenter aliquid actu proponat. Atqui omnis vera supernaturalis Contritio est sufficiens dispositio ad justificationem; perfecta quidem se solam, imperfecta autem seu attritio cum Sacramento suscepto, juxta hætenus latè dicta: ergo ad Contritionem extra, vel intrà Sacramentum justificativam per se universaliter necessariò non requiritur formale expressum Propositum non peccandi, sed sufficere potest simplex actus detestationis peccati cum virtuali incluso Proposito. Certè 2. Reg. 12. Davidi contrito dicenti: *Peccavi Domino*: statim dicitur: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*: nullam factam mentionem Propositi de cætero non peccandi: Ipsumque Concilium Trident. *sess. 14. c. 4.* assignans conditiones attritionis unam cum Sacramento sufficien-

ficientis ad justificationem per modum dispositionis, nihil dicit de proposito formali; insinuans nimirum sufficere Propositum virtuale in vera attritione necessariò involutum: cum nemo velit committere, quod ei serio displicet: adeòque omnis, qui serio & ex corde dicit: displicet mihi peccatum, etiam dicit implicitè, se nolle amplius committere, quod adeò displicet.

II. Ad Contritionem formalem etiam per 317
 sectam extra Sacramentum justificativam per se regulariter requiritur Propositum formale expressum de cætero non peccandi mortaliter. Communissima DD. apud citatos omnes. Layman n. 6. Lugo disp. 5. num 97. Sumitur ex Scriptura, & Sanctis Patribus passim ad Pœnitentiam requirentibus novam vitam, nimirum in Voto & Proposito, adeò ut DD. Gregorius, & Ambrosius definiant Pœnitentiam esse *peccata præterita plangere, & plangenda non committere*. Ipsumque Concilium Trident. cit. sess. 14. c. 4. Contritionem generatim definit esse dolorem, & detestationem peccati *cum Proposito non peccandi de cætero*. Et ratio clara est. Quia quicumque verè dolèt, & conteritur de peccatis præteritis semper ita est dispositus, ut si subeat mentem cogitatio de vita futura, infallibiliter eliciat actuale, & formale Propositum de cætero non peccandi, & offendendi DEUM mortaliter, cum motivum ac finis, cujusque veteris Contritionis, scilicet abolitio offensæ DEI

& ejus amicitia reconciliatio æquè moveat ad detestationem præteritorum, & fugam futurorum peccatorum, & hoc utrumque ad eum finem æquè sit necessarium: alioquin certè non censetur verè, & seriò dolere de offensa DEI, qui cogitans de futuro, non actu proponeret etiam in futurum vitare offensam DEI. At tu verè contritum ob DEUM summum bonum offensum: vel verè attritum ob metum inferni, verèque dolentem censeris, qui durante eo Dolore interrogatus, quid in futurum facere statuat, non promptissimè responderet! *Ab! quomodo possum ob hoc motivum seriò antea peccata detestari & plangere, & tam detestanda plangendaque rursus committere velle? Quid de tergiversante judicares? Atqui verè dolens contritus vel attritus de peccatis, recordatur futuræ vitæ: ergo regulariter debet habere actuale Propositum de cætero non peccandi mortaliter: neque video, quomodo reus gravium peccatorum, deque illis seriò dolens possit suspendere actum expressi propositi de cætero illa vitandi, si dolenti occurrat cogitatio de vita longius producenda, maximè occurrentibus tentationibus circa occasiones proximas peccatorum deferendas, alias difficultates superandas, &c. ubi sanè robustò propositò opus est, ne dolor claudicet, vel evanescat, etsi forte habitus sit.*

318 III. Ad contritionem, vel attritionem in Sacramento Poenitentiaë justificativam, quàm maxi-

maximè regulariter requiritur formale, & expressum Propositum de cætero non peccandi mortaliter. Ita DD. citati docent, omnes verò uno ore consulunt. Et ratio clara est. Quia in Sacramento Pœnitentiæ tam Pœnitens, quam Confessarius debet esse formaliter certus de sufficienti dispositione Pœnitentis ad licitam, & fructuosam susceptionem Sacramenti & absolutionis Sacramentalis: atqui nisi Pœnitens, mortalium reus actuale & formale Propositum de cætero abstinendi à mortalibus concipiat, ac Confessario manifestet, regulariter vix unquam, neque ipse Pœnitens, minùs Confessarius erit satis securus de sufficienti dispositione, præsertim verò de supernaturali & efficaci Dolore; ut jam indicatum: unde rectissime concludit Layman *cit. n. 6.* Quare rectè agunt Confessarii, quòd tale Propositum à Confitentibus exigant, eòsque alià ratione absolvere nolint; quia nisi Pœnitens absolutum Propositum concipiat ab omnibus peccatis mortalibus abstinendi, signum est, ejus Dolorem generalem non esse, neque ad omnia peccata se extendentem; ideòque non sufficientem dispositionem, ad gratiam Sacramenti accipiendam. Quà ratione conciliari possunt Doctores, quorum aliqui ad justificationem peccatoris formale Propositum vitandi peccata requirunt; alii verò implicitum, in ipsa peccatorum detestatione inclusum sufficere ajunt. Sic

Layman sapienter. Nihilominus adhuc dixi:
Regulariter. Nam

319 IV. Etiam in Sacramento Pœnitentiæ ad justificationem peccatoris quandoque per accidens, omnium consensu sufficit Propositum implicitum in ipsa attritione inclusum, absque formali expresso Proposito de cætero non peccandi: idque in duplici præcipuè casu. Primus est (utut aliàs sapiùs contingere possit, certè in Sacramento rarissimus) quando Pœnitens Dolori peccatorum præcedentium ita immersus, & absorptus est, ut non occurrat ei cogitatio de futura vita instituenda vel emendanda: adeoque neque de Proposito eliciendo, toto tempore confessionis, & absolutionis. Secundus casus frequentior est, quando jam jam instat mortis inevitabile periculum, & non adest possibilitas reiterandi ultum ex peccatis. Ad quid enim tunc Confessarius hortetur talem hominem ad eliciendum Propositum seu absolutum, seu etiam hypotheticum vel conditionatum, sub conditione impossibili mortis evadendæ, de non iterandis illis peccatis. Quamquam cum Gobat *Casu VIII. n. 207.* non reprehenderem, qui expressè tali diceret: Nonne ita detestaris peccata tua, furta, spurcitas, &c. quas jam mihi manifestasti, ut si DEUS vitam tibi produceret ad multos, vel paucos annos, nunquam esses relapsurus, vel relabi velles in tam fœda, Deoque displicita peccata?

QUÆ-

QUÆSTIO II.

*Quid agendum Confessario cum Pœn-
sente continuo recidivo : seu continuo
redente cum iisdem peccatis
gravibus ?*

SUMMARIUM.

321. *Quid occasio remota.*
 322. *Propinqua, &*
 323. *Proxima ?*
 325. *Quid & qualiter agendum cum recidivis ex occasio-
ne proxima ?*
 328. *Specialiter cum concubinariis ?*
 330. *Quid cum recidivis ex intrinseca tantum fragi-
litate ?*
 333. *Specialiter quoad molliem ?*
 334. *Specialia quoad Propositum vitandi peccata venia-
lia. Usque ad n. 340.*

ANte omnia advertat Confessarius, & inqui-
rat, an frequentati lapsus, & recidivæ, fiant
ex occasione aliqua extrinseca, & proxima: an
verò ex intrinseca fragilitate tantum & deinde
procedat, ut sequitur. Et monet optimè so-
lertissimus Layman. *cit. c. 4. n. 10. §. His
quadam.* Considerandum in hac materia, quo
præcipuè Pœnitens motivo ad frequentes Con-
fessiones accedat. An quia à Domino, Pæ-
dagogo, Præfecto adigitur, aliàs non accessu-
rus. In tali homine magnum periculum est, ne
sit malè dispositus: an solum, quia consue-
tudinem habet octavo quoque die confiten-

di? in tali etiam magnum periculum est, si eandem peccati mortalis speciem sine emendatione sapius afferat: an denique quia dolore & indignatione propter relapsus suos concepta iterum Pœnitentiæ, ac Confessionis suæ remedium quærit? & talis cenferi debet bene dispositus. Sic Layman Casista Germanus.

§. I.

Quasnam occasiones peccatorum necessario devitare debet Pœnitens?

320 **T**enetur Pœnitens proponere, ac deinceps devitare peccatorum mortalium occasiones proximas: ac etiam propinquas, si commodè possit: non item remotas tantum. Certum apud omnes. Explico, sed ordine inverso.

321 I. *Occasio remota* peccandi dicitur, ad quam interdum ex mera peccantis fragilitate, aut libera malitia peccatum sequitur. Et hujusmodi occasio peccandi, ubique est in toto universo. Nihil enim tam bonum & sanctum est, quod non sit, vel possit esse aliquibus occasio peccandi ex sua fragilitate, vel malitia. Et tales occasiones remotas vitare, vel vitandi Propositum minimè necessarium est Pœnitenti, quippe ferè impossibile: alioquin, ut alicubi Apostolus, deberemus ex hoc mundo exire: certò viatores nec in cœlo futuri securi, ut patuit in Angelis apostatis.

322 II. *Occasio propinqua* dicitur, qua sine mag-

na difficultate, & cautela non possumus uti sine peccato: quia nimirum tunc homo non ex mera fragilitate, vel libera malitia, sed vi occasionis induci solet ad peccatum: ut sunt quædam officia, servitia, occupationes: ut militum, mercatorum, cauponum, & sæpe famulorum, & ancillarum, &c. Atque has etiam propinquas occasiones vitare, & vitandi propositum, necessarium est verè Pœnitenti, si tamen absque magna difficultate vel incommodo possit: Secus si non possit. Nam etiam occasio propinqua, & propinquum periculum peccandi mortaliter, non necessitat moraliter ad peccandum, ideoque stare potest cum vero & firmo Proposito non peccandi. Unde absolventi sunt milites, mercatores, famuli, ancillæ, &c. quibus ex officio, negotio, domo &c. imminet propinquum peccandi periculum, quo sæpius peccare solebant, si absque magna difficultate vel damno notabili dimittere nequeant: dummodò seriò proponant peccatum vitare imposterum. Ex communi Layman. c. 4. num. 9.

III. *Occasio proxima* peccandi dicitur illa, ³²³
*in qua creditur, vel credi deberet rationabiliter, perpen-
 sibus omnibus circumstantiis, pœnitentem raro vel nunquam mansurum sine peccato mortali.*
 Ex communi Navarrus cap. 3. num. 5. Layman. ait. alii passim. Ut si homo in libidinem pronus, & jam sæpius lapsus, in domo complicem detineat, &c. Et has tandem occasiones pro-

ximas vitare ac vitandi Propositum, si moraliter possibile sit, simpliciter necessarium est ad veram Pœnitentiam, Contritionem, & Absolutionem Sacramentalem. Ratio clara est. Quia non evitare occasionem proximam peccandi mortaliter, id ipsum per se est peccatum mortale: juxta illud supra allegatum: *Qui amat periculum, peribit in illo.* Atqui ad veram Pœnitentiam requiritur necessariò Propositum vitandi omnia peccata mortalia: ergo etiam istas occasiones proximas peccandi mortaliter.

324 IV. Dixi: *in qua creditur &c.* Tanner hic dist. 6. q. 9. num. 106. addit: *Vel probabile est, te esse lapsurum in peccatum.* Sed non placet. Quando enim solum est probabile, te succubiturum in tali occasione tentationi, certè etiam probabile est, te non succubiturum. Occurrunt enim graves rationes, ob quas vir prudens judicat, te lapsurum in hac occasione: contra verò sint etiam graves rationes aliæ, ob quas alius æquè prudens judicat, te non lapsurum: certè hujus judicium sequendò, sinè nota temeritatis, ob rationabilem causam poteris te committere huic occasioni, certò non commissurus, si scires vel certò crederes, te lapsurum. Quare Confessarius non judicabit esse in occasione proxima peccandi, v. g. se inebriandi, fornicandi, &c. qui in tali loco decies tentatus, succubuit solum ter vel quater: secùs, si octies vel septies, & bis vel ter tantum peccatum

num evitavit, & superior evasit. Quapropter huic, non illi, nolenti hanc occasionem relinquere, neganda erit absolutio. Quia Joannes Caramuel *Theol. Regul. disp. 20. num. 1056.* vult etiam dandam absolutionem illi, qui toties fuit victor, quoties victus, referente & non contradicente P. Gobat *Casu 16. num. 516.* Eâdemque ratione, si sit aliqua domus, aliquis convictus Scholarium, in qua domo omnes ferè ancillæ vel famuli: in quo convictu omnes ferè studiosi hæctenus fecerunt naufragium castitatis, censenda erit ibi esse occasio proxima ruinæ, & nolenti talem domum relinquere sinè urgenti causa, aut adire volenti neganda erit absolutio, juxta mox dicenda. Secus dicendum, si aliqui quidem ibi seducti, & lapsi sunt, plures tamen illæsi evaserunt: quæ omnia consideratis circumstantiis personarum, locorum &c. prudentis Confessarii arbitriò necessariò relinquuntur.

§. II.

Quid agendum cum recideris ex occasione proxima? Et specialiter quoad concubinos.

I. **S**I frequentati lapsus, & recidivæ peccati 25
fiunt ex occasione proxima, Confessarius ab eo exigat expressum & absolutum propositum eandem occasionem, quamprimum poterit, relinquendi: sin minus, absolvi non poterit. Res clara. Quòd si enim Pœnitens
nolite

nolit proponere occasiones de cætero peccandi deferere, fieri aut præsumi non poterit, cum verè peccata præterita detestari, & evitare vel le impostèrum: ideòque tanquam indisposito collatum Sacramentum esset nullum, & tam recipiens, quàm conferens seu absolvens peccaret sacrilegio mortali. Multò magis, quando Pœnitens à Confessario jam semel, & iterùm jussus dimittere talem occasionem, v. g. concubinam domò ejicere, & non fuit executus, cum tamen commodè, absque alio gravi detrimento exequi potuisset, clara satis erit præsumptio: eum in prioribus confessionibus non habuisse verum, firmum, & efficax emendandi Propositum: ideòque jam, etiàm si denuò proponat vel promittat, non est absolvendus, antequam reipsà præstet: & dicendum tali à Confessario: Tu priùs tandem præsta tuum officium debitum, deinde redi, & ego præstabo meum. Ex communi Layman. *cit. num. II.* At dicat Pœnitens: *Juro Reverentia vestra per DEUM verum & vivum, me quamprimùm istam occasionem, domum, concubinam, &c. dimisurum.* Admitterem juramentum, (ait rectè Gobat *cit.*) & absolverem pro ista vice: at certè non alià vice, si rediret perjuri, & relapsus reus. Tandem optimè notat Layman. *l. c.* Neque in his casibus universalem regulam statui debere, cum fieri possit, ut licèt aliàs semel & iterum admonitus concubinam non dimiserit, (restitutionem, satisfactionem, reconcilia-

ciliationem cum inimico &c. non fecerit) nunc tamen evidentiora signa mutatae voluntatis ferrique Propositi præferat, ut ejus promissio acceptari, eique absolutio dari possit. Et insuper

II. Quando Pœnitens gravi necessitate... 326
 ejusmodi occasione peccandi esset adstrictus, ita ut eam aut sine scandalo (quod non rarum in occultis peccatis,) aut sine gravissima vel saltem gravi corporis, famæ, vel fortunæ jactura aut incommodo dimittere, vel devitare non possit, positis certis conditionibus mox infra enumerandis, in ea relinqui ad tempus durantis necessitatis, & à Confessario absolvi poterit. Communissima DD. cum Navarro c. 3. n. 16. Sanchez l. 1. moral. c. 8. Layman. n. 9. meique omnes. Et sumitur Arg. c. Consultationi, de frigidis, & maleficiatis. Ratio est. Quia occasio peccandi in se peccatum non est, sed tantum periculum peccati adfert, neque tamen necessitatem peccandi infert seu libertatem tollit; sed potest cum ea consistere vera detestatio peccati, & absolutum propositum adhibendi operam, ut impofterum peccatum evitetur: ergo quamvis ob periculum adjunctus sit timor vel existimatio voluntatem fortè aliquando imutatum iri: non tamen apparet, cur certum discrimen famæ, honoris, fortunarum, sanitatis &c. non possit excusare tali periculo se relinquentem, vel permittentem: Layman. cit. rectè sic argumentatur. Vel præceptum decli-

declinandi occasiones peccatorum affirmativum est, & tunc manifestè liquet, non obligare in tali necessitate: vel si contendas negativum esse præceptum non adeundi periculum, aut in eo persistendi, tunc respondeo, intelligendum esse præceptum, ne quis ultrò ac voluntariè in peccandi periculum se conjiciat, aut in eo persistat, hic autem mortalem quodammodò necessitatem intervenire. Sic Layman.

- 327 III. Ad hoc autem, ut talis Pœnitens ob necessitatem in occasione peccati persistens ceteri possit verè contritus vel attritus, ac per hoc dispositus ad validam & fructuosam absolutionem ei licitè impertiendam, quatuor potissimum conditiones ei necessariò adhibendæ sunt. I. Animi resignatio, & parata voluntas deserendi illam occasionem, si commodè posset, & quamprimùm commodè poterit. II. Vera Pœnitudo peccatorum præteritorum in ejusmodi occasione commissorum. III. Verum ac firmum Propositum non peccandi de cætero in ea occasione: ad quod etiam necessariò requiritur, ut ex occasione proxima faciat remotam: v. g. si complicem domi habeat, nimiam familiaritatem & blanditiam caveat, solus cum sola, noctu præsertim, in eodem loco non commoretur: in potu sibi temperet &c. IV. Spes firma & fiducia, quod adjuvante divinâ gratiâ, cui cooperando sedulò, omnia possumus, deinceps possit abstinere à pec-

peccato in ea occasione. (Nam qui certò crederet vel putaret impossibile sibi esse in tali occasione abstinere à peccato, debet omninò eam deserere, non obstante quacunque difficultate & incomòdo: ut monent Layman, Lugo, alii communiter) His quatuor conditionibus concurrentibus, Pœnitens prudenter judicatur veram contritionem & Attritionem habere, etsi non proponat statim deserere, vel evitare illam occasionem. Quia occasiones illæ aliàs proximæ & voluntariæ, his conditionibus concurrentibus, fiunt Pœnitenti remotæ & involuntariæ: quas si habeat, absolvendus est: & asserenti se habere, debet credere Confessarius, quia Pœnitens in hoc foro testatur tam pro se, quàm contra se. Si non habeat, Confessarius & Pœnitens, datâ & acceptâ absolute peccabunt mortaliter, & facient Sacramentum nullum, ut supra dictum, *num. II.* Jam ulterius:

§. *Specialiter quoad concubenarios.*

IV. **Q**Uamquam concubinarij notorii 1. ob 28 scandalum vix unquam possint absolvi, nisi ejecta prius infami pellice, juxta communem DD. cum Navarro *cap. 16. num. 20.* Quin jubentur à Concil. Trident. *sess. 24. c. 8.* subijci excommunicationi, nisi post trinam admonitionem factam ab Episcopo, se emendant. 2. Atque insuper consentiunt DD. etiam

etiam occultis concubinariis ordinariè ab-
 solutionem dandam non esse ; nisi promittant
 se concubinam quamprimum à se amandatu-
 ros, propter maximum, quod ex cohabitatio-
 ne oritur, periculum. 3. Etiam minimè obstan-
 te vulgari pratextu, quòd talis persona, an-
 cilla, domestica &c. admodum utilis & quasi
 necessaria sit rei domesticæ, ex ejus dimissione
 aliquantum rei familiaris detrimentum secutu-
 rum, aliam æquè utilem, ac industriam non
 facile habendam: &c. vulgaris iste laqueus
 diaboli est, etiam negatâ absolutione rumpen-
 dus, si perditè ametur & amet, ob inevitabi-
 le quasi moraliter periculum relabendi. Cer-
 tè Castro-Palaus & Oviedo apud Gobat *num.*
 510. neque ob 100. ducatorum jacturam, tibi
 mediocriter diviti talem periculosam domesti-
 cam permittunt, & merito. 4. Denique cer-
 tissimum sit non excusare quamlibet jacturam
 vel incommodum ex tali dimissione secutu-
 rum. Quare inter Propositiones sub Alexan-
 dro VII. Anno 1666. die 18. Martii damnatas ;
 & hæc ponitur : *Non est obligandus concubi-
 narius ad ejciendam concubinam ; si hac nimis
 utilis est ad oblectamentum concubinarium, vulgò
 regalo : dum deficiente illâ nimis agrè ageret vi-
 tam, & alia epula concubinarium radio magno af-
 ficeret, & alia famula nimis difficile inveniretur :*
 Hæc ibi. Quamvis inquam, hæc ita se habeant.

§ 29 Nihilominus in certo casu circumstantiæ
 concurrere possunt, ob quas prudens Confes-

farius aliud decernat: ait Layman. *cit. num. 11.*
 Exempli gr. si aliquis in gravi infirmitate vel
 mortis periculo constitutus alium hominem
 facile habere non possit, qui necessaria mini-
 stret præter Concubinam, ad quam tunc Pœ-
 nitens carnis affectum non gerat: ideóque pu-
 tet, se ejus occasione non lapsurum, cum pri-
 mum autem convaluerit, statim à se amandam
 promittat, tali aliquo casu permitti poterit,
 si scandalum absit, videlicet in concubinato oc-
 culto. Sic Layman. ibi ab omnibus receptus.
 Idem, cum longè tamen majori cautela per-
 mitti poterit in gravissima, vel saltem gravi
 necessitate famæ vel fortunarum: ut si Con-
 cubina effrons sic subitò alieno tempore di-
 missa, irritata, occultum Concubinarum ac
 turpitudines evulgatura sit; si non dives, so-
 lum necessaria sustentationi habens ex dimis-
 sione gravem jacturam 100. v. gr. aut eorum
 incurrere deberet: denique satis vulgariter: si
 ipsa sit ancilla, & nequeat aliam adipisci abs-
 que pari periculo, cum tamen ancillam nullo
 modo carere possit; ita post alios Gobat
 n. 32. In hujusmodi casu Confessarius pru-
 denter condescendere poterit, rigidissimè tamen
 exactis quatuor Conditionibus *num. preced.*
 propositis, præsertim tertiâ, specialibus etiam
 additis propositis & remediis efficacibus:
 utpote 1. quotidiana expressa renovatio Pro-
 positi elicti in Confessionali. 2. Votum
 Castitatis ad aliquod tempus. 3. Votum

subeundi aliquam gravem Pœnitentiam, v. g. jejunium in pane & aqua, aut notabilis elemosynæ, quoties relabi contigerit. 4. Quando Concubina de se non admodum voluntaria est, aut gravatè consentire solet: rediens à confessione dicat: jam tandem firmissimè statui mutare vitam. Volo ergo, jubeo, vel rogo serio, ut si fortè tentatione victus te rursus sollicitavero, resistas omni possibili modo, revocans mihi in mentem hæc verba: &c. additâ etiam promissione Præmii alicujus, si impederit: secus, si consenserit, &c. &c. vide etiam mox dicenda de mollibus.

§. III.

Quid cum recidivis ex intrinseca tantum fragilitate? specialiter quoad mollitiem.

3301. **Q**UANDO frequentes lapsus, & recidivæ peccati fiunt ex sola intrinseca fragilitate Pœnitentis, absque aliqua speciali extrinseca occasione impellente (uti sunt blasphemix, odia, invidiæ, delectationes morosæ, & singulariter mollities &c.) absolvendus erit Pœnitens toties, quoties serio proponit imposterum emendare, & omninò abstinere, dummodo Confessarius prudenter credat, eum verè proponere, ac serio loqui. Communissima DD. Navarrus *suprà* Sanchez l. 2. moral. c. 32. n. 45. Layman. *cit. c. 6. n. 10.* Lugo *disp. 14. n. 160.* Fillucius *tract. 7. Instructionis c. 3.*

alii passim. Et docet D. Hieronymus Epist. 46. ad Rusticum relatus c. septies. d. 3. de Pœnitentia: *Non solum septies: sed septuagies septies delinquenti, si convertatur ad Pœnitentiam, peccata condonantur.* Ratio est: quia redire cum iisdem peccatis de se non est signum deesse verum dolorē & propositum emendationis; certè non magis, quàm si rediret cum aliis novis diversis peccatis; sed solum est signum fragilitatis humanæ in tali homine: certè nemo tenetur sub speciali peccato mortali magis cavere, ne idem peccatum decies committat, quàm ne decem specie diversa peccata committat; ergo seriò proponenti vitare deinceps idem specie peccatum, æquè ac proponenti vitare alia peccata, tanquam rectè disposito, absolutio impertienda erit toties, quoties eum Confessarius seriò proponere prudenter crediderit.

II. Ut autem prudenter credere possit Confessarius Pœnitentem toties cum iisdem peccatis redeuntem, modò habere verum ac seriò propositum emendationis, attendere debet, an Pœnitens haclenùs aliquam curam vel conatum adhibuerit emendationis, quòd his signis cognosci potest. Si post proximam Confessionem rariùs, quàm solebat, lapsus fuit; si media adhibuit, quæ ei à Confessario contra recidivam præscripta erant; si occasiones quaslibet peccandi fugit, &c quòd si præstitit, haud dubiè absolvendus erit; quin etiam,

si nihil horum præsterit, si tamen dicat se modò seriò delere, quòd divinam Bonitatem toties, tam foedè offenderit, ac promitte se seriam emendationem, ei plerùmque Confessarius credere debet: quia licèt antea propositum inefficax habuerit, jam tamen verum & efficax concipere potest: idque affirmanti, plerùmque credendum erit, cùm ipse sit sui accusator, defensor, & testis. Sanchez, Layman. Lugo, alii communiter. Additque Gobat *cit. num. 324.* Et sanè, quando deinceps notatur aliquis profectus, seu aliqua imminutio peccatorum, habenda est patientia. Ipsa enim imminutio peccatorum est signum propositi, & præbet spem majoris, & majoris emendationis, adeoque tandem perfectæ. Simus ergo, omnino simus erga hos miseros, misericordes, *sicut & Pater noster Cœlestis misericors est.* Luc. 6. Sic ille.

332 III. Interdum tamen vehemens est suspicio, & justa præsumptio Propositum modernum esse simulatum, inefficax, insufficiens; ut Confessarius prudenter credere non possit: utpote si Pœnitens post duas, tres, quatuor Confessiones eandem peccati speciem, & eodem, vel etiam majori numero adferat, ut nullus prorsus emendandi vel resistendi conatus adhibitus videatur: & tunc, (nisi tamen præsens specialia, qualia antea nunquam, Doloris signa in præsentì Confessione ostendat, quibus præsumptio illa de mala vel insufficienti Pœnitentis

tis dispositione meritò elidatur) differenda erit
 absolutio , nominato aliquo temporis spatio ,
 intrà quod Pœnitens conatum adhibeat ad cri-
 minis emendationem , postea rediturus & ab-
 solutionem recepturus. Sic Layman. *cir. n. 10.*
 Lessius *in Consiliis V. Confessarius. Casu 7.* sic lo-
 quitur. Expedi ordinariè eos dimittere sine
 absoluteione explicatò periculò , in quo versan-
 tur , & absoluteionem fore illis noxiam , cum
 non videantur habere syncerum Propositum , ut
 conentur resistere & adhibere remedia , quæ præ-
 scribuntur. Si non redeant , committat illos
 DEO, ne se cruciet, sic Lessius. Ego aliquoties,
 sed non nisi post sex vel octo Confessiones sine
 ulla emendatione peractas , dixi ante datam ab-
 solutionem : Quandoquidem nihil tecum
 proficicio , poteris quærere alium Confessarium
 fortè magis profuturum , aut non , nisi post co-
 natum & effectum aliquem ad me redire : &
 uno vel altero excepto , redierunt cum aliquo
 profectu. Quâ in re magnâ opus est prudentiâ
 & discretione Confessarii , ne Pœnitentem aut
 severitate avertat , aut lenitate seducat , sicque
 peccet , & pereat cum illo. Et specialiter in
 praxi notandum , quod de motivo Confessio-
 nis iteratæ initiò quæstionis ex Layman. præno-
 tavimus. Et tandem in ejusmodi casu diffici-
 lius danda erit absolutio , si crimina sint publica ,
 v.g. frequentes blasphemix , ebrietates , scorta-
 tiones &c. offenduntur enim & scandalizantur
 fideles , si videant hominem post Confessionem

sæpius repetitam perinde ut prius in peccatis suis persistentem, cujusmodi scandalum interdum cum Sacramenti irreverentia conjunctum tolli debet, non obstante privato incommodo, quod Pœnitenti timetur, ne fortè is à Confessione absteritus in graviora peccata incidat. Sic prudenter idem Layman. *eadem num. 10. in fine.*

333 IV. Jam rursus speciatim quo ad mollitiem *Deditos*. Placet verissimum judicium Cardinalis Toleti. *Summal. 5. c. 13.* Peccatum mollitiei est difficillimæ curationis, quia occasio semper cum homine est, & est adeò universale, ut crediderim maximam partem damnatorum hõc insci peccatõ. Vix puto esse aliud efficacium remedium, quàm frequentissimam Confessionem cum uno eodémque Confessario, ut fiat ter in hebdomade, si fieri possit: est enim hoc Sacramentum maximum frantum, & qui hoc non utitur, non sibi promittat emendationem nisi per miraculum à DEO factum, vel rarissimum privilegium. Sic ille verissimè. Interim talis Confessarius in promptu semper habeat alia media, quibus Pœnitentem adjuvare possit. Qualia latè suppeditant Joannes Busæus in panario, Filliucius *tract. 7. instruct. Conf. cap. 3.* Drexelius in *Niceta*, Colterus in *libello Sodalitatis*, Gobat. *Alphab. Conf. Casu 17. a. num. 548. alii.* Inter quæ hoc sæpius felicem successum habuisse expertus sum. Inquire à tali homine ad quemnam Sanctum, vel Sanctam, vel ad.

ad quodnam mysterium vitæ, vel passionis Christi speciali devotione feratur: ubi cognoveris, suade, ut usque ad proximam semper Confessionem quotidie manè & vesperi dicat flexis genibus, & si copia sit, ante imaginem talis Sancti, vel mysterii: *Domine DEUS, qui flammæ aternas picis sulphuris preparasti hominibus libidinosi, voueo, & promitto tibi me in honorem hujus mei amantissimi Patroni &c. vel hujus amabilissimi mysterii &c. hâc die, hâc nocte, abstenturum ab omni turpi tactu meo ipseus.* Et dum actu tentatio vehemens urget, idipsum flexis genibus repetat: multis profuit devota Recitatio Hymni, Ave Maris Stella: cum singulari reflexione ad V. *Virgo singularis &c.* aliis invocata immaculata Conceptio B.V. aut S. Josephus, aliis alia. Sæcularibus, si talia non succedant, consulendum Matrimonium, & subinde ingressus Religionis, vix unquam status Clericalis. Sed si plura desideras, lege Authores citatos, non vacat immorari.

§. Ex dictis colliges, quid sentiendum de iis, qui vel quæ subinde gravius lapsi vel lapsæ, id prius alteri ignoto Confessario confitentur, & deinde ordinario suo Confessario peccata illa leviora? Nam siquidem faciant ex pudore naturali, & timore erubescendi & confundendi se coram Confessario suo ordinario familiariter valde noto, non est culpandum, idque imprudenter ægrè ferunt vel reprehendunt Confessarii ordinarii. (Dummodò tamen prio-

ri Confessario omnia sua mortalia confiteantur, ac integritatem Confessionis servent juxta dicenda *cap. seq.*) At verò si hac ratione manerent in occasione peccandi, aut ideò ita circumueant, ut liberius peccent, ne ab ordinario Confessario grauius oburgentur, occasiones dimittere, aut remedia tali peccato emendando adhibere cogantur &c. omninò gravissimè peccant, & ob defectum veri Doloris & Propositi Confessio invalida, ac Sacramentum erit nullum. Layman. *l. 5. tract. 6. c. 8. num. 14.* Filliucius, Lugo citari alii.

§. IV.

Specialia quoad propositum vitandi peccata venialia.

334 **A**D remissionem peccatorum etiam venialium, extra & intrà Sacramentum Pœnitentiæ, sicut requiritur necessariò aliqua supernaturalis Pœnitentia, seu Dolor & detestatio eorum, & quidem formalis in Sacramento juxta dicta suò locò: ita etiam requiritur eadem imposterùm evitandi Propositum, saltem virtute in ipsa illa detestatione, seu Doloressu necessariò inclusum, (siquidem fieri nequit, ut quis malum peccati verè & seriò detestetur, & imposterùm ab iis abstinere non velit.) multiplici tamen discrimine à Proposito requisito ad remissionem peccatorum mortalium: uti ex Coninck etiam observat Layman. *cit. c. 4. n. 19.*

I. Propositum *formale* expressum de cætero 335
 non peccandi mortaliter, regulariter requiritur
 ad remissionem mortalium, maximè in Sacra-
 mento Pœnitentiæ ob rationes suò locò dictas,
 quale etiam requiri ad remissionem venialium
 extra, vel intra Sacramentum, nulla lex, autori-
 tas, vel ratio persuadet, quin regulariter sufficiat
 Propositum illud virtuale in ipso Dolo-
 re supernaturali imbibitum, ut ex communi etiam ob-
 servat Gobat *Casu* 3. n. 217. Ratio disparita-
 tis est. Quia cum peccatum mortale sit longè
 majus malum, & effectum Sacramenti simpli-
 citer tollat, major requiritur certitudo de suf-
 ficienti & efficaci dolore ac dispositione Pœni-
 tentis, quàm respectu venialium, quæ effectum
 Sacramenti non impediunt: dummodò verè &
 certò supernaturaliter doleas de venialibus ad-
 missis, jam de valore & effectu Sacramenti se-
 curus es, etsi expressè nihil proponas. Quod se-
 cundùm indulgentiam dico, non secundùm
 consilium, minùs imperium.

II. Propositum *universale*, sicut & Dolor 336
universalis respectu omnium mortalium requi-
 ritur ad remissionem peccatorum mortalium,
 cum unum sinè altero remitti non possit, ut
 suò locò visum: ad remissionem autem venia-
 lium, nec Dolor nec Propositum ita universale
 requiritur, sed sufficit dolere, ac proponere vi-
 tare ea sola, quæ confiteris, eaq; ipsa, saltè aliqua,
 vel aliquod, etsi de aliis nec doleas, nec vitare
 proponas: ut *suprà c. 2. f. 1. q. 2. ad finem* ex pro-
 fesso

fesso dictum est. Ut si fuisti sæpè mentitus sine causa, sufficit si in Confessione proponas non ampliùs mentiri sine causa, etsi adhuc cogites mentiri, quando causa aliqua suppetet in tuum vel proximi commodum mendacium enim sine causa dictum turpius est mendaciò officiosò. At si fuisses nimis sæpe & frequenter mentitus, potes tibi proponere firmiter, te illam frequentiam emendaturum pro viribus, & sufficet propositum sicut & Dolor ipsaque Confessio de illa frequentia, quippe quæ specialem deformitatem habet à singulis mendaciis, vel aliis venialibus secundum se seorsim spectatis. At, quot mihi tunc remittentur mendacia? Lugo *disp. 14. sect. 9.* censet, non remitti omnia, sed tantum posteriora illa, ob quæ cæpit denominari frequens lapsus: & rationaliter. Dicastillus autem. *d. 6. dub. 16. n. 302.* rectius censet, remitti omnia, si confiteris: *sapius, vel frequenter sum mentitus.* Utrumque verum, si nimirum vel de omnibus, vel non de omnibus doleas, & retractes.

- 337 III. Propositum vitandi omnia peccata mortalia collectivè sumpta requiritur ad remissionem peccatorum mortalium, ita ut animus sit, non tantum singula, & hoc & hoc &c. sed etiam omnia collectivè cum DEI gratia devitare, At verò ad remissionem etiam omnium peccatorum tuorum venialium minimè requiritur propositum imposterum vitandi omnia peccata venialia collectivè, ita ut animus sit nunquam

Sect. IV
 quam omnim
 venialiter :
 gratia pou
 hac vit
 non est v
 propositu
 iunctivè,
 possit, a
 saltem, no
 sciam, me
 tato vel ho
 accurrens
 nu. Au
 dem, et n
 quantum
 re venial
 quod en
 positro v
 magis le
 di venial
 meis ven
 tum in m
 confessor
 vi mole
 Et specia
 dico sol
 quosies
 mendaci
 set remic
 ne possun
 Contra

quam omnino, neque ex subreptione peccandi venialiter : hoc enim sinè specialissima DEI gratia paucissimis Sanctis concessâ, homini in hac vita impossibile est : impossibilium autem non est voluntas seu propositum, sed sufficit propositum vitandi impolterum singula vel disjunctivè, ita ut nullum determinatè assignari possit, à quo committendo animus virtualiter saltem, non abhorreat : & dicas apud te. *Etsi sciam, me omnia venialia non evitaturum, vitabo vel hoc, vel illud, vel istud, vel quodvis occurrens ; nullum mihi jam patrandi est animus.* Aut poterit proponere efficaciter quidem, at non absolutè, sed cum modificatione, quantum in me est, propono, nunquam peccare venialiter, etsi sciam oppositum eventurum : quod enim *supra q. preced. §. 2. N. III.* de proposito vitandi mortalia adversum est ; multò magis locum habere debet in proposito vitandi venialia. Ais : ego doleo quidem de omnibus meis venialibus, omnia sic divisim, vel quantum in me est, evitare propono ; at non omnia confiteor ; sed neque confiteri possum sine gravi molestia Confessarii, in specie, vel numero. Et speciatim : mentitus sum sæpe, vigesies : dico solum in Confessione : *mentitus sum aliquoties* : quot mihi jam remittuntur venialia, mendacia v. g. ? Card. Lugo *cit. n. 142.* censet remitti solum aliqua, quot ex tali Confessione possunt intelligi à Confessario, saltem duo. Contrà rursus Dicastillus *n. 322.* censet omnia remit-

remitti, quemadmodum etiam omnia mortalia directè remittuntur, quando moribundus, reus 20. mortalium, generaliter asserit de omnibus se dolere: cùm sine dubio Confessarius habeat generalem intentionem absolvendi ab omnibus venialibus mendaciis, eum qui dicit: sum frequenter mentitus.

338 IV. Ad remissionem peccatorum venialium requiritur quidem Propositum absolutum efficax vitandi peccata venialia saltem hæc confessio, aliqua, ut non sufficiat sola velleitas non peccandi venialiter de cætero, quippe quæ affectum peccandi non excludit: non tamen requiritur Propositum simpliciter efficax extensivè, sic ut eo Pœnitens moveatur ad evitandas occasiones peccandi venialiter, & remedia contra relapsus adhibendi, sicut requiritur ad remissionem peccatorum mortalium. Cùm enim peccatum mortale longè gravius animæ malum sit, quàm veniale, idèo homo longè majorem conatum adhibere debet, & tenetur ad vitanda mortalia, quàm venialia, consequenter verus Pœnitens firmitus, & efficacius Propositum concipere debet ad mortalium quàm venialium emendationem. Ex quo sequitur, longè facilius absolvi posse relabentes sapius in eadem venialia, quàm in mortalia, eò quòd frequens ille relapsus non sit indicium defectus Doloris, ac Propositi ad eorum remissionem necessarii, quia provenire potest ex frequentia occasionum, à quibus evitandis longè facilius
quis

quis excusari potest, quàm à remotione occasionum relabendi in mortalia, ut bene notat Layman *cit. n. 19. fine.* Adde occasiones labendi venialiter esse frequentiores, ferè semper & ubique, ideóque mortaliter vix evitabiles. Sed hæc rursus secundùm indulgentiam, non consilium dicta sunt: Nam

¶ Heus tu mi bone Religiose! mi optime; 39.
 Sæcularis! Diligenter caves semper à mortalibus: diligentissimus quóque es in enumerandis omnibus tuis venialibus ad scrupulum usque. Interim tamen semper redis *Joannes in eodem,* cum iisdem defectibus, & specie & numero vix unquam diminuto: verbò, semper hæres in eodem luto, vix ullo apparente fructu ex tot & sexcentis Confessionibus: imò & sacris Communionibus, & fortè etiam (res stupenda!) quotidianis. Quid causæ putas? Dicam tibi in aurem. Utcunque doleas de præteritis: at generalia & confusa nimis, ideóque torpida & languida sunt tua Proposita: Proposita, quò magis universalia, eò minùs sunt efficacia. Omnia generaliter vitare proponis, quod ipse non credis. O quàm timendum, ne sapissimè sint tantùm simplices, languidæ, & claudicantes velleitates, sicque ipsum Sacramentum & absolutio de valore periclitetur, & mirabimur de non apparente fructu? Quare consilium meum placeat tibi. Mitte nimiam curam colligendi omnia tua venialia in specie & numero, ad Confessionem, & ea tantùm venialia, quæ magis
 gra-

gravant, quibúsque potissimum liberari cupis, novo serióque Dolore ac emendationis Proposito concepto humiliter confitere: atque ex-istis ipsis unum unicum tantum magis gravans, magisque importunum selige, quod speciali & robusto Proposito obfirmato, toto conatu deinceps emendare, & radicitus extirpare contendas, præfixo ad hoc motivo speciali sanctæ alicujus intentionis, v. g. in honorem mylterii, de quo eo tempore meditaris, delecto & invocato ad hoc speciali Patrono tuo; instituto ad id examine particulari, indictâ ad singulos relapsus modicâ aliquâ Pœnitentiâ: Et sic non tantum de valore tuarum Confessionem semper securus eris, sed etiam intrâ paucos menses de fructu mirabitur & dilatabitur Cor tuum, & gratias ages DEO, & fortè etiam huic scripto.

Et hætenùs de Contritione, utique satis multa, sed mihi certè nondum multum satis.

C A P U T III.

De Confessione Sacramentali, ejúsque requisitis.

QUÆSTIO Præambula.

Confessio Sacramentalis quid, quotuplex, quásque Conditiones requirens?

SUM-

SUMMARIUM.

340. Confessio Sacramentalis generativa quid ?
 341. Quid inchoata, illegitima ?
 342. Quid completa, legitima ?
 343. Qualis esse debeat ?
 347. Est duplex, formalis, & virtualis.
 349. Qualiter debeat esse sensibilis ?
 351. Per se semper requiritur Confessio formalis,
 352. Integra, vera, secreta, vocalis.

Confessio Sacramentalis generatim describi potest. Est accusatio peccatorum facta Sacerdoti vero, vel probabiliter existimato in ordine ad absolutionem. Ita Suarez hic disp. 33. sect. 2. Coninck, Dicastillus, Filliutius, alii cum Gobat. Alphab. Confess. casu I. num. 9. Dico autem generatim: nam sub una velut generica ratione, necessariò duplex assignanda est Confessio Sacramentalis, una inchoata tantùm & illegitima, altera completa & legitima. Ratio hujus necessariæ divisionis sumitur ex receptissimo omnium hâc ætate Theologorum axiomate de Sigillo Sacramenti. Nempe: *Sigillum Sacramentale oritur ex omni, & sola Confessione Sacramentali.* Atqui rursus certissimum est, obligationem Sigilli Sacramentalis oriri non ex sola Confessione Sacramentali legitima completa, sufficiente ad absolutionem Sacramentalem, quæ nimirum est pars materialis proxima & legitima Sacramenti Poenitentiae, sed etiam ex Confessione inchoata tantùm, & quantumvis illegitima, minimèque sufficiente ad

Sacramentum Pœnitentiæ, & absolutionem validè conferendam, ut sub locò videbimus: ergo sub una aliqua generica ratione Confessionis Sacramentalis supra allata, necessariò admit-tenda velut duplex species Confessionis Sacramentalis, una completa & legitima sufficiens ad absolutionem, altera inchoata, illegitima, insufficientis quidem ad absolutionem, attamen adhuc inducens obligationem sigilli Sacramentalis.

Confessio Sacramentalis inchoata, illegitima.

- 341 **E** *St etiam accusatio peccatorum facta Sacerdoti vero, vel probabiliter existimato in ordine ad absolutionem* (nam omnium consensu ad omnem Confessionem Sacramentalem necessariò requiritur, ut aperiatur saltem unum verum, vel existimatum peccatum Sacerdoti vero vel existimato cum intentione saltem implicita vel confusa obtinendi absolutionem validam invalidamve) attamen ipsi deest aliquid essentialiter requisitum ad obtinendam re ipsâ absolutionem validam ac fructuosam, & condonationem peccatorum. Utpote, vel Dolor & Propositum: vel integritas formalis, vel legitimus Sacerdos, &c. ut si confitearis peccata tua Sacerdoti animò, ut ab ipso juveris vel cureris eò modò, quo ipse iudicaverit, jam confessio erit aliquo modo Sacramentalis, & ordinata ad absolutionem saltem implicitè, & conditi-

ditionatè : *Si Confessarius iudicaverit* : est ob dispositiones tuas nec absolvaris, nec absolvi possis. Idemque est, si serio (secus, si planè fictè) confitearis unum, vel aliqua peccata Sacerdoti, nequiter tacendò alia mortalia, aut nolens emendare &c. Si quidem te accuses animò, ut impetres ab ipso pronuntiationem seriam formæ absolutionis, atque sciedam confessionis : atque peccata ita confessà cadunt sub obligatione sigilli Sacramentalis secundum omnes. Contrà verò confessio nullo modo Sacramentalis erit, si scienter confitearis aut non Sacerdoti, aut Sacerdoti quidem, sed nullo modo intendens absolutionem, sed præcisè consilii, vel solatii causâ : aut denique omninò fictè, de quibus latius suò locò, cùm de sigillo Sacramentali. Nunc deinceps nobis explicanda est sola

*Confessio Sacramentalis completa,
legitima.*

E *St accusatio sui dolorosa, & legitima de peccatis propriis facta Sacerdoti verò in ordine ad absolutionem virtute clavium obtinendam : estque duplex formalis, & virtualis : per se semper requiritur confessio formalis, eaque integra vera, secreta, vocalis : quamquam per accidens sufficiat etiam confessio virtualis.* Ita in re omnes. Ratio generatim est : quia per confessionem Sacramentalem legitimam & completam intelligitur illa confessio, quæ est pars

materialis proxima Sacramenti Pœnitentiæ, quâ positâ potest validè ac fructuosè, adeoque etiam ex iustitia debet conferri absolutio Sacramentalis, ac perfici completum Pœnitentiæ Sacramentum: sed talis est omnis & sola hîc definita, & ita qualificata, ut partim patet ex dictis: partim patebit ex latè dicendis toto capite: ergò, &c. breviter tamen sic explico, & applico.

§. I.

Est accusatio sui dolorosa, & legitima, &c. remissivè.

- 343 I. **D**olorosa essentialiter debet esse confessio Sacramentalis legitimâ, nimirum facta cum dolore vero supernaturali saltem attritionis &c. modo capite præcedenti latè explicato: præsertim *sect. 3. q. 1. 2. & 4.*
- 344 II. *Et legitima* nimirum cum conditionibus & qualitatibus ex institutione Christi requisitis, jam in Assertionem indicatis & deinceps explicandis.
- 345 III. *Facta Sacerdoti vero*, nimirum potestate Ordinis ac jurisdictionis, cæterisque qualitatibus prædito, juxta omnia dicenda *cap. 6.*
- 346 IV. *In ordine ad absolutionem, &c.* de qua infra *cap. 4.* absque enim hac implicita saltem absolutionis obtinendæ intentione, confessio nullo modo erit Sacramentalis, nec pars Sacramenti, cum una pars debeat referri ac ordinari

ad alteram. Hæc interim quoad primum tituli quæsitum: Confessio quid sit? Jam ad secundum, *quotuplex?*

§. II.

Estque duplex, formalis, & virtualis.

I. **C**onfessio formalis est actualis expressa expositio peccatorum, verbis vel signis æquivalentibus facta: quæ per se semper necessaria est, ut mox dicetur.

II. *Confessio virtualis* est dolorosa & prompta voluntas confitendi sua peccata signo aliquo sensibili manifestata, sed omninò impedita: cum quis scilicet actu, & verè dolens de peccatis, omninò libens vellet ea confiteri, eumque dolorem ac voluntatem signo aliquo sensibili manifestat, sed simpliciter non potest, impotentia physicâ: cum vix impotentia solum moralis contingere vel excogitari possit, quin aliquod, saltem leve peccatum quis explicare possit.

III. Dico autem: *signo sensibili manifesta*. Quia Confessio etiam virtualis debet esse pars materialis, ac materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ: & ideo necessariò aliquò modo sensibilis: cum Sacramentum quoad materiam & formam essentialiter sit signum sensibile. Unde solus dolor internus, & interna voluntas confitendi, absque ullo signo sensibili manifestante nullo modo sufficeret ad Sacramentum: cum Judex non possit ferre sententiam, nisi cau-

sâ cognitâ, nec agnoscere causam, nisi sensibilibiter sibi manifestatam.

350 IV. At quænam possunt esse illa *signa sensibilia* sufficientia ad confessionem virtualem? Primum & certissimum, si cum signis doloris petit Confessarium, eoque adveniente, amplius confiteri nequit. Alterum etiam sufficiens est, si pœnitens edidit vera signa doloris, aut coram ipso Confessario, aut coram aliis, ita postea coram Confessario attestantibus. Tertium in nova jam satis communi Sententia est, sola ante acta Christiana bona vita Confessario ex se, vel aliunde cognita. Sed de hoc infra *cap. 5.* cùm de absolutione Sacramentali.

§. III.

Per se semper requiritur Confessio formalis &c.

351 **S**eu explicita explicatio peccatorum commissorum. *Omnes.* Ratio clara est; quia confessio Sacramentalis debet esse accusatio in ordine ad obtinendam absolutionem Sacramentalem per modum Judicii, seu sententiæ judicialis: atqui in iudicio non potest ferri sententia, nisi cognitâ causâ, adeoque à parte accusante explicitè propositâ. Accusans autem in proposito est ipse pœnitens: ergò per se semper requiritur ad Sacramentum Pœnitentiæ confessio formalis & explicita peccatorum. Per accidens tamen aliquando sufficit confessio virtualis supra explicata, cùm scilicet impossibilis est

est confessio formalis explicita, idque potissimum in articulo mortis, de quo commodius & pluribus agendum *infra cap. 5.* cum de ab-
solutione Sacramentali.

§. IV.

Edque integra, vera, secreta, vocalis.

AD has quatuor conditiones, & qualitates, 352
mox per distinctas Sectiones & Quæstiones explicandas, aut clarè reducuntur, aut necessariae non sunt, etsi utilissimæ, reliquæ conditiones septendecim, vetustis & vulgatis hiscè versibus comprehensæ.

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis.

Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda.

Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans; & sit parere parata.

SECTIO I.

De Integritate Confessionis Sacramentalis.

QUÆSTIO I.

Qualis integritas requiritur ad Confessionem Sacramentalem?

SUMMARIUM.

353. *Integritas confessionis alia materialis, alia formalis.*

354. Formalis est essentialiter necessaria,
 355. Et ad absolutionem sufficiens.
 356. Ad eam requiritur aut oblitio inculpata, aut iusta causa, saltem putata.
 357. Integritas materialis seu expressio omnium non est quidem essentialiter necessaria, tamen de precepto,
 358. Respectu ejusdem confessionis, & confessarii,
 360. Constituenda sunt omnia mortalia in specie & numero,
 363. Post diligens examen memoria occurrentia;
 364. In quo examine non requiritur diligentia summa, sed sufficit mediocritas.
 365. Quando hac confiteatur adesse, vel adfuisse?
 366. Que adhibita sufficit, estò quis putet fors plura occurrura per longius examen.
 367. Ex defectu autem vel negligentia examinis mortaliter culpabilis evadit confessio invalida, & nulla.

ASSERTIO.

353 **C**onfessionis Sacramentalis essentialis est Integritas formalis tantum: non de essentia, sed de precepto Divino necessaria est integritas materialis & explicatio scilicet omnium peccatorum mortalium in specie & numero, post diligens examen memoria occurrentium. Est tota certissima apud omnes Catholicos. Explico breviter, & prænoto:

§. Integritas confessionis duplex est, materialis, quæ omnia simpliciter peccata secundum speciem, & numerum exprimuntur, quæ secundum præceptum Divinum, per se loquendo, exprimenda sunt: Et formalis, quæ exprimum-

muntur omnia peccata secundum speciem, & numerum, quæ & quatenus quis, conscientia dictante, hic & nunc exprimere potest, & debet; seu quæ conscientia hic & nunc confitenda practicè proponuntur: sive deinde reipsâ omnia omninò enumerentur: (& erit integritas *materialis* simul & *formalis*, ac confessio *materialiter* ac *formaliter* integra) sive aliqua omittantur, aut ignoranter, aut ob inculpabilem oblivionem; vel scienter & deditâ operâ, sed ex causa iusta; vel à parte rei, vel bonâ fide probabiliter, & inculpabiliter habita pro iusta (de quo mox iterùm) & sic erit integritas *formalis* tantùm, & confessio adhuc formaliter integra: quia adest voluntas omnia confitendi, si nihil obest, & defacto quis confitetur omnia, in quibus nihil obstat, quæque hic & nunc confitenda conscientia practicè dictat: omittitur autem aliquid, in quo aliquid obstat, quòdque conscientia hic & nunc confitendum non dictat, aut potius non esse confitendum dictat. His notatis dicimus:

§. I.

Essentialis est Integritas formalis.

I. **U**T nimirum quis exprimat omnia moralia, quatenus hic & nunc conscientia dictante potest, & debet adeò, ut & confessio & absolutio invalida sit & nulla, ipsùmque Sacramentum propriè non suscipiat, qui sciens omittit manifestare vel unicum peccatum,

tum, quod conscientia dicitur hic & nunc sub
 mortali esse confitendum. *Omnes.* Ratio
 clara est: quia ad substantiam Sacramenti Pœ-
 nitentiæ requiritur confessio dolorosa, adeo-
 que saltem attritio vera supernaturalis: sed
 hæc consistere non potest cum actuali pec-
 cato sacrilegii mortalis, quod confitens com-
 mittit, unum, vel plura peccata absque justa
 causa, sive per malitiam, sive per negligentiam
 crassam, ac mortaliter culpabilem reticendõ:
 ergo &c.

355 II. Hæc integritas formalis, seu confessio
 sic formaliter integra, quã aliquod vel aliqua
 peccata, seu per oblivionem inculpabilem, seu
 propter justam causam impotentia physica
 vel moralis (casibus particularibus necessario
 seorsim infra *q. 6.* latè explicandis) omittun-
 tur, sufficit ad legitimam absolutionem, ipsius-
 que Sacramenti Pœnitentiæ validam, fructuo-
 sam, ac licitam susceptionem: quã nimirum
 quis directè absolvitur à peccatis confessis, &
 indirectè ab omissis, cum onere tamen & obli-
 gatione, eadem omissa, cum facultas aderit,
 subjiciendi clavibus *Omnes.* Ratio clara.
 Quia infinita bonitati ac sapientiæ Divinæ re-
 pugnat ad essentiam Sacramenti tam necessa-
 rii ad salutem requirere aliquid, quod sæpissi-
 mè moraliter, & sæpè etiam physicè est impos-
 sibile, uti est integritas materialis, seu expres-
 sio omnium omninò peccatorum: ergo ad Sa-
 cramentum hoc tam validè, quàm fructuosè
 susci-

fufcipiendum debet fufficere integritas præd-
icta formalis.

III. Ad hanc integritatem formalem con-³⁵⁶
fessionis, ut prænotatum, requiritur aut *oblivio*
inculpata mortaliter, de qua fæpiùs deinceps
fermo, aut *jufta caufa vel à parte rei, vel bonâ*
fide probabiliter, & *inculpabiliter habita pro ju-*
fta. Nam (tefte Suarez *cit. difp. 23. feët. 3.*) inte-
gritas formalis confiftit cum quacunque igno-
rantia probabili juris, ratione cujus homo exi-
ftimat fe poffe omittere tale peccatum in con-
fessione. Quando ergo falfo judicans fup-
petere tibi caufam fufficientem ad tacendum
hoc vel illud peccatum mortale, illud taceas,
fiquidem ignorantia fit invincibilis ac probabi-
lis, aut etiam vincibilis levis non mortaliter ma-
la, confeflio tua nihilominùs erit valida, &
fructuofa, cum obligatione tamen prædicta,
illud peccatum poftea confitendi: fi verò igno-
rantia tua fit vincibilis mortaliter mala, præfer-
tim crassa, vel affectata, Sacramentum erit nul-
lum ob novum peccatum mortale: non enim
facis ullo modo integram confessionem; qua-
re errore cognito, tota illa confeflio repeten-
da erit.

§. II.

Integritas materialis non est de essentia,
sed de præcepto.

I. **E**Xpreffio fcilicet omnium peccatorum³⁵⁷
in fpecie, & numero per fe directè non
X 5 spe-

spectat ad essentiam seu necessitatem Sacramenti, quasi Sacramentum Poenitentiae nunquam consistere possit, nisi integra omnium peccatorum confessio fiat, ut modò supra dictum & probatum est, sed per se spectat ad necessitatem præcepti Divini, atque per se necessaria est de præcepto Divino mox assignando *quest. seq.* At tamen hujus ipsius præcepti voluntaria transgressio, cum scilicet posses ac deberes, non tamen exprimis omnia tua mortalia, sed unum, vel plura culpabiliter omittis: cum eò ipso tollas etiam integritatem formalem, indirectè redundat in defectum essentialem Sacramenti, ut nimirum validè non suscipiatur ob novum peccatum mortale sacrilegii; *ut supra N. I.* dictum.

358 II. Eadèmq̃ue integritas confessionis per se necessariò intelligitur respectu unius confessionis & unius Confessarii, sic, ut confessio omnium peccatorum in specie & individuo, per se loquendò necessariò faciendà sit apud unum eundèmq̃ue Confessarium: quanquàm per accidens quandòque dimidiari possit confessio, in casibus nimirum, in quibus sufficit integritas formalis tantum. *Omnes cum D. Thoma suppl. q. 9. a. 2.* Ratio est: quia cum humilis confessio peccatorum sit proxima materia, quæ absolutioni sacramentali subjicitur, congruum est, ut sicut non unum peccatum sine altero, sed omnia peccata simul remittuntur per absolutionem, ita non unum sine

nè altero, sed omnia mortalia peccata simul per confessionem uni eidemque Sacerdoti absoluturo manifestentur, per se loquendò, si nihil obstet, ut dictum.

III. Ex hoc ipso consequens est, ut si quis 359 ob moralem impossibilitatem unum vel plura mortalia particulatim non explicarit: ea postea cessante impedimento explicare debeat: eò quòd absolutio de iis directè & secundùm speciem data non sit, sicut natura & institutio hujus Sacramenti postulat: ut ex communi bene notat Layman l. 5. tract. 6. c. 8. n. 1. *fine*.

§. III.

*Omnium peccatorum mortalium in specie,
& numero.*

Quoad dictam integritatem confessionis, 360 quam omnia sint necessariò deferenda ad sacrum Tribunal proponit. S. Synodus Tridentina sess. 14. c. 5. his omninò verbis:

I. *Constat Sacerdotes equitatem in pœnis injungendis servare non potuisse, si in genere dantaxat: & non potius in specie, ac sigillatim fideles sua peccata declarassent. Ex his colligitur oportere à fidelibus omnia peccata mortalia, quarum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri: etiam si occultißima illa sint, & tantùm contra duò ultimæ Decalogi præcepta commissæ, &c. Et paulò post:*

361 II. Colligitur praterea, etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant: quod sine illis neque peccata ipsa integrè à Pœnitentibus exponantur, nec Judicibus innotescant, & fieri nequeat, ut de gravitate criminum rectè censere possint, & pœnam, quam oportet, pro illis, Pœnitentibus imponere, &c. Et tandem post pauca subdit

362 III. Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, universim eadem confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus. *Ab occultis meis munda me Domine.* Hactenus Concilium quantum ad nostrum propositum: paucis quidem lineis, sed non paucis seorsim explicanda distinctis quæstionibus seqq. 2. 3. 4. & tria potissimum. 1. Quæ peccata in specie confitenda? 2. Quæ circumstantiæ necessariò explicandæ in confessione? 3. Quis numerus peccatorum exprimendus? ante omnia autem illa maximi momenti clausula ad integritatem confessionis servandam necessariò prærequisita explicanda est: *quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, seu ut nos locuti sumus.*

§. IV.

Post diligens examen memoriæ occurrentia.

363 **C**ertum est, confessioni actuali per se loquendò præmittendum esse examen diligens, serium

serium, accuratum, seu, ut loquitur *Tri-*
dent. cit. diligens sui discussio, secundum omnes.
 Ratio clara est: qui enim tenetur ad finem,
 tenetur adhibere media necessaria ad illum finem.
 Cum ergo obligemur præcepto Divinò aperire omnia, per quæ Divinam Majestatem mortaliter offendimus, nequeamus autem hoc præstare communiter loquendò, nisi probè excutiamus latebras conscientiæ nostræ, id omninò præstare tenebimur per se loquendo.
 Per accidens autem id necessarium non est. Ut quando quotidie annotas, quæ quovis die deliquisti: aut post confessionem eodem die relapsus graviter, statim recurris ad confessionem: aut quando moraliter certus es, te à proxima confessione non deliquisse mortaliter. Certè in timoratis & sæpius confiteri solitis sufficit diligentia modicissima: ii enim, si peccassent mortaliter, ob oculos certè peccatum semper haberent, inquit peraptè Thomas Tamburinus *l. 2. Decalogi cap. 3. §. 8. n. 9.* De iis ergo, qui sciunt, vel saltem prudenter dubitant, se peccasse mortaliter sæpiùs, aut rariùs: videndum est, quanta diligentia requiratur ad hoc conscientiæ examen de peccatis. Dico ergo:

I. Non requiritur diligentia summa & stric-³⁶⁴
 tissima, qualem cautissimus quisque in re maximi momenti adhibere posset, hoc enim nimis difficilè foret, & meritò redderet Sacramentum hoc tam necessarium valdè odiosum:
 caven-

caendum autem est, ne poenitens obligetur ad diligentiam tam accuratam, ut ob hoc ei Sacramentum reddatur grave vel odiosum, deturque occasio hæreticis calumniandi illud carnificinam animarum, ut inquit Tridentin. *loc. cit.* Requiritur ergo, & sufficit diligentia mediocris, qualem communiter homines prudentes in re seria ad memoriam revocanda adhibere solent. Scotus in 4. d. 17. q. unica n. 2. sic determinat debere esse. *Inquisitionem diligentem secundum possibilitatem fragilitatis humana, qualem inquisitionem homo faceret circa negotium arduum, quod ipsi multum cordi esset.* Sic Scotus. Et docet communis DD. cum Suarez *disp. 22. sect. 11.* Tanner. *hic q. 7. n. 37.* Layman *cit. c. 8. n. 5.* Ratio jam data est. Addit Suarez ibidem: quamvis poenitens sciat se à Confessario diligenter examinandum esse, adhuc tamen aliquam (etsi minorem, quam si putaret se non examinandum esse) debere adhibere diligentiam in se examinando; alioquin exponeret se magno periculo vel perperam respondendi maximè quoad circumstantias, & numerum; aut aliqua omittendi penitus, cum Confessarius etiam diligenter examinandò vix possit Divinare omnia tua.

365 II. Mediocritas ista sufficiens examinis defumenda & mensuranda est, spectatis circumstantiis personæ, moræ, temporis à proxima confessione; negotiorum, quæ tractavit; occasionum, in quibus versatus est, & peccatorum

gene-

generatim conscientiam pullantium. Nam (ait Layman *cit.*) minore examine indigent, qui frequenter, quàm qui rarò confitentur. Item qui multis negotiis aut commerciis cum occasione peccandi junctis, impliciti sunt, quàm qui vitam quietam agunt. Denique rudes & imperiti adhibere non possunt tam exactam sui discussionem, sicut docti & intelligentes: quomobrem illi Confessarii examine juvari debent. Sic Layman plures legendos allegans. Concordat Gobat *cit. n. 490.* addens; examen durans uno horæ quadrante censetur mediocre, adeoque judiciò prudentis sufficiens respectu adolescentis timorati ab ostiduo non confessi: estò nequeat nominari mediocre, adeoque nec sufficiens respectu variis, gravibusque criminibus, præsertim cogitationum, impliciti. Quamquàm si hic ipse valdè collectò animò impendit illum totum horæ quadrantem, fieri potest, ut pronuntietur usus mediocri diligentia, &c. Secus, si sit mentis admodum vagæ. Sic ille: *ibidem num. 498.* addens præxim compendiosam examinandi conscientiam à longiori tempore, v. g. mediis, vel quadrantis anni: ut nimirum consideret trina tempora, id est, unum diem profectum, quid in illo fecerit: eadem erit ratio de aliis. 2. Unum similiter diem festum 3. Tempora extraordinaria itinerum, negotiorum, nuptiarum, conviviorum, occasionum, &c.

§66 III. Mediocris ista diligentia adhibita sufficit, etiamsi quis existimet fore, ut plura occurrant sibi fortè peccata mortalia, si longiori tempore majorem extraordinariam diligentiam adhiberet in examinando: ut infirma sit consequentia: fortè plura occurrent, si amplius inquisero: ergo teneor plus inquirere. Tambur. *cit.* Lugo *de Pæn. d. 16 sect. 15. n. 59.* Gobat *num. 496.* alii apud ipsos. Quia alioquin homo nunquam foret quietus, & adigeretur ad diligentiam summam, contra dicta suprâ initiò. Unde neque tenetur quis confessionem suam scribere, etiamsi timeat, ne fortè aliqua mortalia in confitendò excidant memoriæ, ut ex communi dicam *sect. seq.* ubi de confessione secreta. Quare ulterius, si tua conscientia tibi testetur, esse à te adhibitam diligentiam talem moralem mediocrem, judica validam & fructuosam tuam fuisse confessionem, & si aliqua exciderunt vel omissa sunt, censentur esse omissa inculpabiliter. Unde neque teneris ulterius cogitare de antea acta vita, sed securus maneat te satisfecisse. Et si quid occurrat, quod non videtur expressum in confessione, cum adhibueris sufficientem diligentiam moralem, præsumere & persuadere tibi poteris, etiam cum cæteris esse confessum: uti cum aliis docet Diana *p. 3. tract. 4. resol. 107.* Secus esset, si omnibus consideratis, maneat simpliciter dubius, an peccatum à te certo factum, reverà confessus sis, nec ne: tunc enim, cum in eo dubio

dubio possessio stet pro confessione, certò teneberis illud confiteri: sicut & quando certò deprehendis peccatum aliquod antea commissum non fuisse à te confessum, res certa apud omnes.

IV. *Contrà*: non tantum illicita, & infructuosa, sed etiam invalida est confessio non integra ex defectu examinis mortaliter culpabili: omisso scilicet uno, vel pluribus peccatis mortalibus ex defectu & negligentia in examinando mortaliter culpabili, præsertim crassâ vel affectatâ, cum quis scilicet pluribus peccatis mortalibus obnoxius, nullâ profus vel quasi nullâ adhibitâ diligentia reminiscendi, aut etiam ex proposito nolens inquirere, confitetur, & sic peccata omittit: cum Concilium requirat diligens examen, diligentem sui discussionem: quare talis Confessio quoad mortalia tota repetenda erat, unâ cum mortali illa negligentia sacrilegii causâ, juxta communissimam Theologorum Sententiam *secl. seq.* expresso tradendam in quæstione, quando confessio invalida & reiteranda sit. Secus est, si negligentia fuit levis & venialis tantum. At quis, unde hoc ipsum discernam? dum post confessionem occurrunt mihi peccata omissa, an negligentia mea in examinando fuerit gravis & mortalis, adeoque examen insufficient: & sic tota confessio repetenda? an verò fuerit negligentia levis & venialis tantum, & examen adhuc sufficiens, ut proinde non tota confessio reiteranda, sed illa duntaxat peccata omissa oc-

currentia denuò confitenda? Certè rem difficilem postulas. Placet iudicium & velut regula tradita à Nugno & aliis apud Dianam p. 2. *tract. 3. miscel. resol. 31.* Si post confessionem peractam plura peccata mortalia memoriæ occurrant, quàm in confessione fuerint explicata, non fuit diligentia sufficiens, negligentia mortaliter malà, tota confessio repetenda. Si autem occurrant aliqua sed multò pauciora, quàm confessa, credendum est, diligentiam fuisse sufficientem ad valorem Sacramenti, unde homo obligatus non est ad confessionem iterandam. Satis est, si de omissis se accuset, & de negligentia, ad cautelam. Sicilli. Quid si autem peccata confessa & omissa sint æquè multa vel plus minus; Nimis curiosus es. Dico tamen valorem confessionis fore dubium, ideò necessariò repetendam totam: salvo meliori iudicio: nam aliam resolutionem apud meos non inveni.

QUÆSTIO II.

Quenam peccata necessariò confitenda?

SUMMARIUM.

369. *Jure Divino confitenda sunt omnia mortalia in specie.*

370. *An, & quando in confessione generalis quis dicere debeat,*

Sect. I. Qua necessariò confitenda? 339

debeat, hoc vel illud mortale jam esse, vel non esse confessum, vel de nobis commissum?

371. *Ad confitenda venialia nullum est, vel obligat præceptum,*
372. *Per se loquendò,*
373. *Ne quidem Ecclesiasticum confessionis annua.*
374. *Et si tunc consultissimum sit fidelibus.*
375. *An Ecclesia possit præcipere confessionem venialium?*
376. *Explicanda sunt omnia moralia in specie morali, seu secundum malitias specie diversas?*
377. *Idque in specie infima.*
378. *Quantum fieri potest,*
379. *Qualiter hic agendum cum rudibus?*
380. *Explicanda sunt peccata tam interna,*
381. *Quàm externa,*
383. *Non tamen eorum effectus ordinariè, & per se loquendò,*
384. *Plerùmque tamen expedit, & sæpè necessarium est, eos explicare.*

A S S E R T I O.

OMnia, & sola peccata mortalia post Baptis-
mum commissà, tam interna, quam exter-
na ipsarum actionum liberarum, non item ha-
rum effectus naturales (per se loquendò) in spe-
cie morali & infima, quantum fieri potest, ne-
cessariò exprimenda sunt in confessione, ipso jure
Divino. Certum apud omnes Catholicos.

§. I.

Omnia peccata mortalia in specie &c.

Ipsò jure Divino omnibus post Baptismum
lapsis necessaria est confessio omnium pec-
cato-

catorum mortalium in specie facienda Sacerdoti, quatenus adhibitâ morali diligentia, fieri potest. Certum de fide Catholica, definitum in variis Conciliis, & novissimè Tridentino *sess 14. c. 4. & Can 7.* Fundatur in verbis Christi Joan. 20. *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Quò locò, juxta unanimes Ecclesiæ antiquæ, ac SS. Patrum Sententiam, duo concluduntur. *Unum*, quòd Apostoli, eorùmque Successores, Episcopi, & Presbyteri à Christo potestatem acceperint, ut velut Judices, ac Ministri Christi peccata remittant, & gratiam sanctificantem conferant nomine & autoritate Christi. *Alterum*, ad hanc remissionem peccatorum à Christi Ministro, ac Vicario Sacerdote obtinendam necesse esse, ut pœnitens peccata omnia mortalia, etiam occulta coram Sacerdote in specie particulatim explicet. Textus SS. PP. pro utràque parte, post Bellarminum & alios ad longum optimè recitat Layman *edit. Lugdun. l. 5. rr. 6. cap. 5.* Facilius tamen in ipso vel aliis leges, quàm ego describam. Sufficiant verba gravissima Tridentini Concilii cit. *cap. 5. Universa Ecclesia semper intellexit institutam etiam esse à Domino integram peccatorum Confessionem: & omnibus post Baptismum lapsis jure Divino necessariam: Quia Dominus noster JESUS Christus è terris ascensurus ad Cœlos, Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit tanquam Præsides, & ju-*
di-

dices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in qua Christi fideles ceciderint: quo potestate clavium remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronuntient. Constat enim, Sacerdotes iudicium hoc, incognitâ causâ exercere non potuisse, neque equitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere duntaxat, & non potius in specie & sigillatim sua ipsi peccata declarassent. Hactenus S. Synodus, simul optimè dans rationem hujus veritatis. Et exprimens de fidelibus post Baptismum lapsis, seu de peccatis post Baptismum commissis: & adde etiam de peccatis mortalibus nunquam ritè confessis, juxta dicta c. 1. n. 26. de materia remota Sacramenti Pœnitentiæ.

§. At hic incidenter dubitari potest: 370
an hoc ipsum etiam in confessione explicandum sit, peccatum aliquod mortale esse nunquam confessum, seu de novo commissum: utpotè in confessione generali? Resp. Non esse necessarium, per se loquendò. Quia peccatum est idem sive confessum sit, sive non confessum: & tempus commissi peccati, antiquum, vel recens non se habet ex parte peccati sed merè ex parte Pœnitentis. Unde qui generaliter confitetur, potest sinè alia explicatione antiquis jam confessis admiscere nova recens commissi, etiam studiò, ad tegendum tempus, ne Confessario innotescat: quia utitur jure suo. Ita post Suarez, Coninck, Sanchez, alios, Tamburin. *opusc. Exped. Confessionis* l. 2. c. 1. Di-

xi autem: *per se loquendò.* Nam aliquando ex particulari ratione erit necesse id explicare: ut pote, quando Pœnitens est in proxima occasione peccandi: tunc enim is debet explicare tempus præsens, ut scilicet Confessarius eum obligare possit ad eam evitandam, aut sinolit, à beneficio absolutionis excludere. Item, quando peccatum esset reservatum tempore præsentis, quando commissum est, antea verò non erat reservatum: utique dõbebit explicare Pœnitens tempus commissi peccati, ut videatur, an Confessarius habeat jurisdictionem: secùs si constet jam ipsum habere jurisdictionem seu facultatem absolvendi à reservatis. Denique; quamvis Pœnitens non teneatur explicare tempus peccati commissi, non potest tamen positivè dicere, esse peccatum antiquum, cum tamen sit recens: quia tunc non explicaret suum delictum recens, quod commisit, sed aliud antiquum, quod non fecit: & sic non confiteretur omnia peccata sua mortalia, quod est sacrilegium & mendacium in re gravi, quare non sunt audiendi oppositum sentientes, idque mendacium in re levi censentes: ut bene Tamburi-
nus loc. cit.

§. II.

Sola Peccata mortalia.

271 **N**ullum enim est præceptum, nec Ecclesiasticum quidem, obligans omnes fideles ad
con-

confessionem peccatorum venialium. Communissima jam Theologorum cum D. Thoma & Scoto in 4. d. 17. q. un. (contra D. Bonaventuram, Abulensem, Richardum, alios arbitratos de facto præceptum confessionis annuæ obligare ad confessionem venialium eos, qui nulli mortali sunt obnoxii. Sed antiqua pietas antiquata est.) Docet perspicuè Concilium Tridentinum *sess. 14. c. 5.* absolute dicens. *Venialia, quibus à DEI gratia non excludimur, & in qua frequentius labimur, quamquam rectè & utiliter, citràque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat, taceri tamen circa culpam, multisque aliis remediis expiari possunt.* Jam particulatim.

I. Nullum extare tale præceptum Divinum 372 obligans per se ad confessionem venialium, apud omnes in confesso est: ubi enim illud? Dico tamen *per se*. Per accidens enim videris obligari ad confessionem venialis, si existens in mortali crimine debeas administrare Sacramentum aliquod conficiendò, & rationabiliter dubitans, an sis verè contritus, non habeas copiam Confessarii approbati, sed tantùm Sacerdotis simplicis; teneberis (ait Gobat. Alphab. Confit. n. 250.) confiteri ipsi aliquod veniale, ut ex attrito fias contritus. Sic iste. Sed ego dico: *videris obligari*: ob dicenda in simili de casibus reservatis.

II. Neque præceptum Ecclesiasticum an- 373

nuæ confessionis obligat ad confessionem venialium, etsi nullius mortalis sis conscius: Nam Concil. Lateran. *c. utriusque*, manifestè solum loquitur de mortalibus: præcipit enim, ut *omnia* sua peccata semel in anno confiteantur: at nimis gravem obligationem imposuisset confitendi omnia & singula venialia singulis annis, quòd nulla lege humanâ præcipi potest ob moralem impossibilitatem. Et *ratio* est: quia intentio Concilii Lateranensis & Tridentini non fuit, novam in substantia confessionis peccatorum obligationem fidelibus imponere; sed eam tantum, quæ ex Divino jure, & institutione Christi descendit, ad certum tempus determinare: atqui nullum Christi, seu Divinum præceptum extat confitendi venialia, ut concors est DD. Sententia: quia, ut Tridentinum ait: *Multis aliis remediis deleri possunt ergò &c.* Ethinc

374 III. Tamestsi consultissimum sit fidelibus, si tempore Paschali nullius peccati mortalis conscii sint, venialia confiteri, (ut merito habet communissima praxis) tum, ut Sacramenti gratiam percipiant: tum etiam, ut si commissi peccati mortalis obliti, vel inscii sint (quod sanè frequens) neque satis contriti existant, per Sacramentalem absolutionem Justificentur: tamen ad hoc ipsum simpliciter non obligantur. Interim Ecclesiæ consuetudine receptum est, ut fideles omnes ante Communionem Paschalem Sacerdoti proprio, vel alteri delegato se-
 sistant:

sistant: etsi mortaliter nunquam peccasse se asseverent, super ea re Sacerdotis examini se subiciant: At, si re verâ non peccarint mortaliter, ad confessionem venialium cogi non possint, juxta communem DD. apud Layman *hic c. 5. n. 12.* Et observavit etiam Scotus *locò citatò.*

V. Quæstio speculativa est, utrum Ecclesia possit præcipere, aut de facto jam aliquibus Religiosis præceperit confessionem sacramentalem solorum venialium? Negativam tenent *Sylvester, Sorus, Henriquez, Rodriguez* noster, alii: eò, quòd Ecclesia non possit mutare institutionem Christi: qui in hoc Sacramento pro materia necessaria venialia non instituit. Sed vera est sententia affirmativa apud Layman *cit.* meòsque omnes. Et de facto Ecclesia præcepit Monachis Benedictinis *Clementina. Ne in agro dominico: de statu Monachorum:* ut singulis mensibus tam in Monasteriis, quàm extra, saltem semel accedant omnes & singuli. Et in quibusdam aliis Religionibus statutum viget sub mortali obligans, ut omnes singulis mensibus vel quindennis confiteantur &c. Quæ sæpè intelligi non possunt de confessione mortali tantum, in quæ Religiosos omnes toties relabi non est credibile, sed absolute de confessione Sacramentali, seu mortaliu seu venialium. Et ratio est: quia si ad ejusmodi opera pœnitentiæ quisque proprio voto & consensu se obligare potest, ut omnes fatemur: cur

non etiam ab Ecclesia, vel Ordinis Prælati, aut Capitulo Generali de ea re constitutio fieri? Tandem rectè observavit Vasquez *in 3. p. q. 90. a. 2. n. 15. dub. 2.* Verba Christi Jo. 10. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*, tamquam favorem, seu gratiam continentia, ad omnia etiam venialia peccata extendenda esse, quandoquidem & hæc idonea materia absolutionis sint: Verba autem sequentia: *Et quorum retinueritis, retenta sunt*, tanquam quid onerosum importantia, ad sola mortalia referri posse: quandoquidem hæc solâ potestate clavium retineri, seu reservari possint, ut sinè ea, vel ordine ad illam remitti nequeant. Secus est de venialibus.

§. III.

Omnia mortalia in specie morali, & infirma, quantum fieri potest.

376 I. **I**N specie morali. Non enim peccata explicanda sunt secundum species physicas actuum & objectorum, sed secundum species morales, id est, secundum malitias formales, ac deformitates, seu oppositiones contra certas virtutes, vel leges: seu, quod idem est, explicanda sunt peccata non *materialiter*, secundum physicas diversas entitates actuum, sed *formaliter* secundum diversas specie malitias. Exèmpli gratia: Furatus es Titio 100. aureos in pecunia, equum valentem 50. fl.

vaccam valentem 12. fl. Non opus est, istas
 physicas species explicare : satis & abundè est
 dicere : commisi tot furta mortalia , singula
 tanti valoris. Omnia enim sunt ejusdem spe-
 ciei moralis , injustæ læsionis proximi in bonis
 fortunæ , contra justitiæ virtutem , etsi materia-
 liter & physicè diversissima. Similiter inebriâ-
 sti te vigesies : decies in cerevisia , sexies in vino ,
 ter in mulso , semel in vino adulto &c. insulsè sa-
 tis hæc specificares. Admodùm sufficit , toties
 voluntariè me plenè inebriavi &c. At contra ,
 sexies furatus vinum pretiosum , eo te inebriâ-
 sti? actus physicè propè idem est : at moraliter
 jam duas specie malitias , furti contra justitiam ,
 & ebrietatis contra temperantiæ virtutem con-
 tinet , & in confessione explicare debes. Et
 ita in innumeris aliis. Fundamentum commu-
 nis , & certæ doctrinæ petere debes ex materia de
 peccatis ; eorùmque differentia , seu distinc-
 tione specifica.

II. In specie morali *infima*. Non enim suf-
 ficat confessio mortalium , aut in genere tan-
 tum , dicendò ; Toties peccavi mortaliter :
 aut solum in genere proximo seu specie subalter-
 na contra generalem aliquam virtutem : v. g.
 peccavi toties contra Religionem , contra justiti-
 am , contra temperantiam , castitatem &c.
 sed in sua propria specie infima quodlibet pec-
 catum explicandum est. v. g. semel blasphe-
 masti , votum violasti , falsum jurasti , die festo
 Sacrum neglexisti. Non satisfacies dicendò :
 Pec-

Peccavi quater contra virtutem religionis, sed singula explicare debes. Singula enim sub una generali virtute Religionis penes diversos modos inhonorandi DEUM, diversas species infimas constituunt: *Simillimè*. Titio furatus es equum: eum injustè infamâsti de crimine occulto; & insuper obvium graviter percussisti, vel vulnerâsti: non satisfacis dicendô: Peccavi ter contra justitiam: hæc enim tantum est species subalterna: sed specificare debes in infima specie: proximo furatus sum tantum: ei detraxi in re gravi: graviter percussi, vel vulneravi. Etsi enim omnia sint contra eandem generalem virtutem justitiæ, attamen penes diversos modos lædendi proximum in bonis diversi ordinis, fortunæ, famæ, corporis, tres diversas species infimas constituunt. Idem exemplificare potes in materia temperantiæ, castitatis &c. Et specialiter: non satis confiteris dicendô. Exposui me proximo periculo peccandi mortaliter: vel peccandi contra justitiam, castitatem &c. Debes enim explicare species peccati mortalis, cujus committendi periculo te exposuisti, cum hæc expositio sit ejusdem cum illo peccato speciei. Ita ex claris satis verbis Concilii Tridentini supra initiô allegatis allati: *in specie ac sigillatim*. Communissima DD. ac Recentiorum omnium. Etsi contrâ sentiant Cajetanus, Canus, & Navarrus, rati non esse explicandas species ignotas mediocriter doctis, eò, quod tales non variant iudicium Confessarii,

neque exigant specialem medicinam. Quam sententiam Vasquez cit. q. 91. a. 1. dub 1. merito nominat falsissimam & repugnantem verbis Concilii Tridentini: nisi tamen restringatur ad illos, qui illas species quoad malitiam non distinguunt, ex opinione vel ignorantia. Et hinc addidi.

III. *Quantum fieri potest.* Nam qui certus est, ³⁷⁸ se peccasse mortaliter, sed vel non intelligit, vel non potest reminisci, in qua specie infima; sed solum in genere vel specie aliqua subalterna: v.g. scio me præter hæc enumerata, adhuc patrâsse aliquod mortale, cogitationi alicui malæ consensisse, aliquid noxium dixisse: sed prorsus jam ignoro, quid fuerit, in qua materia, contra quam legem, contra quam virtutem, &c. Aut: commisi certò aliquod peccatum contra iustitiam, sed recordari non possum, quid fuerit, an detractio, contumelia, fraus, &c. & satisfacit, & debet hoc ipsum explicare in confessione, cum hæc sit sufficiens, imò necessaria materia confessionis Sacramentalis, & absolutionis: juxta communem DD. cum D. Thoma supra. Navarrus c. 10. n. 7. Layman c. 8. n. 7. Suarez *diff.* 23. *sect.* 1. Addens eum, qui non habet aliquod peccatum mortale in specie, quàm quod in genere sciat, se peccasse mortaliter, non obligari addere illi peccato mortali generico illud speciale peccatum etiam veniale: cum illud: ut modò dictum, jam sit materia sufficiens: ibidèmq; n. 10. rectissime subdens.

dens. Licet homo absolute non teneatur species peccatorum venialium confiteri, tamen suppositò, quòd velit confiteri, tenetur ad exhibendam materiam certam, si potest: & idè debet aliquod peccatum veniale in particulari suò arbitriò confiteri. Sic ille. Et quamvis non sit reprehendendus, qui confitetur venialia in specie subalterna: v. g. peccavi venialiter contra cultum Divinum: ejusmodi confessio sit sufficiens ad valorem Sacramenti, & probabiliter etiam licita: id tamen in praxi non sequendum, sed temper aliquod peccatum veniale in specie infima addendum esse juxta doctrinam Suarez, rectè monet Gobat *supè cit. casu 14. n. 341.*

379 IV. Ergone rudes illi homines, qui confitentur se peccasse, aut esse peccatores, sed examinati à Confessario ne unum quidem veniale secundum speciem explicare possunt, rectè absolventur? R. Positò talem hominem verè esse attritum de peccatis suis in genere; sed ob ruditatem vel simplicitatem nullum in specie recordari, vel explicare posse: validè quidem absolvetur (æquè ac in articulo mortis, etiam licitè) Et speculative loquendò, fortè etiam licitè, uti probabile asserit Dicastillus *hic d. 9. n. 160.* Sed in praxi certè non est locus huic speculationi extra articulum mortis. Quare, si etiam tempore Paschali obtingat tibi Rusticus, à quo nihil possis extorquere vel emungere, quàm quòd dicat, se miserum peccato-

rem, aut peccasse cogitatione, verbò, & opere: dicas ipsi: ergò si nihil aliud velis fateri, non possum te absolvere, vade vias tuas. Ita ex communi sensu & praxi DD. Layman *cit. c. 8.*

n. 7. Ratio est: quia Pœnitens volens Sacramentaliter confiteri, omnium consensu, si possit, semper debet aliquod peccatum veniale saltem in specie confiteri, ut Sacramentum congruentius & certius administraretur: atqui, quòd hoc Pœnitens quantumvis rudis, præsertim à Confessario instructus, possit; semper præsumendum est: cum nemo sit tam rudis, qui apprehendere, & judicare nequeat, se in oratione negligentem fuisse, verbum otiosum, vel noxium locutum, &c. ergo, si id nolit, cum possit, tanquam indispositus ad Sacramentum, repellendus est.

Etsi verò ponamus (ait Layman *cit.*) Confessarium ex circumstantiis judicare, hominem tam rudem esse; ut nihil speciatim confiteri possit, tamen extra mortis periculum absolvere eum non debet, atque apertè illi dicere Sacramentalem absolutionem non conferri, sed suæ conscientiae relinquere, cum materiam Sacramenti, quantumvis examinatus, edicere nolit. Primò: quia hæc est praxis bonorum Confessorum. 2. Quia periculum est, ne talis homo propter ruditatem suam etiam vero de peccatis dolore careat, sed solum dicat, se peccasse, quia audivit, omnes homines peccatores esse. 3. Quia si supernaturalem dolorem habeat, justificari poterit

terit ab occultis peccatis suis per susceptionem Sacramenti Eucharistiæ. 4. Quia, si semel fateamur absolutionem extra extremam necessitatem conferri posse fidelibus nullum peccatum in specie explicantibus, eâ facultate abutentur Sacerdotes, contra Sacramentalis confessionis legitimam institutionem & usum. Sic Layman, cui cum aliis subscribit Gobat n. 361. Et ego.

§. IV.

Tam interna, quàm externa actionum moralium liberarum per se loquendò.

380 **I**nterna. Peccata alia sunt interna tantùm, quæ scilicet fiunt & consumantur in potentiis hominis internis, quæ vulgò dicuntur peccata cordis, utpotè voluntate, Intellectu, phantasiâ, appetitu sensitivo: Ut odium DEI, & proximi, hæresis, superbia, avaritia, imaginatio turpis, delectatio morosa venerea. Et hæc in sua quæque specie esse necessariò confitenda certum apud omnes, ex clarissimis verbis Tridentini: *Etiamsi occultissima illa sint, & tantùm contra duo ultima præcepta Decalogi commissa, &c.* Alia sunt peccata externa simul & interna (nam peccatum externum tantùm sinè interno voluntario implicare, aliunde nosse debes) quæ scilicet suppositò internò voluntariò, seu voluntate peccaminosâ, consumantur per exercitium potentiarum ac membrorum externorum, & vulgò dicuntur *peccata oris, & operis.* Ut blas-

blasphemia, perjurium, mendacium, maledictum: homicidium, furtum, fornicatio, &c. Et de his quæstio est, an debeam confiteri ipsas actiones externas, an sufficiat explicare solam internam voluntatem efficacem, v. g. *volui, vel tentavi* efficaciter occidere; an debeam dicere occidi, si reverrà à me homo occisus est? Et de his dicimus.

II. Necessariò explicanda sunt *peccata externa ipsarum operationum moralium liberarum*: quæ scilicet pendent ab actuali libero influxu malæ voluntatis, eoque influxu cessante seu revocante, vel renitente voluntate, statim cessant, ideòque propriè peccata sunt, ut verbum contumeliosum, lectio turpis, vel noxia, furtum, fornicatio, explosio sclopeti & cætera innumera, quæ pendent essentialiter à continuo actuali influxu voluntatis: ut quamprimum cessat velle, vel nolit, & quasi dicat ori, oculo, manui: cessa, noli loqui, legere, tangere, percutere, &c. statim in continenti cessabit actio, locutio, lectio, tactus, &c. Et hæc peccata externa ipsa, omnium DD. consensu, necessariò exprimenda sunt in confessione, ut minimè sufficiat solam confiteri internam voluntatem, *volui loqui, legere turpia, tangere, percutere: sed locutus sum, legi, tetigi, percussi, &c.* Ratio clara est. Quia omnia peccata mortalia jure divino necessariò explicanda sunt in confessione; illæ autem actiones externæ sunt propriissimè peccata, specie diversa ab internis tan-

tum : & explicatâ solâ internâ voluntate, minime explicatur tota substantia peccati, ejusque malitia. Ut si dicas : *volui furari, detrabere &c.* non explicas malitiam completam contra justitiam.

- 382 III. *Non item earum effectus, &c.* Jam sunt peccata externa plurima, in quibus per eundem actionem externam liberam sequitur aliquid aliud effectus, directe vel indirecte intentus, qui in suo fieri & esse non amplius dependet ab actuali influxu malæ voluntatis ; sic ut cum amplius impedire nequeat, quantumvis velit. Exemplo communi in homicidio, Sclopo emissâ glande trajicis hominem, unde is brevi moritur. Hic actio, quæ explosis, vel admoves ignem pulveri fistulæ imposto ; moralis ac libera est dependens ab actuali influxu tuæ malæ voluntatis, adeoque propriissime peccatum : at verò glandis transvolatio ad hominem, vulneratio, trajectio ad cor, vel cerebrum, indeque secuta alteratio humorum, suffocatio calorîs naturalis, separatio animæ à corpore, & verbò mors, sunt tantum effectus tuæ actionis peccaminosæ, & malæ pessimæ voluntatis & in se nullo modo sunt peccata, quia nullo modo liberæ, nec amplius à tua voluntate dependent, sed positâ tuâ primâ actione, scilicet explosione liberâ peccaminosâ, necessariò sequuntur, & moritur homo, seu velis, seu nolis ideoque nequaquam tunc amplius proprie peccas, cum ista fiunt, licet peccandò causa
 fue-

fueris, alioquin posses peccare in somno, imò in calo, vel inferno, si post explosionem indormias, aut cum, vel sine pœnitentia moreris, & postea primùm sequatur mors hominis. Clariùs exemplificare poteris in veneno præbito homini exinde postea mortuo, & similibus innumeris effectibus sive directè in se, sive indirectè tantùm in sua causa volitis: ut videre potes in materia de actibus humanis, de voluntario directo, & indirecto. Nunc subtiliùs quæritur, an per se necessarium sit in confessione explicare ejusmodi effectus, v. g. dicendò: Sclopò, vel venenò, &c. occidi hominem, & non sufficiat exprimere internam voluntatem & attentionem efficacem? Affirmant permulti DD. cum Sanchez l. 9. *Matrim. disp.* 45. Nos dicimus.

IV. *Per se loquendò non est necessarium explicare illos effectus externos actionum ac voluntatis mala, sed sufficit exprimere voluntatem & operationem ipsam efficacem.* Ita gravissimi DD. quos recitant & sequuntur Lugo *hic disp.* 16. *sect.* 9. *per totam Dianap. I. tract.* 7. *resol.* 6. Gobat *casu.* 14. n. 151. Layman ipse *lib.* 1. *tract.* 2. c. 3. n. 5. Ratio ex dictis patet. Quia divino & omni jure sola peccata sunt exponenda in confessione; atqui solum ipsa mala voluntas, & actiones illæ liberæ & immediatæ hominis; & nullo modo effectus isti secuti sunt peccata, quia nullo modo amplius sunt liberi, ut ostensum est: ergo non ipsi illi effectus, sed so-

lum voluntas & actio seu attentatio illa libera &
 efficax explicanda est in confessione per se lo-
 quendò: v. g. dicendò volens occidere sclo-
 pò trajeci hominem, gladiò confodi, causam,
 medium, vel consilium efficax dedi ad abortum:
 bibi ex voluptate animò me inebriandi &c. Et
 multò magis in effectibus indirectè & in sua cau-
 sa tantùm voluntariis sufficet explicare solum
 causam culpabiliter positam vel non ablatam,
 tacito effectu, ut in dictò exemplò. Delecta-
 tionis gratià bibi, prævisò periculò ebrietatis:
 Vigilans talem malam causam dedi prævisò pe-
 riculò pollutionis secuturæ in somno: tegu-
 lam è tecto dejeci perspectò manifestò vel pro-
 babili periculò hominem occidendi, & his si-
 milia sexcenta. Sic, ut per se ad confessio-
 nem plenam peccatorum opus non sit expri-
 mere, reipsà secutum esse homicidium, abor-
 tum, ebrietatem, pollutionem, &c. Quia, ut
 dictum est, quando illas actiones liberas exer-
 cuisti tantùm, nullò modò verò tunc, quando
 isti effectus secuti sunt, peccasti, & coram DEO
 neque majus, neque minus peccatum &, sive
 effectus talis sequatur, sive non: est potest fieri,
 ut eo tempore, quo effectus, v. g. mors ho-
 minis venenati sequitur, per pœnitentiam jam
 justificatus, & in DEI gratia (imò in Cœlo bea-
 tus) constitutus sis, quò statu est impossibile,
 te actu peccare. Atque hinc insuper, si ante
 effectum secutum v. g. mortem talis hominis,
 jam Sacerdoti confessus sis, te causam præbuissè

mor-

morti hominis, v. g. venenum propinasse, postea comperto effectu, non teneberis rursus confiteri Sacerdoti, homicidium revera evenisse: quia tunc nihil amplius peccasti, & sine causa imponeretur tibi onus gravissimum. Ut contra Suarez *cit.* recte docent Azorius *tom. I, l. I. c. 7. in fin.* Layman *cit. n. 7. ante finem.* Gobat *num. 353.*

Dixi semper *Per se loquendo*: Omnes enim ³⁸⁴ allegati DD. fatentur plerumque, expedire sine dubio, & subinde necessarium esse, explicare totum peccatum externum, ipsumque effectum secutum: utpotè homicidium commissum, abortum secutum, pollutionem factam &c. tum, ut magis intelligatur perversitas voluntatis, ac efficacia actionis seu attentationis, vel periculi ad talem effectum, tum maximè, ut intelligatur, an subsit obligatio restitutionis, an irregularitas, censura, reservatio contracta sit: hæc enim non ex sola mala voluntate, conatu, & attentione, sed ex tali peccato in effectu consummato incurruntur. Si enim solum confitearis, te præbuisse venenum Clerico necandi gratiâ: causam voluntariam dedisse abortui vel pollutioni &c. Secuto effectu non tolletur à te irregularitas, nec excommunicatio reservata, vel reservatio, si confitearis Sacerdoti non habenti potestatem in Reservata. Quod ipsum tamen nihil officit nostræ Sententiæ, quòd nimirum tales effectus homicidium, abortus, pollutio &c. vocentur peccata, & tam

graviter irregularitate, excommunicatione, reservatione puniantur. Nam vocantur peccata figuratè, quia peccatò fiunt, tribuendò nomen causæ effectui: & puniuntur non tam propter se, quàm propter perverſam voluntatem, à qua proveniunt: quamvis illa sola perverſa voluntas vel attentatio, applicatio mediolorum, sinè effectu secuto non ita puniatur, ut leges ipsæ expriment: quia non ipsa sola perverſa voluntas, attentatio in se, sed solùm cum effectu secuto maximè Republicæ & Bono communi nocet: & aliàs oporteret nimis sæpe tam graves pœnas irrogare, si sola voluntas, vel attentatio mala semper plectenda esset.

QUÆSTIO III.

*An etiam Peccata dubia, ut dubia
confitenda sint?*

SUMMARIUM.

386. *Certus de peccato & dubius de confessione, confiteri illud obligatur. Item*
 387. *Qui cum dubio practico de mortali aliquid egit, vel omisit, id confiteri obligatur.*
 388. *Secus est, si dubium ante operationem prudenter deposuit.*
 389. *Dubium juris, facti, negativum, positivum &c.*
 390. *Peccata merè & verè dubia non esse necessariò confitenda, docent multi.*
 391. *Sententia tamen opposita affirmativa, dubia ut dubia esse necessariò confitenda, practice omninò vera ostenditur, Usque ad n. 193.*
 396. *Solvuntur fundamenta contraria.*

397. Peccatum confessum ut dubium, postea non denuo repetendum est ut certum.

Qualiter peccata dubia sint materia suffi-
ciens Sacramenti Pœnitentiæ quoad vali-
dam, & licitam absolutionem jam dixi *c. 1. a.*
n. 54. Hic quæritur, an etiam sint materia ne-
cessaria: ut si dubites, an aliquod peccatum mor-
tale commiseris; v.g. an heri vesperas omiseris:
an cogitationi rorosa venereæ consense-
ris &c. id ipsum tenearis sub dubio necessariò
confiteri.

§. I.

*Explicatur dubium, & certa suppo-
nuntur.*

Quicumque recordatur & certus est, se ali-
quod peccatum mortale commississe, du-
bitat autem, an illud, vel gravem ejus circum-
stantiam, præsertim speciem mutantem, aut
numerum, ritè confessus sit; ita ut nec proba-
biliter judicare possit, se præcepto & debito
confessionis satisfecisse, certè tenetur illud pec-
catum adhuc confiteri, secundùm omnes. Quia
possidet certa lex confessionis contra dubi-
tantem de impletione. Idèmq; dicendum
videtur ex communi Sententia, quando quis
scit se peccasse generatim, seu actum à se com-
missum, vel omissionem aliquam fuisse pecca-
tum, dubitet autem, an fuerit mortale vel
veniale. Quia per ipsum actum peccamino-
sum spoliavit se possessione suæ innocentia &

libertatis, & subiecit se legi confessionis, saltem in ordine ad judicandam causam suam. Quamquàm id negent à fortiori Authores §. 2. citandi.

387 II. Certum item est apud omnes, eum, qui commisit actum, vel omisit aliquid cum dubio concomitante pratico, actu scilicet dubitans, sitne illud agere vel omittere peccatum mortale, nec ne? eum tanquam captum, peccatum mortale sine dubio confiteri debere: quia cum tali dubio operans, cum eò ipsò se exponat proximo periculo peccandi mortaliter, eò ipsò certè peccavit mortaliter ex communi & certa doctrina in materia de conscientia. Eademque est ratio, si quis actu consistens, practicè dubitaret, an teneatur aliquod peccatum sub mortali confiteri, vel gravem ejus circumstantiam exprimere, manente dubio, tenebitur exprimere; alioquin reticendò, rursus peccabit mortaliter, quippe voluntariè se exponens periculo sacrilegii & nullitatis Sacramenti implicità velut conditione: *Etiamsi teneat, nolo.*

388 III. Certum etiam est, dubia merè antecedentia, vel subsequentia actum, sed ante actum, vel ante confessionem prudenter deposita, non esse confitenda: quia tunc nullum ibi est peccatum dubium. Exempli gr. dubitas, an tali die indictum sit jejunium, ideòque tenearis abstinere: si, antequàm comedas, te resolvas, sive speculativè, non esse jejunium: sive

Sect. I. An peccata dubia confitenda? 361

sive saltem practicè, licere scilicet ob causam non jejunare, etiamsi indictum esset jejunium: Quamquàm etiam illud dubium post comestionem vel violatum jejunium resurgeret, & denuò dubitares, an reverà fuerit sufficiens causà excusans te à jejunio, & idèò an peccaveris nec ne? sed rursus te resolvas ut priùs, dubiùmque deponas ante Confessionem, nihil teneberis confiteri: quia sic rationabiliter depositò dubiò, nullum agnoscis peccatum.

IV. Quæstio ergo & difficultas tota est de 389
dubio sublequente & perseverante, quo quis simpliciter dubitat, an peccaverit mortaliter: sive illud sit 1. *dubium juris*: ut an heri fuerit indictum jejunium: an justam causam illud solvendi habuerit, &c. sive 2. *dubium facti*: ut, an heri excedens in potu plenè ebrius fuerit, an Vesperas omiserit; an tentationi habitæ consenserit, modò tamen 3. fuerit *dubium simpliciter*, & ut vocant, *negativum*, quando nimirum intellectu suspenso inter utramque partem nulla occurrit ratio probabilis judicandi pro hac, vel pro altera parte, seu quòd reverà deliqueris, vel non deliqueris mortaliter: nam, 4. quando est *dubium positivum*, ex eo, quòd sint rationes verè probabiles pro utraque parte, & esse, & non esse, commissum peccatum mortale; jam rursus ab obligatione confitendi, te absolvit communis DD. Sententia in materia de *conscientia*, vel *opinione probabili*: quia scilicet inter opiniones utrinque verè probabiles, licèt

tibi sequi quamlibet, etiam tibi magis faventem.
His ita prænotatis

§. II.

Sententia negativa proponitur.

390 **P**eccata merè, & verè dubia non esse neces-
sariò confitenda, docuit Ægidius Co-
ninck tom. de Sacramentis. disp. 7. dub. 8. con-
clus. I. dicens: *Ad hoc, ut peccatum teneat
confiteri, requiritur, ut saltem probabiliter
possim judicare, me peccasse, &c.* Et latè defen-
dit Joan. Caramuel à LochoWiz in sua Theo-
logia morali l. 3. disp. 4. n. 14. 81. Consentit
noster Marchant *Tribun. p. I. tract. 5. tit. 4. q. 5.
conclus. 1. & 2.* Et probabile judicant Præ-
positus, & Amicus apud Bardi *cit. num. seq.* Fun-
damenta sunt. I. Concilium Tridentinum *sess.
14. c. 5.* solum exigit à Pœnitentibus omnia
peccata mortalia, quorum post diligentem sui
discussionem, conscientiam habent, recenseri:
ergò peccata dubia, non esse recensenda docet.
II. Ex recepto axioma: *In dubio factum non
presumitur, sed demonstrari debet. L. in Bello.
ff. de captivis postliminio reversis.* Et specia-
liter: *Nemo in dubio presumitur deliquisse. L.
merito ff. Pro suo.* ergò &c. III. In nullo
foro externo admittuntur delicta dubia: ne-
que ullus accusari debet (multò minùs condem-
nari potest) de delicto, quod eum commississe
ostendi non potest: ergo multò minùs in foro
con-

conscientiæ sacramentali peccata dubia admit-
tenda erunt faltem sub obligatione.

IV. Peccata dubia non funt materia abfo-³⁹¹
lutionis : ergo non neceffariò confitenda. Lay-
man. fæpè cit. c. 5. §. 4. num. 37. Hoc enim
probabile cenfet , extra articulum mortis.
*Quando enim homo de fua contritione incertus ,
è vita exceffurus eft , committeret fe periculo
damnationis , nifi confeffionem sacramentalem
inftituat etiam peccatorum dubiorum , ideoque
ad hoc obligatur naturali lege charitatis. Si
verò aliàs omnia peccata fua , quorum conscien-
tiam habet , confiteatur , tacitis illis , de quibus
poft diligentem fui difcuflionem , dubius manet ,
an commiferit , vel an mortalia fuerint , nec ne ?
tunc probabile apparet , non efle illa confitendi
obligationem. Non enim ex aliqua lege pofitiva
Chrifti , vel Ecclefie , quia effet nimis fevera ob-
ligatio accusandi de iis fe , quæ commiffiffe fe igno-
rat : neque ex lege naturali charitatis propter
periculum anime ; quia confitendò bonà fide pec-
cata reliqua certa , indirecè per accidens remit-
tuntur etiam , quæ ignorantur. Hæc Layman ,
concludens tamen. Verùm in hac re nihil de-
finio , fed aliorum iudicio committo.*

§. III.

Sententia affirmativa afferitur.

Vera omninò practicè , atque ad praxin om-³⁹²
nimodis confulenda efl Sententia affir-
mati-

mativa; peccata mortalia etiam dubia, sub dubio esse confitenda. Ratio sumitur:

393 I. Ex ipsa autoritate Doctorum tanti nominis & multitudinis: Antiquorum omnium, Recentiorum ferè omnium, exceptis paucis supra recitatis. Ita enim docent D. Thomas in 4. d. 1. q. 2. a. 2. ad 3. D. Bonaventura *ibid.* p. 2. a. 1. q. 2. Alensis p. 4. q. 77. memb. 2. à 5. Navarrus cap. 9. n. 14. Sotus, Azorius, Suarez, cum Sanchez c. 1. mor. c. 10. num. 66. Card. de Lugo de Pœnitentiâ Disp. 16. sect. 2. §. 3. toto. Bardi *discept.* 6. c. 11. p. 4. §. 1. Alii apud ipsos.

394 II. Ex universali omnium fidelium consensu & praxi in lege nova, cujus initium ignoratur. Semper enim probis omnibus persuasum fuit, & ab antiquis tanquam certum suppositum, peccata ista dubia, eo modo, quo in conscientia habentur, esse necessariò in confessione Sacramentali manifestanda: nuper ab uno & altero Authore res hæc in controversiam vocata est: qui contra communem Sententiam prudenti non possunt fundare practicè iudicium, nisi ratione evidenti oppositum demonstraretur, quòd sanè non fit. Nam

395 III. Concilium Tridentinum ab adversariis allegatum, potiùs favet huic Sententiæ. Ita enim textus habet I. c. *Oportet à Pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint.* Et post subdit: *Nam venialia, quibus*

à gratia DEI non excludimur, quamvis utiliter in confessione dicantur, taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt. Quibus verbis Concilium à necessario confitendis solum excludit venialia, quæ à gratia DEI non excludunt, & ea mortalia, quæ post diligentem sui discussionem memoriæ non occurrunt; ergo peccata mortalia dubia, quæ post diligentem discussionem memoriæ occurrunt secundum Concilium necessario sunt confitenda. Nam *exclusio unius est alterius inclusio*, ajunt Juristæ. *Confirmatur*: Concilium à necessario confitendis excludens venialia, eò quòd iis à gratia DEI non excludamur, apertè supponit, omnia necessario confitenda esse, quibus à gratia DEI excludimur: atqui peccatis mortalibus dubiis supposito, quòd reverà facta essent, reverà excluderemur à gratia DEI, nihil enim facit ad amicitiam DEI præsens dubitatio de peccato præterito, an fuerit, nec ne? nam sicut ex eo, quòd dubitem, vel certò credam, me peccasse, si reverà non peccavi, illud dubium me non excludit ex gratia DEI: ita ex eo, quòd dubitem, vel credam, me non deliquisse, si reverà deliqui mortaliter, reverà sum exclusus à gratia DEI, non obstante illo dubio, vel iudicio subsequenti, quòd nullum potest habere influxum in actionem præteritam: ergo etiam peccata mortalia dubia manent necessario confitenda.

IV. Neque reliqua fundamenta adversa 396
Sententiæ urgent. Facile enim respondemus:

Ad

Ad I. Negatur consequentia ex modo dictis. Et dato, Concilium nihil definiisse de peccatis mortalibus dubiis; dic, Concilio tantum propositum fuisse definire certa, incerta verò, & dubia doctoribus disputanda relinquere. Ad 2. R. dicta illa verba vera esse, sed non facere ad propositum. Non enim volumus peccata dubia confitenda esse ex eo, quòd facta præsumantur: absit, sic enim non sub dubio, sed ut certa confiteri deberent. Sed sub conditione, vel ex suppositione, *si facta sint*; pro ut reverà fortè facta sunt, ut etiam clavibus subjecta sint, sub dubio subjici debere. Ad 3. Negatur paritas à foro externo. Cùm enim ibi principaliter agatur de vindicta & pœna delictorum, & delicta dubia non præsumantur, meritò non admittuntur. At verò in foro sacramentali principaliter agitur de absolutione delictorum, in favorem & commodum delinquentis. Est enim Sacramentum Pœnitentiæ *vindicta salutaris*, inquit Concil. Trident. *cit. sess. 14. c. 8.* ubi proinde peccata etiam dubia mortalia admittenda sunt, & tutior pars tenenda ad salutem animarum procurandam & certificandam. Ad 4. Negatur consequentia. Quia licèt peccata dubia sola non sint materia sufficiens Sacramenti Pœnitentiæ in ordine ad absolutionem absolutam: cadunt tamen, sub Sacramento unà cum aliis peccatis, aut mortalibus, aut venialibus certis, etiam jam semel confessis, nec absurdè ad eum finem per
 acci-

accidens, iteratò confitendis. Aut si pro absurdo habes, absolue sub conditione, quemadmodum etiam absolveres, si nullum omnino peccatum certum recensens, vel vetus Pœnitens dubius agnosceret. Sed hunc casum tu ne timeris in praxi, quia speculativus est.

§. IV.

Quid si autem peccatum dubium sic confessum postea comperiat certò esse factum?

EUm, qui peccatum mortale aliquod ut dubium confessus est, significans se verè dubitare, an commiserit reipsà, nec ne: si postea certò comperiat, illud peccatum esse re verà à se patratum, teneri illud denuò ut certum confiteri, adeò communis est sensus & Sententia DD. ut Dicastillus *hic disp. 9. dub. 2. n. 141.* disertè scribat, contrarium esse inauditum in Ecclesia DEI. Sed hic optimus Doctor non legit omnes, certè non mox infra nominandos. Et ratio videtur urgens. Quia peccata tenemur confiteri prout sunt in nostra conscientia: ergò cum illud peccatum priùs dubium, jam in conscientia certò factum agnoscamus, jam tanquam certum confiteri obligabimur. Sed contra

Dico simpliciter: Non tenemur peccatum ³⁹⁷ priùs ut dubium confessum, postea compertum certò factum, denuò ut certum confiteri. Ita post alios resolutè Arriaga *de Pœnit. disp. 31. sect.*

sect. 6. Et probabilissimum censet Tamburinus
opusc. Exped. Confess. l. 1. c. 1. §. 4. n. 24. Pel-
 lizarius *Manuali Regularium tract.* 3. c. 3. n. 46.
 Noster Herincx *disp.* 3. q. 4. num. 51. Cara-
 muel *Theolog. Fundament.* n. 1324. Cotonius,
 Leander, Verricelli, Vidalis, Martinus à S.
 Joseph. apud Dianam p. 10. tract. 16. resol. 79.
 Et tandem probabile censuerunt Romæ Reve-
 rendissimus Richardus S. Palatii Apostolici Ma-
 gister, alii viri doctissimi consulti à Lugo, prout
 ipse testatur *cit. disp.* 16. n. 92. Ratio sufficiens est:
 quia reverâ jam confessus est totum suum pecca-
 tum, prout tunc erat in conscientia, quoad spe-
 ciem, numerum, & circumstantias se tenentes ex
 parte ipsius peccati, ut supponimus: & ab eo dire-
 ctè absolutus est, non obstante dubio: nam du-
 bitatio prior, & certitudo postea superveniens
 non est circumstantia tenens se ex parte objecti,
 sed cognitionis tantum: nec cognitio prior
 dubia impedit, quò minus peccatum prius sit
 integrè in confessione manifestatum, & dire-
 ctè absolutum: nec cognitio certa superve-
 niens detegit aliquam novam circumstantiam
 diversificantem peccatum: ergo non est ulla
 ratio, cur tale peccatum antea confessum ut du-
 bium, postea certò cognitum, ut certum denuò
 confiteri obligemur. *Confirmatur à simili.* Com-
 munissimo sensu Doctorum: qui dubius de vo-
 to emisso, aut censurâ vel irregularitate con-
 tractâ, petit & obtinet absolutionem vel di-
 spensationem ad cautelam, vel sub conditio-
 ne,

ne postea cognitâ certitudine sui voti, censuræ, vel irregularitatis antea contractæ, non debet petere de novo absolutionem vel dispensationem: cur non idem dicatur in proposito, & casu nostro simillimo? Vide *infra* sect. 3. *quest. un. §. I. num. 466.*

Atque his solidè eversa manet ratio oppositæ sententiæ. *Tenemur peccata confiteri prout sunt in nostra conscientia:* quoad ea nimirum, quæ se tenent ex parte peccati, ipsûmque peccatum diversificant, vel aggravant: nequaquam autem quoad omnia, quæ se tenent solum ex parte hominis; vel cognitionis; alioquin in unoquoque peccato nimis multa confitenda essent. Atqui prior dubitatio, & subsequens certitudo minimè se tenent ex parte ipsius peccati, nec illud ullo modo diversificant vel aggravant, uti dictum est: ergo &c.

§. At, numquid, si Pœnitens ab initio certus fuisset de peccato commisso, non rectè expressisset ut dubium: sed debuisset confiteri ut certum: ergò etiam modo debet, postquam cognovit, certò esse commissum. R. *Negandò consequentiam.* Quia ab initio peccatum certum ut dubium confitens, mentitus fuisset perniciosè & sacrilegè, decipiens Confessarium in re gravi: ideoque nec absolutus fuisset. At in nostro casu nihil mentitur, & à peccato, prout tunc in conscientia fuit, suffi-

370 *Theol. Sacram. Pars III. Cap. III.*
cienter expresse, directè absolutus esse sup-
nitur.

QUÆSTIO IV.

*Quenam circumstantie necessa-
riò explicande in Confessione?*

SUMMARIUM.

399. *Circumstantia peccati quid, & quotuplex?*
400. *Aliæ sunt aggravantes tantum,*
401. *Aliæ speciem mutant.*
402. *Necessariò explicanda sunt speciem mutant.*
404. *(Intellege mortaliter certò mutant,)*
405. *Etiã in actu interno efficaci, non inefficaci sim-
plici, complacentia, vel delectationis morosa, nisi
per se intendantur.*
407. *Nullas aggravantes tantum necessariò explicari de-
bere, est satis probabile.*
409. *At longè probabilius est, necessariò explicandas
esse circumstantias mixtas.*
411. *Ratione majoris materiae. Exempla Usque ad
n. 415. &*
415. *Ratione objecti multiplicati. Exempla Usque ad
n. 421.*
421. *Circumstantia merè, vel levis aggravantes
necessariò explicanda non sunt. Exempla Usque
ad n. 426.*

ASSERTIO.

398 **O**Mnes circumstantia speciem mutant
mortaliter necessariò explicanda sunt
in confessione, nullas circumstantias aggra-
vantes tantum necessariò explicari debere, valde
pro-

probabile, & satis tutum est: At longè probabilius, tutius, & in praxi omnimodis consultissimè explicanda sunt circumstantia mixta, scilicet ad malitiam substantialem actûs concurrentes ratione materia majoris, & objecti multiplicati: secûs de circumstantiis merè aggrauantibus, exceptâ tamen morâ nimia peccati continuati. Hæc partim certa, partim controversa, ut debite explicetur, ex materia de Actibus humanis necessariò prænosendum, quid & quotuplex sit circumstantiâ actûs humani, & in proposito peccati.

S. Quid, & quotuplex est Circumstantia peccati?

Circumstantiæ Peccati dicuntur ejusdem peccati particulares, & accidentales conditiones & affectiones, eò, quòd vel actum peccati, vel operantem, vel ejus objectum accidentaliter afficiant, & quasi circumstent. Exemplum vulgare in furto. De substantia actus furandi solummodò sunt homo accipiens, res aliena, ejus ablatio rationabiliter invito Domino. Hic verò actum, operantem, vel objectum variæ circumstantiæ afficere possunt, & furtum reddere magis vel minus malum, licet nunquam bonum. *Quis?* Dives, an pauper; an gravi, an extrema necessitate pressus, quo casu furtum omnino cessaret. *Quid?* An multum, parum, pecuniam, rem sacram, vel prophanam. *Ubi?* An in loco sacro, vel profano: *Quibus auxiliis?*

An armatâ manu, instrumentis prohibitis, an mediis magicis? *Cur?* An etiam ad alium, malum finem, ad scortandum, se inebriandum &c. *Quomodo?* An ex proposito, vel subitâ subreptione, an occultè, vel dolò, an palâm, cum violentia, effractione. *Quando?* An tempore belli, famis, necessitatis, an diviti, pauperi &c. Hæ igitur circumstantiæ comprehenduntur vulgari versu:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

400 **C**ircumstantiæ ejusmodi sunt duplices: alia dicuntur aggravantes tantùm intrâ eandem speciem: alia speciem mutant. *Circumstantia aggravantes tantùm* sunt: quæ solum augent, vel minuunt malitiam actûs intrâ eandem speciem peccati, quando nimirum circumstantia addita actui in suo conceptu non involvit aliam malitiæ speciem distinctam à malitia specifica ipsius actûs; sed eandem malitiam solum auget, vel minuit: uti sunt generatim. 1. Majus, vel minus voluntarium, & libertas actûs. 2. Major, vel minor intensio vel vehementia actûs. 3. Major, vel minor duratio vel mora actûs peccaminosi. 4. Major, vel minor quantitas materiæ, vel objecti. Ut si antea furatus 100. hodie fureris mille, ejusdem speciei peccatum furti committis: at hodie longè gravius; antea levius: ideoque est cir-

circumstantia aggravans tantum, non speciem mutans. Exempla abunde dabuntur in sequentibus.

Circumstantiæ speciem mutantes sunt, quæ ⁴⁰¹ actui novam, & diversam speciem malitiæ contra aliam virtutem afferunt: quando nimirum circumstantia addita actui ex se habet propriam specialem malitiam, ac deformitatem distinctam à malitia propria specifica ipsius actûs peccati: adeoque actum ex materia unius vitii aut peccati transfert in materiam alteris vitii & peccati. Tritissimum est exemplum in peccato carnis. Si enim hoc fiat inter solutos, est simplex fornicatio, contra virtutem castitatis tantum. Si fiat autem à, vel cum persona ligata, est adulterium contra virtutem justitiæ: si autem fiat à, vel cum persona sacra, est sacrilegium, contra virtutem Religionis: si fiat inter consanguineos, vel affines, est incestus contra pietatis virtutem. Si cum virgine invita est stuprum: si cum vi illata, est raptus, utrumque contra justitiam. Si contra naturam cum seipso, est mollities: si cum eodem sexu, est Sodomia: Si cum diversa specie, est bestialitas. Omnes hæ sunt circumstantiæ speciem mutantes, quia diversas omnino specie malitias contra diversas virtutes adferunt actui, ut intuenti patet. Quò etiam spectant circumstantiæ, quæ actum, destructâ bonitate, efficiunt malum, ut maximè, si facias opus bonum ad finem malum: verb. gr. puellæ pauperi des largam elem-

molinam, ut inducas ad consensum turpitudinis intentæ, &c. His ita suppositis, dicimus in Assertionem

§. I.

Omnes Circumstantiæ speciem mutantes, necessario explicandæ sunt &c.

402 **C**ertissimum apud omnes: ex claro textu & ratione Concilii Tridentini allegati q. 1. n. 3. Et ratio est: quia omne peccatum mortale specificè, seu in sua propria specie ipso jure divino explicandum est in confessione, ut q. 2. dictum: atqui etiam in eodem actu malitiæ specie diversæ verè constituunt diversa specie peccata adulterium enim, & incestus v. g. diversa specie peccata sunt, & inter se, & à fornicatione simplici (ut nimis notum) ratione diversarum malitiarum contra distinctas virtutes à circumstantiis desumptarum: ergo necessario explicandæ sunt circumstantiæ illæ, quæ speciem mutant, seu novam speciem malitiæ actui peccaminoso adferunt. Exempla sunt

403 **I.** Exempla clara & certa sunt. 1. In supra allato peccato carnis. Qui enim peccavit cum non sua, explicare debet, an ipse vel complex sit persona soluta, ligata, consanguinea, sacra, &c. Omnes enim hæ circumstantiæ mutant speciem, seu diversas specie malitias adferunt

con-

contra diversas virtutes. 1. Solam continentiam. 2. Iustitiam. 3. Pietatem. 4. Religionem: quâ ratione etiam, qui voto simplici astrictus castitatis peccat, præter speciem peccati luxuriæ, circumstantiam voti explicare tenetur, secundum omnes. 2. Qui furatus est, explicare debet, an rem sacram, vel ex loco sacro, saltem sub dominio, vel custodia loci sacri constitutam vel depositam: nam & hæc circumstantia speciem mutat, furtumque sacrilecum constituit contra virtutem Religionis: Item an cum violentia illata personæ, sic enim constituit speciem rapinæ speciali malitia contumeliæ, contra honorem debitum proximi. 3. Qui occidit, explicare debet, qualem personam, an patrem, fratrem &c. & erit speciale peccatum parricidii contra pietatis virtutem; an Clericum, vel Monachum, & erit speciale peccatum sacrilegii cum excommunicatione Canonice; & si Episcopum, Cardinalem, Legatum etiam cum excommunicatione Bullæ Cœnæ. Item *ubi?* an in loco sacro; & rursus erit speciale peccatum sacrilegii cum pollutione templi; Item *quomodo?* an ex insidiis, venenô, maleficiô, tunc enim erit homicidium qualificatum, scilicet proditorium, maleficum: item *quibus auxiliis*, quot sociis adjunctis, totidem erunt distincta peccata scandali, & sic. 4. Universaliter, qui alterum, saltem antea non paratum vel volentem, inducit ad peccatum quodlibet mortale secum patrandum,

præter peccati speciem, hanc ipsam suam inductionem explicare debet, quia hæc semper est speciale peccatum scandali contra charitatem. Et specialiter quando fœmina virum inducit ad fornicationem v. g. id explicare tenetur, quia hoc de sexu verecundo à Confessario non præsumitur: secùs, si vir fœminam induxit: quia ex communiter accidentibus, ex fatente suam fornicationem præsumitur, quòd vir invitaverit. Communis DD. Atque ejusmodi circumstantias si confitens spontè non fateatur, à Confessario consequenter inquiri & examinari debet. Exempla non ita certa jam pono *n. seq.* Nam notanter

- 404 II. Dixi: *Speciem mutantes mortaliter.* Secùs utique est, si circumstantia veniali, vel levi tantùm malitiâ speciem mutet: ut si furatus es etiam notabile quid cum levi aliorum scandalo, vel ad finem venialiter tantùm malum, verb. g. uberiorem potationem. Item intelligendæ semper sunt circumstantiæ certò *mortaliter mutantes speciem.* Quòd si enim sint opiniones probabiles DD. aliquam circumstantiam non mortalem vel gravem, sed venialem vel levem tantùm malitiæ speciem adferre actui peccaminoso, aut certè malitiam circumstantiæ non differre specie à malitia specifica actûs; etsi adhuc tutiùs explices, tamen sequendò opinionem probabilem, etiam tutò potes non explicare. Exempla & casus, allegatis Doctoribus & rationibus, exhibet Diana *p. I. rr. 7.*

sect. I. Quæ Circumstantia confitenda? 377

parvum: quibus Pœnitens satisfacit integritati confessionis, tacendò aliquas circumstantias apparenter speciem mutantés: utpote I. Sponsus, vel sponsa fornicans cum alio, non aperiendò sponsalia. *resol. 5.* Confessarius carnaliter peccans cum filia confessionis, nec eam qualitatem exprimens *resol. 12.* Virgo, mas, vel puella primò fornicans, vel carnaliter peccans, non exprimens spoliationem virginitatis. *resol. 11.* Qui in loco sacro exercuit tactus vel actus turpes citra periculum pollutionis, omitteus circumstantiam loci sacri *resol. 15.* imò & pollutionem, sed occultè omnino. *resol. 16.* sed mihi non placet, ob communem oppositam. Qui in loco sacro furatur rem privatæ personæ non depositam in eo, tanquam in custodia, v.g. marsupium audientis in templo Sacrum, tacens circumstantiam loci sacri: *resol. 27.* Qui incestu commisso non explicat gradum proprium consanguinitatis vel affinitatis, dicens solùm: commisi incestum. *resol. 31.* Qui non explicat circumstantiam diei sacri, quando peccavit carnaliter, etiam v.g. die Jovis sancto, die Communionis *resol. 32.* Nisi fortè statim post Communionem vel Missam fieret. Item qui non explicat, an blasphemia sua fuerit contra DEUM, vel Sanctos: an malum imprecatum sit malum animæ, corporis, vel fortunarum, &c. Lugo *disp. 16. n. 253.* Ratio horum & similiarum jam dicta est, quòd ejusmodi circumstantiæ vel

non gravem, vel certè non specie diversam malitiam adferant actui, de quibus tamen aliquibus iterùm aliter.

405 III. Quin etiam in actu interno efficaci necessariò explicandæ sunt circumstantiæ speciem mutantes, mortaliter; non item in actu interno inefficaci simplicis complacentiæ, vel delectationis morosæ, (nisi eæ circumstantiæ ipsæ per se intentæ & volitæ essent, quod certè rarum est) cum etiam actus internus efficax sumat suam speciem, & malitiam à circumstantiis cognitis, ac indirectè saltem volitis, ex communi doctrina *in materia de actibus humanis*. Ratio est; quia actus internus inefficax, simplex velleitas, complacentia, delectatio morosa, &c. fertur in objectum præcisè, ut objectivè proponitur in intellectu, ideòque facilè abstrahit à circumstantiis annexis quamvis cognitis. Unde qui morosè delectatur de ligata, consanguinea, sacra; &c. præcisè ut foemina formosa est, committit actum simplicis impudiciæ, vel fornicationis mentalis, ut proinde in confessione circumstantias personæ explicare opus non sit. At verò actus internus efficax tendit in ipsum actum externum, ut subjectivè exercendum circa objectum, prout est à parte rei: ideòque minimè potest abstrahere à circumstantiis annexis cognitis, sed volens actum, necessariò vult simul circumstantias annexas cognititas, v.g. efficaciter concupiscens feminaam, quam scit, vel quomodolibet ap-
pre-

prehendit ligatam, consanguineam, sacram, verè committit actum adulterii, incestus, sacrilegii, proinde necessariò explicandum in confessione. Unde ulterius, qui efficaciter concupisceret aliquam conceptu confuso, cujuscunque conditionis, aut aliquam quamcunque ex tota congregatione, in qua scit multas esse ligatas, consanguineas, &c. verè committeret peccatum qualificatum necessariò aperiendum in confessione. Quòd si verò quis conceptu planè abstracto concupiscat fœminam in genere, nihil planè cogitando de ejus qualitate, probabiliùs committeret actum simplicis fornicationis tantùm. Quia licèt non habeat circumstantiam fœminæ solutæ, habet tamen totam & solam malitiam simplicis fornicationis, & nullam aliam. Debet tamen explicare in confessione, se concupivissè fœmiam in communi, non ob exprimendam aliquam specialem malitiam, sed ne mentiatur exprimendò certam personæ concupitæ qualitatem. Sic rectè Tamburinus l. 1. c. 1. §. 4. n. 14. 16. Quamvis aliter sentiat Sanchez l. 1. Moral. c. 8. n. 6. quem vide.

IV. Denique quemadmodùm ipsa peccata dubia, ita etiam circumstantiæ mortales dubiæ, necessariò explicandæ sunt in confessione. Ut si quis peccavit cum fœmina, & postea dubitat simpliciter, an fuerit soluta, vel ligata, aut consanguinea, juxta dicta q. præc. §. 3.

§. At hic circa prædicta restat celebris
quæ-

quæstio : utrùm peccatum continens plures malitias ex circumstantiis possit in confessione dividi. Exempli gratiâ : votò castitatis astrictus peccavit contra castitatem : potestne peccatum dividendò ira se accusare : semel peccavi contra castitatem fornicandò v. g. ? Et, violavi meum votum semel ? item aliquis furatus est ad finem fornicandi : potestne divisim dicere ? Semel furatus sum tantum : Et semel habui animum fornicandi. *R.* Non sic licet in una confessione, quando quis tale peccatum primò confitetur. *Ratio* est : quia non explicares peccatum à te commissum, sed significares, te duo peccata patravisse. Confessarius enim, dummodò audit te fornicatum, & postea, disparatim te violasse votum, ex tuo modo loquendi concipit, te duo distincta peccata commississe, cum tamen solum unum numerò peccatum, cum duplici tamen malitia, commiseris. At verò in diversis confessionibus, quando primò solum unum ex his fassus es; v. g. peccavi contra castitatem; & alterius, violationis voti inculpatè es oblitus, tunc in secunda confessione poteris confiteri solum alteram malitiam seu circumstantiam : utpotè, violavi votum meum : quia jam legitime subjecisti clavibus primam malitiam, alterius inculpabiliter oblitus, satis ergo est, si postea explices secundam, cum secunda sine prima sufficienter explicari possit, ut in datis exemplis, & quoties in peccato sunt duæ numerò distin-

distin-
 ser duos
 tiaz illa
 enter ex
 nem,
 stantia
 stea et
 totum
 go rit
 quia
 sis est,
 n conte
 reorum
 tum 40
 confite
 commi
 Null
 in
 E
 mas:
 4. 2.
 lentia
 Bonac
 tur Di
 14.
 chaz
 Car

distinctæ malitiæ, ut si si quis uno actu occidisset duos homines, &c. Secus esset, si malitiæ illæ distinctæ non possent separatim sufficienter explicari. Si enim confessus fornicationem, inculpate oblitus es confiteri circumstantiam incestus cum sorore: quomodo postea exprimes hanc circumstantiam solam, nisi totum peccatum incestus repetas? Hinc Lugo *cit. disp. 19. sect. 3.* rectè concludit, eum, qui furatus est 100. & per oblivionem confessus est, clepsisse 60. tantum: debere in posteriori confessione exprimere totum furtum 100. aureorum: & non satisfacturum, si exprimat solum 40. reliquos omissos: quia sic neutrâ vice confiteretur illud numero peccatum, quod commisit.

§. II.

Nullas circumstantias aggravantes tantum necessario explicare debere, valde probabile est, & satis tutum.

Est sanè Sententia satis communis & gravissimorum DD. Ita enim docent D. Thomas: D. Bonavent. Scotus cum suis in *4. disp. 16. q. 2.* D. Antoninus, Richardus, Durandus, Valentia, Reginaldus, Lessius, Vasquez, Becanus, Bonacina, alique, quos congerunt & sequuntur Diana p. 1. *Tract. 7. passim præsertim resol. 1. & 14.* Lugo de *Pœnit. d. 16. sect. 3.* Joannes Sanchez. *select. disp. 11. n. 5.* Bassæus in *floribus V. Circumstantiam. n. 3.* Joan. Pontius noster *Curs.*

Theolog. disp. 46. q. 7. ac novissimè etiam Gobat. *Alphab. confit. Casu* 15.

- 408 Ratio omnino probabilis est. Quia Sacramentum Pœnitentiæ, quoad confessionem peccatorum aliàs satis onerosum, non debet majori onere gravari, absque expressio præcepto divino vel Ecclesiastico: atqui de confitendis circumstantiis aggravantibus tantum intra eandem speciem nullum potest ostendi præceptum Divinum vel Ecclesiasticum: ergo, &c. Non Divinum. Quia præcepto Divinò solum tenemur confiteri omnia peccata mortalia, quorum absolutio simpliciter est necessaria ad consequendam salutem: sed possumus confiteri omnia peccata mortalia sufficienter absque confessione circumstantiarum aggravantium tantum; v. g. dicendò: *commisi furtum mortale toties*, absque expressione quantitatis: neque eam opus est scire Confessario.
1. Non in ordine ad absolutionem ipsam, quia audito peccato mortali, habet sufficientem materiam.
 2. Neque ad injungendam pœnitentiam: potest enim injungere pœnitentiam competentem tot peccatis mortalibus, de reliquo remittere ad forum DEI in hâc vel altera vita, præsertim, cum id de facto ordinariè fieri debeat: quis enim injungat pœnitentias competentes tot, tam gravibus sæpè mortalibus auditis? quòd maximè verum est in Sententia Scoti.
 3. Neque ad injungendam restitutionem: quia potest Confessarius dicere: *restituè, quan-*

cum abstulisti, vel nocuisti : ergo &c. Neque præceptum Ecclesiasticum ostendi potest. Quia Concil. Trident. *cit.* enumerans omnia requisita ad integritatem confessionis Sacramentalis, ut postea concludat, nihil aliud ab Ecclesia à poenitentibus exigitur, nullam tamen facit mentionem circumstantiarum aggravantium tantum, sed solum speciem mutantium : ergo, &c. Et verò certissimum est, non omnes circumstantias aggravantes necessario esse explicandas, esset enim onus intolerabile, & moraliter impossibile, ac seges infinitorum scrupulorum & difficultatum inextricabilem. Unde neque mihi placet illa Regula, quam cum *Medina, Soto, Cano, Lopez, Henriquez*, & aliis tradit *Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 12.* Nimirum circumstantias notabiliter seu multum aggravantes necessario explicandas esse. Quomodo enim quilibet scire vel dijudicare poterit, quænam circumstantiæ multum, quæ verò parum aggravent, cum in hoc nec docti consentiant, & quilibet in suo sensu abundet : unde adhuc intricatæ difficultates orirentur tam Confessariò, quàm Poenitenti. Sed neque mihi placet universaliter Sententia præallegata. Medio ire placet. Hujus ergo probabilis Sententiæ exempla, & casus apud citatos DD. maxime Dianam videre & mirari potes. Entibi, aliquot. I. Qui furatus est mille aureos, satisfacit dicendò *commisi furiam mortalis.* Omnes citati. Extendunt.

duntque Vasquez: Lugo, alii, etiam ad casum, quo illi mille aurei spectâssent ad diversos Dominos. Atque adeò, ut etiam si Confessarius interroget quantitatem furti commissi, tamen non teneatur Pœnitens fateri: Hurtadus, Dicastillus, Joannes Pontius. Contrâ tamen Lugo *cit. num. 123.* meritò fateretur, esse candidè tunc aperiendam veritatem: est enim Confessarii judicare tam de gravitate peccati, quàm pœnitentiam injungere, quodve remedium præscribere oporteat. 2. Qui uno actu statuit totâ quadragesimâ non jejunare, toto anno non audire Missam, aut Clericus non orare Breviarium, &c. unum tantum peccatum committit, ut sufficiat dicere. *Semel habui propositum non jejunandi, non audiendi Sacrum, Breviarium omittendi;* (Quod tamen meritò rejicit Diana. *p. 3. Tract. 4. resol. 164.*) 3. Qui unico actu desideravit, vel proposuit occidere 10. homines, vel peccare cum 10. fœminis, satisfacit dicendò: habui propositum, vel desiderium occidendi, item fornicandi, &c. Diana superius *cit. resol. 17.* Nisi fortè inter illos decem homines sit unus vel alter Clericus, inter illas fœminas aliqua ligata, cognata, monialis. 4. Qui uno impetu iræ plures homines, aut totam Communitatem aliquam petit verbò multum contumeliosò: aut seriò dicit: Diabolus auferat omnes incolas hujus Domûs, Collegii, Pagi, Civitatis: aut uno actu plures scandalizat, seu in peccatum inducit: aut eodem

motu libidinis foeminam sæpius impudicè tangit, &c. satisfacit dicendò : *semel aliquos contumelià affeci; semel foeminam impudicè tetigi, malè imprecatus sum: scandalizavi aliquos, & cetera hujusmodi sexcenta.* Quæ tamen & similia plura negabimus §. *sequenti*: plura etiam concedemus §. 4. & q. *seq.* de numero peccatorum explicando.

§. III.

At longè probabiliùs necessario explicanda sunt Circumstantia mixta, ad malitiam substantialem actûs concurrentes, ratione materia majoris, aut objecti multiplicati.

ITa in terminis Petrus Marchant. *Tribunalis* 409
p. I. *tract.* 3. *tit.* 3. q. 4. Et reipsâ docet communior Sententia DD. asserens necessario explicandas esse circumstantias notabiliter aggravantes, aut saltem circumstantiam *Quid.* Suarez de *pœnit. disp.* 12. *sect.* 3. Layman *libro* I. *tract.* 2. c. 10. *num.* 3. alii apud ipsos.

¶ Nota *Circumstantia* mixta ad malitiam 410
substantialem actûs concurrens dicitur: quæ licet habeat rationem meræ circumstantiæ respectu actûs in communi vel specie; attamen respectu hujus actûs in individuo est verum objectum parziale substantiale, se solo, ac secluso reliquo objecto principali, adhuc sufficiens ad peccatum mortale. Atque ita se habet circumstantia QUID, vel CIRCA QUID, quantum

ad quantitatem materiæ, vel pluralitatem objectorum, v. g. *Furari mille; concupiscere carnaliter plures, &c.* Ubi vides circumstantiam ita ingredi objectum principale hujus furti, vel concupiscentiæ in individuo, ut relicto etiam objecto reliquò sufficiente ad peccatum mortale, utpote *furari 10. aut concupiscere secundam, tertiam, &c.* adhuc sit sufficiens objectum peccati mortalis. Utiq; per omnem modum. Et hujusmodi circumstantias mixtas, necessariò explicandas esse in confessione asserimus, & probamus.

Ratio solida est: quia ex natura institutionis Sacramenti Pœnitentiæ per modum iudicii, adeoque ipso jure Divino, illa necessariò sunt in confessione explicanda, quæ iudicium sacramentale notabiliter alterant, quibus scilicet cognitis, longè aliter agere debet Iudex Sacramentalis, quam si ignota sint. Et certè peccata in confessione ita explicanda sunt Sacerdoti, ut is de eorum qualitate & quantitate rectè iudicare, convenientemque & pœnitentiam, & medicinam, & obligationem præscribere possit: hoc enim ubique exigunt Concilia, & Patres. Quin ipsum Concilium Tridentinum *cit. sess. 14. c. 5.* statuens, necessariò confitendas esse circumstantias; quæ peccati speciem mutant, hanc ipsam dat Rationem, conceptis verbis. *Quòd sinè illis peccata ipsa, neque à pœnitentibus integrè exponantur, neque iudicibus innotescant: & fieri nequeat, ut de gravitate*

tate criminum rectè censere possint, & pœnam, quam oportet, imponere. Hæc ibi. Atqui certum est, circumstantias illas mixtas quàm maximè alterare, immutare iudicium Sacramentale, ut sinè illis peccata nec integrè exponantur, nec à Iudice Sacramentali ritè iudicari possint: atque sæpè multò magis, quàm circumstantiæ speciem mutantes. Quid ni enim maximè alteret, iudicium Sacramentale furari 1000. ducatos, & 10. aureos? Quid ni magis alteret iudicium Sacramentale furari 1000. ducatos, quàm furari calicem 20. aureorum, aut 20. aureos in loco sacro depositos, licèt hæc circumstantia speciem mutet, illa aggravet tantum? ergo æquè explicandæ sunt circumstantiæ illæ aggravantes mixtæ, idque ipso iure Divino: & fortè etiam Ecclesiastico. Nam Concilium Trident. suprâ, etsi apertè solum exprimat circumstantias speciem mutantes, tamen ipsâ ratione allegatâ, implicite etiam comprehendere voluisse censetur circumstantias illas aggravantes, quarum illa eadem, vel potior etiam esset ratio. Ac per hoc satisfactis fundamento oppositæ Sententiæ §. 2. alata.

Exempla majoris materiæ sunt.

I. **Q**ui furatur mille aureos, planè non satisfacit dicendò: *commisi factum mortale; furatus sum summam notabilem, vel in quantitate notabili, magna, mortali, &c.* ob

rationem modò datam. Quinimò qui furatur etiam modicam quantitatem homini valde egeno, & magnum inde detrimentum patienti, tenetur eam circumstantiam exponere, quia auget malitiam substantialem actûs. & aliàs venialem mortalem efficit, secundùm omnes. Similiter, qui homini magnæ autoritatis coram aliis injuriam, vel contumeliam intulit, tenetur explicare circumstantiam personæ læsæ, quia & ipsa auget malitiam substantialem actûs, scilicet injustæ læsionis famæ vel honoris proximi, quæ eò major est, quò persona major, & publica læditur.

412 II. Percutiens, vulnerans, vel lædens alterum, debet exprimere quantitatem vel modum percussionis vel læsionis, si gravis, atrox, enormis fuit. Hæc enim maximè augent malitiam substantialem actûs: ejusque maximè rationem habet Ecclesia in percussione Clerici: si enim levis percussio fuerit, censura Episcopo committitur: si gravis, atrox, enormis, Papæ reservata manet.

413 III. Quamvis probabile sit, omnes blasphemias, vel maledicta in DEUM vel Sanctos: omnia perjuria; omnes superstitiones; omnia sacrilegia: similiter omnes detractiones, contumelias, maledicta, imprecationes in proximum, &c. singula formaliter & per se esse ejusdem speciei, ut proinde necesse non sit in particulari explicare materiam, in qua sic contra DEUM vel hominem deliquisti blasphemian-

Sect. I. Qua Circumstantia consistenda? 389

mandô, maledicendô, &c. certum tamen videtur generatim explicandam esse quantitatem, gravitatem, vel atrocitatem blasphemiæ, injuriæ, &c. Uti notant Doctores citati: & oppositum in praxi minus probabile, ac minime tutum rectè censet Suarez *cit. supra n. 109. in fine*,

IV. In peccato incestûs inter consanguineos⁴¹⁴ vel affines, non sufficit dicere simpliciter, *commisi incestum*: sed necessariò explicandus est gradus intrâ quartum, imò etiam linea recta, vel transversa. Quia alioquin non tota substantia illius peccati mortalis explicaretur. Et si enim diversitas gradûs & lineæ non adferat diversitatem peccati specificam, ut contra Navarrum *c. 7. num. 4.* probabiliùs docent alii cum Diana *p. 1. tr. 7. resol. 31. & alibi*: tamen nimium quantum augment malitiam substantialem sceleris incestûs, scilicet impietatis, & irreverentiæ erga sanguine junctos. Sicut enim longô major reverentia debetur Matri, quàm sorori & sorori, quàm consobrinæ: ita incomparabiliter pejor & gravior est incestus filii cum Matre, quàm inter fratrem & sororem: & inter hos, quàm sobrinos inter: & sic consequenter usque ad 4. gradum: Ejusdem judicii esto in scelere muto incubum, vel sucubum agere. Sed vide Dianam *d. 3. tr. 4. resol. 159. & alibi*.

415 **Q**Uicunque uno actu peccaminoso tendit in plura objecta mortaliter mala, seu singula sufficientia ad constituendum peccatum mortale seorsim, omninò necessariò explicare debet ipsam saltem pluralitatem objectorum, cum alioquin nullo modo explicet substantiam peccati à se commissi; omisâ enim circumstantiâ pluralitatis, v. g. si simpliciter dicas: *vo ui fornicari semel, aut occidere hominem semper Confessarius intelliget de uno tantùm objecto, non de pluribus: quin etiam probabilissimè, certò tutissimè, explicare debet numerum objectorum sibi cognitum quoad commodè fieri potest. Ita DD. citati. Exempla sunt*

416 I. Qui uno actu interno intendit, vel uno actu etiam externo tentat occidere, vel defacto occidit plures homines, integram familiam, congregationem &c. v. g. unâ explosione, incendiò, ruinâ domùs, venenò paratò &c. tenetur in confessione explicare numerum illorum hominum, quos occidere intendit, tentavit, vel defacto occidit. Quamvis enim materialiter actus unus sit, formaliter tamen, ut malus, multiplex est, tótque substantiales malicias homicidii continet, quot homines occiduntur, vel occidi intenduntur: secundum omnes.

417 II. Qui uno actu blasphematur Christum & omnes Apostolos, DEUM, & omnes Sanctos.

Qui

Qui sub juramento interrogatus de pluribus rebus vel articulis, & uno actu pejerat, utique formaliter multiplex peccatum blasphemiae, vel perjurii committit, ideoque aperiendum in confessione. Similiter, qui uno actu publico plures scandalizat, uno sermone plures ad peccatum inducit, pluribus detrahit, calumniam, convitium infert, v. g. toti alicui Communitati, Congregationi, Monasterio, &c. virtualiter saltem multiplex peccatum committit, & quoad fieri potest, numerum vel saltem pluralitatem explicare debet. Similiter, si quis uno actu statuisset omittere Divinum Officium per totam septimanam, vel mensem, aut non jejunare per totam Quadragesimam, vel annum, virtualiter tot peccata committit, quot Officia, vel jejunia omittenda sunt: ideoque numerus explicandus. Eadem ratione, qui jejunium violat, secundò reficiendo, & simul carnes edendo, uno licèt actu, duplex peccatum committit, quippe contra duplex præceptum disparatum, quorum unum sinè altero servari potest, Vide Sanchez *l. moral. c. 6.* & Layman hîc *c. 10.*

22111. 3.

III. Qui uno actu efficaciter concupiscit plures fœminas, tenetur explicare numerum personarum, æquè ac qualitatem, num solutæ, vel ligatæ &c. Quinimò, qui solum morosè delectatur de pluribus, aut in pollutione imaginatur plures, adhuc tenetur explicare numerum personarum, non item qualitatem, juxta dicta *su-*

præ §. 2. *N. III.* Ratio semper eadem. Qui vero uno actu delectatur de triplici actu nefando à se commisso, tenebitur simul explicare numerum & speciem, secundum omnes apud Dianam *pr. 3. tr. 4. resol. 164.*

419 IV. In mutuo sacrilegio vel adulterio, non sufficit dicere simpliciter commisi adulterium, vel sacrilegium, sed oportet etiam addere circumstantiam alterius personæ, etiam ligatæ vel sacra: quia licet idem numerò sit actus, & ejusdem speciei adulterium, vel sacrilegium, malitia tamen formaliter duplex est: quia in mutuo adulterio fit injuria duabus personis tertiis, scilicet adulteri uxori; & adulteræ marito: & in sacrilegio mutuo in duabus personis & corporibus violatur castitas DEO consecrata voto solemniter ab Ecclesia acceptato.

420 Tandem circumstantias ita aggravantes intra eandem speciem, ut ex veniali faciant mortale, necessariò debere exprimi in confessione, ita ut Confessarius possit prudenter judicare, utrum peccatum reipsâ & coram DEO fuerit mortale, nec ne, certum est apud omnes teste Sanchez *l. 7. Matr. d. 34. n. 15.* Quia alioquin deciperetur Confessarius in re gravissima per se spectante ad confessionem. Quare si furatus es notabile quid: aut in Quadragesimæ collatione vespertina enormiter excessisti pane, bellariis, piscibus frigidis, non satisfacis confitendo: furatus sum aliquid: excessi in collatione &c. & certè sacrilegè con-

Sect. I. Qua Circumstantia confitenda? 393

confiteris, si diceres: semel aliquantum excessi in collatione: quia hoc proverbium *aliquantum* solet intelligi de excessu veniali, ut bene notat Gobat *citat. num. 373*. Et quavis necesse non sit, ut Pœnitens expressè dicat, se in hac, aut illa materia peccasse mortaliter, aut venialiter tantum; attamen graviter peccat, si dedita operâ ita loquatur, ut confessarius culpam reverâ mortalem apprehendat pro veniali; aut vice versâ: imò & ille qui licet non studio sic loquatur, attamen prævidet fore, ut ex suo modo loquendi Confessarius formet falsum judicium de gravitate peccati. Quin si in ipsa confessione Pœnitens notet errorem talem Confessarii, eum monere & se explicare debet, ut rectè monet Lessius, *Auctario v. Confessarius casu 5, & 6*.

§. IV.

Secus de Circumstantiis merè aggravantibus &c.

Nimirum non sunt necessariò explicandæ ⁴²⁸ in confessione circumstantiæ merè vel leviter tantum aggravantes, nec ita malitiam substantialem actûs ingredientes. Certum apud omnes. Quia alioquin confessio foret onus intolerabile: & ejusmodi circumstantiæ non notabiliter alterant judicium Sacramentale, quin iis omissis, adhuc rectè judicare possit Confessarius. Exempla sint.

422 I. Non est exprimenda aggravans circumstantia ratione majoris voluntarii, intensiois vel vehementiæ actûs, intensiois vel moræ in peccando: uti communiter supponunt DD. certè ex communi resolvit Diana p. 1. *Tract. 7. resol. 8.* Eum, qui multum temporis impendit alicui peccato interno vel externo, non teneri exprimere diurnitatem temporis, nisi fortè ea diurnitas diversa numerò peccata constituat, juxta dicenda *quast. seq.* Hinc ego in Assertionem addidi: *Excepta tamen morà nimia actûs peccaminosi.* Nam qui nimis longo tempore, v. g. per menses integros, vel annos continuò exercent capitales inimicitias, odia, vindictas, affectus, conatus, & attentationes libidinosas &c. ut moraliter fieri nequeat, quin actus istos sæpiùs mortaliter interrumpant & repetant, adeoque peccata mortalia numerò multiplicent, ut dict. loc. §. 2. mox patebit Etposito etiam non multiplicari peccata, tamen tantam moram, & pertinacem malitiam tanquam notabiliter nimis aggravantem explicari debere, mihi videtur omnino certum. Vide infra *q. seq. §. 1.*

423 II. Non est explicanda necessariò circumstantia frequentati relapsûs seu consuetudinis peccandi, juxta communem DD. cum D. Thoma & Bonaventura in *4. d. 22.* Quia licet certum sit, illam circumstantiam aggravare, incertum tamen, an aggravet notabiliter. Quòd si tamen Confessarius rationabiliter interroget,

ret, puta, ad congruam medicinam præscribendam præsertim in peccato molliciei difficillimæ curationis, tenebitur Pœnitens fateri : ut ex communi notat Bassæus *v. circumstantia*, §. 4.

III. Non est explicanda necessariò pluralitas⁴²⁴ præceptorum ejusdem obligationis : ut si Sacrum negligas die Dominicâ in quam incidit festum fori ; sufficiet, si dicas : semel neglexi Sacrum die festo, vel die Dominicâ. Ex communi Diana *cit. resolut.* 8. Itémque, si violes jejunium Vigiliæ alicujus incidentis in feriam quatuor temporum, aut etiam Quadragesimæ, inò etiam in feriam sextam apud Fratres Minores : sufficiet dicere, violâsse jejunium præceptum. Quia utraque lex Ecclesiastica, atque etiam præceptum jejunii regularis in regula Minorum, obligant sub eodem motivo virtutis temperantiæ, & austeritatis Religiosæ, uti contra Navarrum, Lopez, & alios ex communi Layman docet *cit. in* 4. Marchant *Tribun. p. 1. tr. 3. tit. 3. q. 4.*

IV. Non est explicanda necessariò plurali⁴²⁵tas titularum ejusdem obligationis ; ut si in saculo vovisti castitatem, postea in Religione, & tandem in susceptione sacri Ordinis, probabile censent Henriquez, Sanchez, alii cum Bassæo *cit. §. 2. Diana p. 1. tr. 7. resol. 4.* te satisfacere, si dicas, te peccâsse contra votum : quamquàm fateantur, securiùs esse, exprimere circumstantiam sacrorum Ordinum, ac professionis Religiosæ. Certum videtur suffice-

re fateri majus, nimirum Religiosum professum peccasse, tacito sacro Ordine. Etiam econtra satisfacere fatendô sacrum Ordinem tacita professione Religiosâ, cum aliis concedit Marchant. *loc. cit.* Sed negat cum aliis Layman *cit. num. 4.* quod longè gravior videatur violatio voti Religionis, quasi Matrimonii spiritualis cum Christo. Utraque Sententia probabilis, & tuta est. At certè Diana *cit. resol. 3.* post alios resolvit, fœminam fornicatam cum Sacerdote Religioso satisfacere, si dicat, solum se peccasse, vel cum Sacerdote, vel Religioso. Idemque judicium esto de circumstantiis tantum leviter aggravantibus, malitiam peccati, ut si te inebriasti in die jejunii cum modica læsione valetudinis, &c. &c. Denique quoad circumstantias diminuentes tantum, consentiunt omnes, illas tunc solum in confessione necessariò explicandas esse; quando peccati malitiam vel omnino tollunt, vel ex mortali venialem efficiunt: ut si malum egisti, sed ex ignorantia invincibili. Si hominem occidisti, sed ob tui necessariam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Si furatus es, sed in necessitate extrema, aut valde gravi, aut in quantitate modica. Si puella stuprata, sed vi, vel terrore nimio correpta à mortali excusante &c. si talia confitens non addat circumstantias illas diminuentes, graviter decipiet Confessarium in ordine ad judicium contra se.

QUÆSTIO V.

Qualis Numerus Peccatorum necessario exprimendus in Confessione :

SUMMARIUM.

427. *Exprimendus est numerus moralis tantum peccatorum, non physicus actuum.*
428. *Quando actus seu peccata merè interna censeantur unum, vel plura numerò?*
430. *Quando censeantur formaliter, vel interpretativè interrumpi?*
431. *An multiplicatio objectorum in eodem actu multiplicet numerò malitias?*
432. *Quando actus externi sub uno eodémque interno multiplicati censeantur unum numerò peccatum? Exempla plura. Usque ad n. 437.*
437. *Quando censeantur plura numerò peccata actus interni, & externi? Usque ad n. 441.*
441. *Explicandus est numerus certus, quantum fierè potest.*
442. *Unde graviter peccat, qui numerum sibi certum, exprimit sub illo suo circiter, plus, minus.*
443. *Malèque agunt, qui eas particulas passim adhibent.*
446. *Quem numerum comprehendant, vel Confessario significare possint ille particule circiter, plus minus? Usque ad num. 451.*
451. *Quando nullus, ne probabilis quidem numerus haberi potest, qualiter sufficiat, & exprimi debeat Confessario status Penitentis, consuetudo, & mora peccandi? casus varii. Usque ad n. 456.*

ASSERTIO.

426 **E**xprimendus est numerus moralis tantum peccatorum non physicus actuum: atque numerus certus, quantum sciri potest: alioquin post diligens examen certo - similior & probabilius, cum solito circiter, vel plus, minus, quo comprehenditur modicus excessus peccatorum proportionem numeri assignati majoris vel minoris, cessante obligatione eundem excessum postea certo compertum denuo consistendi: tandem nullo certo vel probabili numero comperibili, sufficit exponere poenitentis statum, consuetudinem, moram in peccato. Est tota communis, ut patebit explicatione.

§. I.

Exprimendus est Numerus moralis tantum Peccatorum, non physicus actuum.

427 **T**ota omnes: Ratio est: quia peccata mortalia singula confiteri obligamur: at hæc confiteri possumus singula absque explicatione singulorum actuum physicorum ad hoc, vel illud peccatum in individuo concurrentium sæpe innumerabilium: sufficit ergo explicare numerum actuum consummatorum peccati in sua specie: v.g. in homicidio, furto, fornicatione: toties occidi hominem talem: toties furatus sum tantum: toties fornicatus &c. minime opus est explicare numerum physicorum actuum.

actuum antecedentium, vel concomitantium eundem actum principalem ordinatorum, & in eodem fine principali unitorum: prout ex professo docetur in materia *de peccatis, eorumque distinctione numerica*. Et ego quadruplici regula explicavi *Parte 1. in Desal. c. 4. Secl. 3. per totam*. Aliqua tamen magis necessaria & notabilia quoad peccata tam interna, quam externa hic breviter rescribo.

Quoad Peccata interna.

I. REGULA. *Peccata merè interna (ut 428*
sunt odia, invidiæ, inimicitæ, vindictæ: item simplices velleitates, consensus, complacentiæ, delectationes morosæ circa peccata externa, &c.) *moraliter tot sunt numero peccata in confessione, per se loquendò, exponenda, quoties voluntariè repetuntur, postquam quis liberè ab iis cessare constituit per revocationem vel cessationem voluntariam: non verò quoties quis solùm physicè reipsà cessat involuntariè, casu, naturali distractione, occupatione, somno &c. Ita (contra non paucos) ex communi Doctorum Lugo disp. 16. n. 569. ita more suo argutè ratiocinans. Quando cogitans rem turpem, vindictam & similia; instituis quasi congressum cum objecto malo, sicut instituis cum illo, quem incipis contumeliis petere. Sicut ergo non censeris hic toties multiplicare numero contumelias, quoties easdem repetis, aut consimiles ingeris; sed so-*
lum

lùm tunc, quando easdem repetis, postquam liberè cessasti: ita etiam non multiplicas peccata desideriorum, nisi cesses à congressu cum objecto desiderato &c. Ita sapientissimus Cardinalis: addens tamen: moraliter loquendò vix fieri, ut quis ultra duas vel tres horas perseveret in eadem moraliter voluntate interna. Quare si longior sit mora, oportebit dicere: quamdiu inhæseris talibus cogitationibus, desideriiis, delectationibus malis: at verò si ejusmodi peccatis interiùs solùm unâ vel alterâ horâ inhæstisti, absque revocatione, vel voluntaria cessatione, satis erit dicere simpliciter: *semel proximum odiò persecutus sum, semel voluntariè morosè delectatus, &c.*

429 II. At contrà fieri potest, ut intra unam, vel mediam horam sapiùs ejusmodi peccata interna moraliter interrumpas, & multiplices per revocationem vel voluntariam cessationem, & novam reassumptionem voluntariam, prout fortè sapiùs expertus es: & tunc erunt distincta numerò peccata (adèò ut inter horam etiam centies peccare possis mortaliter.) Et, per se loquenò, numerum, si scires, in confessione exprimere deberes: sed quia plerumque impossibile ejusmodi internorum peccatorum numerum inire, ideò omnium consensu sufficit explicare moram temporis, quâ in tali mala voluntate perstitisti: v. g. per tot horas inhæsi voluntariè turpi cogitationi, delectationi morosâ, desiderio &c. circa tale objectum,

Secl. I. Qualis Numerus exprimendus. 401

per mensem, per annum integrum in odio & inimicitia erga proximum perfliti: sapissime cum memoria inimici recurreret, actus odii, vindictæ, invidiæ &c. repetii: & sic in cæteris. Imò hoc universaliter verum est, quoties quis continuâ voluntate, longo tempore, in quibuscunque peccatis etiam externis perseverat, ut eorum numerum inire nequeat, ut generaliter dicam *infra* §.4.

III. Dixi autem: *Peccata merè interna.* 430

Quando enim voluntas actu efficaci tendit in opus externum reipsâ procurandum ac perpetrandum, durante eodem actu externo circa idem objectum, manebit idem numerò peccatum, etiam per longum tempus, tametsi actus interni malæ voluntatis interea centies & millies repetantur, nunquam tamen etiam formaliter vel interpretativè revocentur. Exempli gratiâ. Titius succumbit tentationi carnis, consentit, efficaciter proponit, pergit, &c. Interim dum fervet opus, hanc suam malam voluntatem millies repetit, nunquam tamen revocat formaliter, vel interpretativè, sed ita constitutus manet, ut quotiescunque se reflectat super suum actum, semper consentiat, approbet, complaceat: semper censetur idem numerò peccatum, quia omnes motus & actus sequentes uniuntur moraliter cum primo actu in ordine ad eandem primò intentam consummationem externam. Similiter voluntaria retentio rei alienæ per annum, vel annos plurimos,

tametsi voluntas retinendi, vel non restituendi infinities interrupta repetatur; semper tamen idem numerò peccatum mortale manet, nisi quando voluntas non restituendi revocata de novo assumeretur. Lugo *d. 16. pœnit. n. 564.* Simili modo discurrendum in quovis alio peccato externo. Contrà verò, quoties prior actus internus malæ voluntatis est revocatus *formaliter, vel interpretativè*, nimirum per actum contrarium nollicitatis, aut per cessationem voluntariam, toties censetur actus moraliter interruptus, & tot distincta numerò peccata, etiam per se loquendò numeranda in confessione: sed quia & hoc plerumque est moraliter impossibile, ideò ordinariè sufficiet exprimere moram temporis, v. g. *integro mense perstiti in proposito & voluntate fornicandi, occidendi, furandi, non restituendi, quòd sapiùs revocavi, antequam consummarem &c.* Vasquez, Layman suprà. Unde patet, posse aliquem integro mense vel anno committere unum tantum peccatum moraliter non interruptum: è contra verò unà horà committere centum peccata moraliter interrupta.

43^r IV. Denique controversia speculativa hìc est, an maneat idem numerò peccatum: quando idem actus tendit in plura objecta; sive an multiplicatio objectorum in eodem actu multiplicet numerò malitias? quoad praxin omninò perinde est, sive dicas, uno actu occidisse decem homines, esse decem peccata formaliter, & ideò

señ. I. Quod
ideo enumerat
Vasquez, Bon
sol. 29. Sive di
sed equival
jectorum, tan
stantialem ad
sacro Tribuna
Layman d. 1. 1. 1.
sive objecta mol
ut si uno omni
habes, occid
tias: si uno p
per mensem, p
sive objecta
rum sub dist
uno actu inte
actu interno
per plures ac
cta: v. g. o
& occasioib
modo aliam d
na consumme
distincta num
te actus inter

Qu
REGULA
Rraliter
dem vel phys
quod non sit p

Sect. I. Qualis Numerus exprimendus. 403

ideo enumeranda in confessione : sic Azorius , Vasquez, Bonacina, alii cum Diana p. 1. tr. 7. resol. 29. Sive dicas, esse unum numerò peccatum, sed æquivalens decem : & ideo numerum objectorum, tanquam augmentem malitiam substantialem actûs necessàriò explicandum in sacro Tribunali : Sic Suarez. Filliucius, alii cum Layman l. 1. tract. 3. n. 2. Etiam perinde est : sive objecta multiplicentur materialiter tantùm, ut si uno omninò actu plures homines odiò habeas, occidas, infames, aliàve injurià afficias : si uno proposito velis omittere Officium per mensem, jejunium per Quadragesimam &c. sive objecta multiplicentur formaliter, nimirùm sub distinctis actibus externis intenta ab uno actu interno : ut si voluntas uno quidem actu interno intendat & proponat, attamen per plures actus externos tendere in plura objecta : v. g. occidere plures, sed distinctis vicibus & occasionibus : cognoscere plures, modò hanc modò aliam &c. Quòd si tamen peccata externa consummentur, sinè controversia illa erunt distincta numerò peccata, nihil obstantè unitate actûs interni.

Quoad Peccata externa.

REGULA. *Idem numerò peccatum est moraliter, quando durante actû interno eodem vel physicè, vel moraliter (scilicet physicè quidem multiplicato, ac moraliter non interru-*

pro per revocationem vel cessationem voluntariam, juxta modo dicta) quantumvis multiplicentur actus externi spectantes ad eandem consummationem peccati, & sub eodem intento ac sine principali uniti. Exemplis cape.

- 433 I. Qui eodem actu interno, & commotionis impetu alterum sapius verberat, unum tantum peccatum committit, quamvis eò gravius, quò sapius: & si ita Clericum percussit, semel tantum est excommunicatus, ut ex jure bene probat Navarrus *Man. c. 6. n. 17.* Idemque est de eo, qui eodem libidinis æstu fœminam sapius impudicè tangit: item, qui eodem motu & impetu sapius DEUM blasphematur; sapius pejerat; sapius homini maledicit, eandem calumniam sapius exprobrat; in eadem materia sapius detrahit &c. ut proinde in confessione Sacramentali sufficiat dicere: *semel alterum percussi, impudicè tetigi, blasphemavi, pejeravi, detraxi, &c. semel.* Quia nimirum ista repetitio fit ex imperio & impetu unius actus interni, ac unico quasi actu externo, ideòque meritò non nisi pro uno peccato reputanda. Ex communi Navarrus, Layman *l. c. Diana p. 1. tr. 7. res. fol. 51.* Secus dicendum est, quando quis, etsi vi prioris impetùs, tamen per intervalla iteratò accessit ad percutiendum, tangendum, blasphemandum, ut eodem licet continuò impetu, tamen vel plures homines injurià affecit, aut eidem homini diversæ speciei injurias intulit, v. g. simul verberandò, & convitia diversa in-
- feren-

Sect. I. Qualis Numerus exprimendus. 405

ferendô, vocandô furem, adulterum, magum &c. tunc enim multiplicantur peccata in ordine ad confessionem, juxta dicta. Et notanter in Regula dixi: *quando multiplicantur actus externi spectantes ad eandem consummationem peccati.* Alioquin vide dicenda infra num. IV.

II. Idem quôque consequenter numerô ⁴³⁴ peccatum manet, quando plures ac plurimi actus tam interni, quàm externi concurrentes, tamen naturâ suâ ad eundem actum principalem ordinantur, & *sub eodem intento ac fine principali ununtur.* Omnes. Exempla obvia.

1. Qui furatur integram bibliothecam vel suppellectilem per totam noctem v. g. sæpissimè multiplicatis actibus internis, & iteratis ablationibus, etiam singulis ad peccatum mortale sufficientibus, unum tantùm numerô furtum committit, quia omnes isti actus ununtur sub uno intento principali auferendi tantam quantitatem: quare in confessione sufficit dicere: commisi furtum in tanta quantitate, seu valore. 2. Titius efficaciter volens occidere Cajum, imprimis plurimos exercet actus internos odii, iræ, vindictæ, inquisitiones occasionum, electiones mediorum &c. eosque sæpissimè repetit: plurimos quoque exercet actus externos, pluribus diebus insidias struit, præstolatur, arma expedit, socios convocat, equum ascendit, deprehensum inimicum verbis, & armis invadit, iteratò ferit, tandem occidit, etiam mortuo actus infligit, &c. 3. Similiter volens pec-

care carnaliter, usque ad consummationem, (pro pudor!) quot distinctissimos actus internos exercet, & agit? quot etiam actus externos, verba impudica, sollicitationes, oscula, tactus &c. sc̄dum cogitare? Quin tamen utrobique isti actus omnes distinctissimi interni & externi, naturâ suâ ad actum principale homicidii, vel fornicationis ordinantur; & sub illo velut principali intento ac fine uniuntur, ideo cum ipso actu principali intento homicidio, vel fornicatione, unum numerò peccatum constituunt, ut proinde sufficiat confiteri actum principale: *commisi homicidium voluntarium semel: semel fornicatus sum &c.* nullâ factâ mentione actuum præcedentium, vel concomitantium. - Nam 4. Hanc doctrinam Doctores communiter, Navarrus *cap. 6. n. 17.* Azorius *tom. 1. l. 4. c. 4. q. 6.* Layman *l. 1. tit. 2. c. 9. n. 8.* extendunt ad actus malos ipsum actum principale concomitantes, vel immediate subsequentes tanquam accessoria vel complementa: uti est gaudium, vel complacentia de actu consummato: colloquia, oscula, &c. sequentes actum venereum absque intentione, vel ordine ad novam copulam: adhuc nimirum constituere unum numerò peccatum cum actu principali, ideòque seorsim non debere narrari in confessione; cum difficulter, & vix decenter explicari à Pœnitente, minus à Confessario inquiri possint, ut notat Layman *loc. cit.* vide rursus *infra num. 17.*

III. Idem denique numerô peccatum ¹³⁵ mortale cenetur, quod committitur circa actiones ex natura, vel institutione sua integratas ex pluribus actibus conjunctis. Exemplum notissimum. 1. Si Clericus omittat totum Officium Canonicum unius diei: quia singulæ horæ, etsi secundum se sint quid notabile, & ad peccatum mortale omissionis sufficient in communi sententia, tamen ex institutione sua integrant unum unius diei Officium, ut sufficiat confiteri: semel omisi totum Officium, ut apud omnes in confesso est. 2. Sacerdos celebrans in statu peccati mortalis, etsi celebratio Missæ plures contineat actiones Sacramentales, utpotè consecrationem, sumptionem, & communicationem aliorum, non tamen tria, sed unum tantum peccatum mortale committit: quia omnes isti actus integrant unum numerô ministerium celebrationis Missæ: ut proinde sufficiat confiteri: *celebravi in statu peccati mortalis semel* 3. Idem omnino dicendum de Sacerdote, qui unâ vice, & intentione notabiliter non interruptâ se exponit excipiendis confessionibus, aut distribuendo Sacramento Eucharistæ, existens in peccato mortali (quidquid intolerabiliter alii dicant) quotcumque absolvat, quotcumque sacras Hostias distribuat, unum tantum peccatum mortale committit: quia nimirum omnes illæ absolutiones, aut distributiones, ut modò actu continuo successivo fiunt, ad unum mortaliter pertinent ministerium ab-

solvendi, vel communicandi. Hoc enim ministerium ex natura sua non determinat sibi certas personas vel Hostias, quin potius postulet per modum sacri Tribunalis communis, aut sacrae Coenae communis: ut omnibus ad tribunal accedentibus jus dicatur: omnibus ad mensam sacram accumbentibus, sacrum ferculum apponatur: ac proinde in confessione sufficiet dicere: *Ministravi Sacramentum poenitentiae aut Eucharistiam* (posita sententiâ, etiam hoc esse mortale) *in statu peccati mortalis semel.* 4. Aliud esset, si Sacerdos in mortali existens sapius distinctis & moraliter interruptis vicibus se praesentet ad absolvendum, vel communicandum. Tunc enim, sicut in peccato mortali censetur moraliter multiplicare ministeria sacra, ita sanè multiplicabit peccata: quâ ratione etiam is, qui in die natali Domini omnes tres Missas celebraret in peccato mortali, ter peccaret mortaliter, tria enim distinctissima sunt ministeria, ad invicem per modum unius minimè ordinata. Vide Dianam p. I. tract. 7. resol. 41. & 43. Lugo disp. 16. Poenit. sect. 13. §. 2. toto.

436 IV. Et hactenus directè potissimùm explicatum est, quomodo actus physicè multiplicati constituent unum numerò moraliter peccatum: eoque ipso simul indirectè saltem indicatum, quando & quomodo peccata moraliter multiplicentur numerò: Dicitum enim est, constitui moraliter unum numerò peccatum. I.

Quan-

Sect. I. Qualis Numerus exprimendus. 409

Quando actus interni physicè multiplicati, non tamen sunt interrupti moraliter, seu formaliter & interpretativè. 2. Quando actus externi varii spectant ad eandem consummationem peccati. 3. Et ex natura sua ad eundem actum principalem intentum ordinantur, 4. Et sub eodem actus intento & sine principali uniantur. Jam per oppositum sic collige.

Plura numerò Peccata in confessione enumeranda constituuntur:

Primò. Quando actus interni physicè multiplicati sunt interrupti moraliter, vel formaliter, vel interpretativè. Formaliter interruptitur actus internus per revocationem formalem, seu actum contrarium, aut nolitionis efficacis, vel saltem simplicis displicentiæ seu aversionis ab actu malo præhabito à voluntate elicitedum, res nota satis. Interpretativè verò interruptitur, & revocatur actus per cessationem voluntariam: quando nimirum voluntas se reflectens super priorem actum, vel propositum malum voluntariè cessat, aut negativè se avertendò, aut ad alium actum impossibilem divertendò. Ut si proposuisses hodie exire ad fornicandum vel occidendum v.g. & memor hujus propositi, domi manere, aliud agere, aut cubitum ire velles, jam interpretativè censeris revocasse actum priorem, etsi formaliter & positivè non revocaveris. Quare si postea rursus deliberatè reassumas priorem actum, vel propositum

fitum malum, jam numero multiplicas peccatum moraliter, & in confessione explicare debes, si possis. Vide superius suo loco dicta de peccatis internis.

438 *Secundo.* Quotiescunque etiam quantumvis sub uno actus interni (iracundiæ, avaritiæ, libidinis, vel similis commotionis) imperio & impetu, committuntur plura peccata externa omnino disparata: *quæ scilicet de se minimè ordinantur ad unam consummationem externam peccati, sed per se integræ consummationes sunt, ut si uno impetu iræ plures occidas, unum post alterum: Si eadem iniquâ ditescendi cupidine actus, à pluribus fureris quid notabile: si eadem libidinis, quantum poteris, exsatiandæ intentione ac æstu, sæpius pollutionem procures, sæpius forniceris cum eadem vel pluribus, &c. &c.* certum est, te committere totidem peccata mortalia numero distincta, ideoque in confessione exponenda. Communis DD. Lugo *disp. 15. n. 558.* Castro Palau. Dicastillus, aliisque relatis minimè laxus Diana *p. 3. tr. 4. resol. 67.* ubi rotundè & rectissimè scribit, falli Zavardam & quosdam alios (vide, quàm nulla absurditas sinè patrono) opinantes eum, qui totâ nocte concubuit cum amasia, animò explendi libidinem, quoad posset, licèt fortè sexies vel octies habeat copulam, tamen sufficienter confiteri, si dicat. *Totâ nocte fui cum unâ, & feci, quantum potui, &c.* Ratio autem est. Quia quando actiones pec-

cami-

Sett. I. Qualis Numerus exprimendus. 411

caminosa sunt completa & totales, nec earum una ex se ordinatur ad aliam, sola una intentio eas exercendi tali tempore, certè minimè sufficiat, ut fiat una moraliter actio, seu unum peccatum. Quis enim unius tantum peccati damnet eum, qui ex vi unius propositi, se inebriat quoties occasio se offert: totà Quadragesimâ ne semel quidem jejunit: &c. Sanè Layman *cit.* sex peccatorum mortalium meritò damnat eum, qui sex distinctis diebus serper furatur 100. aut 200. aureos, animò non desistendi, donec perveniat ad summam millenorum: nemine, credo dissentiente, si illa sex furta fiant à Diversis Dominis.

Tertiò. Quando actus accedunt ad actum 439
principalem peccati intentum naturâ suâ non ordinati, ac aliunde distinctam propriam malitiam continentes. Ut si occidas adhibitò venenò, vel maleficiò; si velis occidere, sed prius enormiter cruciare vel torquere: si ad finem fornicationis obtinendæ usus es philtis, vel aliis mediis magicis: si antea solum habuisti delectationes venereas morosas, aut inefficaces velleitates ac concupiscentias ad fœminam: si exercuisti oscula, tactus, amplexus impudicos sinè omni intentione copulæ, & postea primò novo actu efficaci copula secuta fuit, &c. Tunc actus illi prævii, interni, externi, manent peccata seorsim confitenda, nisi ignorantia vel inadvertentia excuset.

Quar-

440 *Quarto.* Quando actus prævii, etsi de se ordinati ad actum principalem intentum, v. g. fornicationis, homicidii &c. tamen *in illo principali actu, seu sine intento non uniantur*: utpotè, si quacunque de causa non sequatur actus principalis intentus, fornicationis, homicidii: tunc enim manebunt illi actus prævii peccata seorsim dissoluta, ideoque seorsim confitenda, secundum omnes: ut in exemplis allatis supra num. II.

§. At, quid si quis totâ nocte versans cum amasia semel tantum peccatum consummet, & reliquum totum tempus aliis turpitudinibus consumpsit? Quamvis videatur esse moraliter unum numerò peccatum, propter eundem non interruptum actum malum voluntatis: puto tamen, id explicandum esse in confessione tanquam quid augens malitiam substantialem actûs: cum impossibile videatur, totius noctis turpitudines sub uno actu fornicationis uniri: ut proinde non sufficiat dicere: *fornicatus sum semel.* quamvis oppositum opinetur cum aliis Dianap. 3. tract. 4. resol. 67.

§. II.

Explicandus est numerus certus, quantum fieri potest.

441. **C**ertum apud omnes, peccare mortaliter, qui scienter, aut ex negligentia crassa seu mortaliter mala in confessione exprimit numerum minorem in peccatis, quam reipsâ sit:

ut

Sect. I. Qualis Numerus exprimendus. 413

ut, si sciat vel mediocri adhibitâ diligentia, facile scire possit, se blasphemâsse undecies, dicit blasphemâsse decies vel octies, &c. Quia mentitur in re gravi iudicium Sacramentale concernente, juxta dicenda *sect. seq. de confessione vera*. Idem econtra per se dicendum de eo, qui sciens, vel simili crassâ negligentia exprimeret numerum majorem, quam reipsâ sit: verum hunc facile excusabit scrupulositas, bona fides, majoris securitatis studium, ut in simili mox iterum notabo. Et vero permultos reperire est: qui existimant, se præclare functos officio, & satisfacere suæ obligationi, si in confessione identidem repetunt suum *circiter, plus, minus, &c.* parum omninò solliciti de certo vel præciso numero reperiendo, vel edicendo. Non sic *circiter* impii, non sic.

II. Certò etiam mortaliter delinquit, qui certus de præciso numero peccati commissi exprimit illum, cum suo *circiter*, vel *plus, minus*. Ut si certus se fornicatum sexies: dicat: fornicatus sum sexies *circiter, plus, minus*. Ratio clara est. Quia talis unum saltem peccatum mortale certum confitetur, ut dubium, & implicite saltem bis mentitur. Qui enim dicit se peccasse sexies *circiter*: dicit disjunctivè peccasse vel sexies, vel fortè quinquies tantùm (& sic sextum peccatum certum exprimit ut dubium) vel fortè etiam septies, quod tamen scit esse falsum: sicut si certò sciens, peccasse sexies, diceret, se peccasse sexies vel septies; prout reve-

râ nonnulli faciunt, pro majori, ut ajunt, securitate, cum quasi certi sint aliquod peccatum patrâsse tantum bis, dicunt tamen: bis, vel ter. Quo casu tamen rarissimè censendi sunt peccare formaliter coram DEO, sub ejusmodi formula, dicentes majorem numerum, quia bonâ fide, ex mera scrupulositate, & nimia securitatis studiô ita faciunt: ut bene notat Gobat. *num.* 428.

443 III. Perperam quòque agunt, & peccant, qui absque judicio, & examine debito adhibito, ad quosque peccatorum numeros, particulas illas, *circiter, plus, minus* addere solent, aut sub illis formulis obiter velut divinandò, quemcunque etiam majorem numerum expriment, falsò putantes, se hâc ratione supplere verum numerum. Nam suppletio incerti numeri debet esse moralis & rationabilis, nimirum cum examine, morali diligentia, ac prudenti aestimatione & judicio expendendo, quis numerus verè probabilis, ac numero vero similitior à parte rei reperiatur. Quare Confessarius non debet passim admittere istas phrasès, nisi quando prudenter judicat, aut credit, non potuisse poenitentem morali ac mediocri diligentia deprehendere numerum certiozem. At quando & quomodo hoc Confessarius prudenter judicare poterit? Placet regula tradita à solo, quem sciam, P. Gobat *cit. n.* 425. sed cercè mihi dudum practicata.

444 IV. Quando Poenitens à longo tempore non

con-

confessus, cum, illis particulis *circiter plus, minus, &c.* nominat valde magnum numerum peccatorum mortalium, præsertim non valde singularium, meritò præsumet Confessarius, eum mediocri diligentia non potuisse deprehendere numerum certiore, & sic transire permittat. At verò quando Pœnitens à modico tempore confessus, v. g. à duabus vel quatuor septimanis, exprimit parvum numerum, & quidem valde palpabilem criminum, debet esse suspectus de defectu examinis, & ad numerum certum, vel certiore edicendum adigendus erit. Quis enim ferat Clericum dicentem; hoc octiduo omisi bis, vel ter integrum Breviarium. Hâc septimanâ in Quadragesima ter vel quater comedi carnes. Hâc quindenâ, hoc mense quater circiter omisi Sacrum; hâc hebdomadâ quater plus, minus me polui, &c. &c.

§. III.

Numerus probabilis, cum *circiter*,
ac *plus minus.*

Quando adhibitâ morali diligentia in examinandô conscientiam reverâ non potest deprehendi certus & præcisus numerus peccatorum, jam exprimatür numerus probabilis, qui nimirum factò moraliter, & mediocriter diligenti examine videtur magis verosimilis, seu magis ad numerum certum appropinquare,

re , hoc ipsum exprimendô : v. g. *quantum* scio : *quantum* recordari possum , & tandem cum solemi *circiter* , *plùs* , *minùs*.. Jam videndum , quid operetur , vel quôisque se extendat illud *circiter* , *plùs* , *minùs*. Dico ergò :

- 445 I. Quando exprimitur numerus ita probabilis , addito *plùs* , *minùs* , vel *circiter* , comprehenditur simul excessus modicus super numerum verum & certum , non item excessus notabilis. Nam qui confitetur , se blasphemâsse *circiter* , vel *plùs* , *minùs* sexies , hòc ipso dicit , se confiteri , etiam blasphemâsse septies , vel octies , si fortè toties fecit : at certè non eo ipso dicit , se etiam blasphemâsse fortè duodecies vel amplius , neque id à Confessario intelligi potest. Quôisque autem se extendat illud *circiter* , vel *plùs* , *minùs* , prudentis arbitriò æstimari debet , nimirum extendi ad numerum modicum non æstimandum absolutè , sed respectivè ad numerum , cui adjungitur , majorem vel minorem , proportionè geometricâ : ita ut quò major fuerit numerus , tantò etiam major excessus verbis illis comprehendi poterit : v. g. excessus modicus respectu *quinque* vel *sex* , est unum respectu *decem* , duo : respectu 20. tria : respectu 40. vel 50. quatuor , respectu 100. *quinque* vel *sex*. Sic post alios Tamburinus l. 2. de Confess. c. I §. 4. Diana p. 3. tract. 4. resol. 94. Lugo disp. 16. n. 96. approbans Regulam Menochii docentis , verba illa *plùs* , *minùs* posse verificari de quinque respectu cujuslibet centenarii , maxime

Secl. I. Qualis Numerus exprimendus. 417

mè, si addatur numero millenario. Plus ali-
quantò concedemus mox infra.

II. Qui confessus est numerum probabi 447
lem cum addito *circiter*, vel *plus*, *minus*, etiam-
si postea certò deprehendat, se certò contraxisse
se illum ipsum numerum, aut paulò excessisse
vel defecisse, non tenetur postea illum nume-
rum certum, etiam paulò majorem (nedùm
minorem) deprehensum de novo ut certum
confiteri. Ita gravissimi DD. *Sotus*, *Vega*,
Ledesma, *Vasquez*, aliisque citatis. *Suarez d. 27.*
secl. 5. n. 38. Lugo *disp. 16. n. 78.* testans, hunc
esse communem sensum. Diana, alii infra citan-
di. Ratio est: quia ille numerus certus, etiam
paulò major (nimis clarè minor) jam fuit
sufficienter expressus in confessione, in particu-
la *circiter*, vel *plus*, *minus*: Nam ut paulò
antè dixi: qui dixit, se fornicatum decies *cir-
citer*, *plus*, *minus*, eò ipsò fateretur, se illud patrâs-
se peccatum aut reipsâ decies, aut etiam undecies
vel duodecies, si reipsâ toties fecit: idque
Confessarius satis intelligit, formâtque sibi ju-
dicium morale, id se re ipsâ aut toties patrâsse,
aut paulò amplius, sicque juxta hoc judicium
morale te ab omnibus absolvit directissimè:
ergo manes solutus onere amplius confi-
tendi.

III. Dices: Qui confessus est aliquod pec- 448
catum mortale ut dubium, si postea certò co-
gnoscat, illud peccatum esse reverâ à se patra-
tum, tenetur illud denuò ut certum confiteri,

juxta omninò communem Sententiam Docto-
rum: atqui, qui confitetur, se fornicatum decies *plus*, *minus*, verissimè ipsum peccatum decimum, & magis undecimum, vel duodecimum, confitetur ut dubium, ut intuenti patet: ergo postea compertò, se certò decies, vel undecies, aut duodecies peccà se, tenebitur id denuò ut certum confiteri. Huic argumento succumbunt doctissimi *Lugo & Dicastillus*. Et certò meò judiciò, stante illà communi doctrinà *Majoris*, necessariò succumbendum est: quidquid conetur respondere *Diana p. 10. tr. 16. resol. 79.* Quòd nimirum major requiratur exactio in explicanda substantia peccati, quàm in numero peccatorum exponendo. Vide, si placet, & an placeat? Tu autem noli succumbere: sed rotundè *negando majorem* sequere Sententiam oppositam, propositam supra *quest. IV. s. 4.* Si tamen utroque casu, vel in communi illa Sententia, tutiori viâ incedere, eâque tuos pœnitentes deducere velis, in hoc te laudo.

- 449 IV. Caterùm apud omnes, etiam nostræ Sententiæ Authores, in confesso est, quod si post Confessionem talem deprehendatur notabilis excessus numeri super numerum peccatorum probabilem cum *ciriter*, vel *plus*, *minus* expressum, oportere postea eum excessum in confessione nova manifestari. Ut si primò confessus fuisti, te fornicatum circiter decies, & postea deprehendas, certò esse factum decies-

Ca. III.
Seçt. I. *Qualis Numerus exprimendus.* 419

cies-octies vel vigesies, debetis saltem sex, vel octo peccata denuò confiteri: quia moraliter tantus excessus in tam parvo numero non comprehenditur; nec reverâ potest dici, antea talem numerum fuisse sufficienter explicatum & consequenter iudicium Confessarii notabiliter alterat. Advertit tamen Suarez, quòd si priorem confessionem præcessit diligentia mediocris in examinanda conscientia, moraliter non contingere, ut postea veniat certò in mentem tantus excessus, ut oporteat in posteriore Confessione illum memorare. Certè sat laxè hic loquuntur Doctores: nimirum non teneri amplius aliquid confiteri eum, qui bonâ fide dixit, se blasphemâsse decies quinquies, aut centies plus, minus, & postea deprehendit, factum vigesies, vel centies decies. Lugo *cit. num. 97.* & ita proportionaliter deinceps. At certè nimis laxè Tannerus *hic p. 7. dub. 3.* & illum eximit, qui confessus est, se pejerâsse circiter vicies, & postea liquidò deprehendit, factum tricies: contra communem aliorum. Vivaldus *in candelabro suo*, etiam liberat à redeundo ad Confessionem eum, qui confessus est, se circiter centies blasphemâsse, postea verò probè meminit, contigisse ducenties: sed rejicitur ab aliis communissimè. At, quid si bonâ fide absolutè, sinè circiter dixi, me blasphemâsse decies-octies, & postea liquidò cognosco, esse factum vigesies, eròne liber à confitendo postea isto binario, perinde ac si dixis-

sem circiter decies octies? Tannerus citatus liberaliter concedit, & oppositum scrupulosum censet; sed cenleo ego standum in communi sensu DD. & fidelium.

450 §. Tandem cum quis majorem numerum in confessione exprimendo excessit, etiam notabiliter, & postea comperiat certò, non esse tantum, v. g. confessus es, te pejerasse decies, & postea comperias, reverà tantum factum esse sexies, non teneris denuò hunc minorem numerum confiteri: quia in majori numero expresso jam continebatur, & absolvebatur iste minor. Nisi fortè scienter mentitus es: & Confessionem fecisses invalidam, juxta dicenda *sect. 3.*

§. IV.

Pœnitentis status, consuetudo, mora peccandi.

451. **Q**Uando denique nullus numerus, neque probabilis, vel vero - similis haberi potest; tunc opus erit, & sufficiet Pœnitentem aperire suum statum, consuetudinem peccandi, moram temporis, quo in statu peccandi, mortaliter perseveravit: & frequentia lapsuum in die, septimana, mense, quoties nimirum singulis diebus, septimanis, mensibus, taliter peccare consuevit, si scire possit: ex his enim prudens Confessarius statum, & malitiam peccatoris melius & firmiter cognoscet, quam ex
nu-

Sect. I. Qualis Numerus exprimendus. 421

numero probabili aut verosimili, quem à Pœnitente imprudente, & parùm seriò peccata perpendente sæpe magis extorquemus, quàm bene perpensum accipimus. Melius ergo faciet Confessarius, si tales pœnitescentes inducat, ut simpliciter aperiant statum suum, modum vivendi, consuetudines, occasiones, & incentiva peccati, quàm eos torquendò circa numerum peccatorum, quia talis est impossibilis. Si quid enim ad importunitatem Confessarii dicant, solum divinandò, & absque ullo iudicio dicunt: v. g. feci *plus centies, plus millies &c.* Quis credat illos talem numerum tam parvo tempore percurrere potuisse: solum ergo sic dicunt, quia vident, se numerum comprehendere non posse, ideòque, ut se à vexatione redimant, putant se benefacere, si quemcunque numerum excessivum exprimant: ut præter alios bene monet noster Marchant *Tribun. p. 3. tract. 4. tit. 6. quest. 3. dub. 2.* Jam declaro in particulari exemplis aliquot ex probatis Authoribus.

II. Communis meretrix satisfacit dicendò: 452
tot annos in statu meretricio permansi, quoties occasio fuit, & quibusvis, etiam conjugatis, sacris, &c. copiam corporis feci. Nam species peccatorum saltem principales, quantum potest, (imò & numerum eorum aliquem, si possit) debere exprimere, notant DD. communiter. Tannerus *hic d. 6. q. 9. dub. 3. Diana p. 3. tract. 4. resol. 89. Lugo d. 16. sect. 1. num. 575. Atta-*

men post Cajetanum ita generalius loquitur Navarrus *c. 6. n. 75*. Sæpè satis est, absque aliquo numero statum suum manifestare sufficienter; velut si quæ publica meretrix parata & exposita ad fornicandum tam cum Clericis, Religiosis, & virginitate præditis, quàm Laicis, & conjugatis, & solutis post conversionem confiteretur. exprimerétque, se toto eo temporis spatio in eo statu fuisse. Sic Navarrus, minimè alioquin laxus, sequiturque Valentia *tom. 4. d. 6. q. 11. p. 1*. Sed talem confessionem meritò censent insufficientem, saltem regulariter Tannerus, & Lugo citati; cùm fieri possit, ut unà talis Lupa centies peccarit cum Clericis, & conjugatis, altera tantùm decies, & quidni illa speciem, & majorem aliquem saltem probabilem numerum, aut certè frequentiam exprimere teneatur?

- 453 III. Qui domi habet concubinam, sufficienter confitetur dicendò duntaxat, quanto tempore illam habeat. Valentia *l. c.* vel potius sic expressiùs. Tanto tempore habeo concubinam, & eà velut uxore usus sum. Lugo *cit. n. 575*. Item, qui solet passim concupiscere obvias mulieres quasque, satisfacit aperiendò suam consuetudinem & species principales, an frequenter conjugatas, an aliquando cognatas, sacras &c. Lugo *ibid. n. 574*. sicut eodem teste, satisfaciunt eodem modo illoti oris homines, qui consueverunt toto die colloqui de rebus turpissimis citra ullum delectum

Etum circa materiam vel socios. Idémque Lugo, aliique plures absolvent furem, qui præcise diceret: fui à quinquennio ita perditè deditus furtis, ut quando cunque se offert occasio, sicut sæpissimè offertur, furripiam, quæ possum: & quidem res sacras notabilis pretiù clepsi quinquies, vel nisi fallor, sexies: & ita in similibus.

§. At, quid si isti? qui sic generaliter & confusè confessi sunt, postea magis distinctè recordentur de numero, & speciebus peccatorum commissorum, & ita confusè priùs confessorum: an non erit obligatio (de consilio & consultò quis dubitet?) eadem postea distinctiùs confitendi? R. Negativè cum Vasquez q. 9. a. 1. dub. 5. & Lugo cit. n. 563. Ratio est: quia in illa confusa narratione fuerunt sufficienter intellecta à Confessario, cum potuerit is de iis formare morale iudicium, atque idè ab omnibus directè absolvit.

IV. Qui habet consuetudinem peccandi, v. g. blasphemandi, pejerandi, toties quoties, sic ut nullum numerum neque probabilem talium peccatorum inire possit, satisfacit confitendò tempus consuetudinis, juxta hætenùs dicta: at verò si numerum aliquem saltem probabilem talium peccatorum inire, & dicere possit, eritne necessarium etiam exprimere ipsam consuetudinem? Respond. Cum distinctione: si ex illa consuetudine committis sæpissimè illa peccata deliberatè cum perfecta ad-

vertentia ultra ipsa peccata confessa, non teneris sponte exprimere, te laborare illâ pessimâ consuetudine, (quia consuetudo, seu habitus, in se peccatum non est.) sed solum, si te interroget Confessarius. Lugo *cit. num. 202.* At verò, si ex vi & velut impetu illius consuetudinis ex mera præcipitantia planè indeliberatè committis talia, blasphemias, perjuriam &c. jam non teneberis explicare ipsas blasphemias, perjuriam &c. quippe, quæ materialiter tantum, & non formaliter peccata sunt, quia involuntaria in se, sed bene sponte teneris confiteri ipsam illam malam consuetudinem voluntariè contractam & retentam, tanquam causam culpabilem illorum peccatorum materialium v. g. dicendò: *Habeo inveteratam consuetudinem blasphemandi, pejerandi inadvertenter, toties, quoties se offert minima occasio. Dico: voluntariè contractam & retentam.* Nam postquam verè peccitavisti, proposuisti, & seriò conatus es extirpare illam pravam consuetudinem, si nihilominus ex vi & velut naturali impetu istius consuetudinis involuntariè remanentis, rursus inadvertenter blasphemias, pejeres &c. Jam nihil confiteri teneberis, non ipsam consuetudinem, quippè non amplius culpabilem: non ipsas blasphemias, perjuriam &c. quippe, quæ nullo modo sunt voluntaria, nec in se, ut supponitur, nec in sua causa, scilicet consuetudine, quippe jam retractatâ, & ipsâ non amplius voluntariâ, vel culpabili. Sic Lugo *ibid. d.*

Secl. I. Qualis Numerus exprimendus. 425

n. 206. ex communi doctrina in materia de peccatis. Ubi de causis peccatorum.

¶ Et in dicto sensu à nobis explicato utique etiam intelligenda venit propositio 58. ab Innocentio XI. damnata. *Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.* Ubi simul nota & aliam 60. inter damnatas ab eodem Innoc. XI. Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem DEI, nature, aut Ecclesia, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodo ore proferat, se dolere, & proponere emendationem. De quibus propositionibus vide Cassianum à S. Elia V. Pœnitens III. & V.

QUÆSTIO VI.

Quando sufficit Integritas formalis tantum confessionis, sic ut aliqua peccata licitè reticeantur?

SUMMARIUM.

456. Ab integritate materiali confessionis excusatur. I. Inculpata oblivio,
457. *Quæ, & qualis ignorantia excuset?* Usque ad n. 461.
461. II. Impotentia physica. *Ut in infirmo, surdo, mutato? in periculo mortis &c.* Usque ad n. 466. casus certi,
466. *Casus ambigui.*
467. III. Impotentia moralis. *Ut.*

468. *Damnum proprium ipsius Pœnitentis ac*469. *Damnum ipsius Confessarii, corporale, vel spirituale,*470. *Aut alterius tertii, & g. Complicis.*471. *Sola tamen fame lesio complicis apud solum confessarium non excusat.*472. *Quando scil. adest necessitas confitendi, & alius Confessarius haberi nequit.*473. *Aliæ animadversiones circa impotentiam moralem, aliâsque causas excusantes. Usque ad n. 476.*

ASSERTIO.

Tres sunt Causæ Generales excusantes ab integritate materiali confessionis, sic, ut omissis aliquo, vel aliquibus peccatis mortalibus sufficiat integritas formalis tantum: *Inculcata oblivio: Impotentia physica, & impotentia moralis ob grave damnum Pœnitentis, aut proximi alioquin secururum.* Sic in re omnes. Ad has enim omnes aliæ particulares causæ, & casus necessario reducuntur, ut patebit explanatione solidâ.

§. I.

Inculcata Oblivio.

4561. **H**Ac excusantur omnes, qui hic & nunc, factò congruo examine, non recordantur, aut ignorant aliquod peccatum, ita ut ipsis, dum confitentur, inculpabiliter non occurrat. Ubique enim à transgressione legis excusat ignorantia inculpabilis. Et quia ad-
est,

est, ut supponitur, voluntas confitendi omnia peccata, modò occurrerent, ideò confessio, etsi non integra materialiter, attamen ratione integritatis formalis, valida est & licita, & fructuosa, manente tamen semper obligatione illud peccatum oblitum, vel ignoratum, cum aliquando occurret, denuò subjiciendi clavibus. Ita omnes.

II. Ad oblivionem inculpabilem excusan-457
tem spectat etiam ignorantia probabilis juris, quâ quis aliquid ignorat esse, vel putat, non esse necessariò confitendum : & multò magis opinio probabilis : vel quòd non admiseris hoc, vel illud peccatum, vel quòd jam sis confessus : vel quòd tale peccatum non tenearis hic & nunc confiteri, esto reipsâ res aliter se haberet. Ex communi Sanchez *lib. I. moral. c. 10. n. 57.* Suarez *disp. 22. sect. 9.* alii. Et patet ex hæcenus sparsim dictis, præsertim 9. 2. & 5.

III. Excusat etiam ignorantia, vel oblivio-458
culpabilis venialiter tantum, cum quis scilicet in morali diligentia examinis modicè defecit : cum culpa venialis nec valorem, nec fructum Sacramenti aliàs rectè suscepti impediatur : ideòque pœnitentem à mortali excuset. Minimè autem excusat ignorantia, vel oblivio mortaliter culpabilis, scilicet crassa, vel affectata in defectu examinis : sed tam valorem, quam fructum Sacramenti impedit, cum desit confessio dolorosa. Quomodò enim confessio erit doloro-

lorosa, si actu, ratione illius ignorantia peccatur mortaliter? Vide *quest. 1. §. 4.* Quare talis confessio tota repetenda erit, juxta dicenda *quest. sequenti*

- 459 IV. Excusat etiam ignorantia, vel oblitio defacto inculpabilis, etsi ex aliqua gravi culpa oriatur, quod valde notandum. Etsi enim quis antea peccaverit, quando oblivioni vel ignorantia causam dedit: utpote, quia confessionem nimis diu distulit, etiam non sine transgressione mortali precepti confessionis annua, aut quia veritatem sufficienter non inquisivit: si tamen dum confitetur, dolens de praterita culpa, volens, si recordari posset, omnia confiteri, peccati alicujus obliviscatur, jam oblitio non amplius erit voluntaria, adeoque excusabitur ab integritate materiali confessionis: nam etsi culpabilis in causa & radice sua, tamen modo hic & nunc culpabilis non est. *Marchant Tribun. p. 1. tract. 4. tit. 6. q. 6.*

- 460 *Corollarium.* Plurimi in pueritia vel juventute confitentes, quamvis aliqua peccata in illis confessionibus omittant, ob ignorantiam inculpabilem, vel naturalem oblivionem, à culpa immunes sunt: unde venientes ad annos maturioris prudentia, & memoria, dura in cognitionem vel recordationem eorum peccatorum veniunt, non tenentur precedentes confessiones repetere, sed sufficit eis sola peccata inculpabiliter oblita vel ignorata ante, con-

confiteri. Confessiones ratione integritatis formalis validæ fuerunt. Sed de hoc speciali-
ùs *sect. 3. cum de confessione iteranda.* Quin etiam absolvendus est, quem fallit memoria, ita ut dicat: se scire in genere, quòd peccaverit mortaliter, non autem occurrat illud peccatum in specie. Secùs (extra articulum mortis) si extremè rudis, vel simplex dicat, se peccatorem, dolere de peccatis, nullum tamen peccatum in specie, ne veniale quidem dicere possit: talem practicè, extra articulum mortis, non expedit absolvere, sed datâ benedictione, permittatur communicare. Ex communi Layman c. 8. Vide suprà *quæst. II. §. 3. N. III. & IV.*

§. II.

Impotentia physica.

Quandocunque quis ad materialiter integrè ⁴⁶¹confitendum physicè est impotens, utique sufficere debet integritas formalis: cùm nullum præceptum obliget ad impossibile. Exempla & calus sunt:

I. Si Pœnitens infirmus incipiat confiteri, & ⁴⁶²uno, alteròve peccato dicto, deficiat loquela, vel sensibus destitutus, aut grave subsit periculum, ne brevi deficiat, citò absolvendus erit, si supervivat, & ad mentem redeat, reliqua confessurus. Similiter, si infirmus volens & petens confiteri, interim dum vocatur Confessarius

farius vel ei viaticum defertur, deprehendat, multas confessiones fecisse invalidas, & gravitas morbi ac periculum defectionis vel mortis non patiatur tam longam moram, & dilationem absolutionis, dicat, quæ commodè potest, ita interim absolvatur, postea, si poterit, in confessione perecturus: quin etiam absolvendus est, si adveniente Sacerdote, jam loquelâ, vel sensibus destitutus, nihil omninò confiteatur, si antea Confessarium petiit, vel signa doloris exhibuit: tunc enim adest & sufficit confessio virtualis. De quo principali casu latius *c. 5. cùm de absolut.*

463 II. Qui surdus, vel mutus: aut impeditæ, balbutientis linguæ, ignoti idiomatis &c. omnia exprimere non potest; exprimat quantum moraliter potest. Eâdem ergo ratione ignarus idiomatis, quando urget præceptum, vel necessitas confitendi, & Confessarius linguæ peritus haberi non potest, exprimat, prout moraliter potest etsi non integrè intelligatur. Ex communi Layman *c. 8. n. 1. 1.* An verò tales teneantur vel scriptò, si sciant, vel per Interpretem, confiteri, dicitur *secl. sequenti, cùm de confessione secreta & vocali.*

464 III. Qui angustiis temporis, loci, periculorum coarctatur, ut in periculo mortis, in naufragio, in bello, imminente conflictu: item in publico nosocomio, ubi est multitudo moribundorum tempore pestis, ut omnes audiri vel confiteri non possint: si imminens periculum aliud

aliud non permitrat, possunt simul omnes, dicto à singulis aliquo peccato, quod minus infamat. Aut etiam, si aliter fieri nequeat, dicendò in genere se esse peccatores, ac dolere de peccatis, absolvi dicendò: *Ego vos absolvo &c.* Communis doctrina, & praxis.

IX. Si ipse Confessarius in periculo consti-
tutus timeatur ante moriturus, quam pœnitens
integre omnia confessus absolvatur. Item, si
Confessarius nimium festinans nolit omnia au-
dire, (seu iusta seu injusta causâ) se non omnia
auditurum prædicat, aut de facto ante finem
confessionis absolvat: tunc Pœnitens omit-
tens reliqua peccata, de omnibus tamen do-
lens, validam confessionem facit, cum id suâ
culpâ non accidat, sed festinatione Confessa-
rii nolentis, vel non potentis omnia audire; &
auditio unius partis peccatorum tribuit Pœni-
tenti aliâ rectè disposito jus ad absolutionem
non secus, ac si impotentia proveniret ex par-
te ipsius pœnitentis. Ex communi Tannerus
disp. 6. q. 7. n. 68. Quòd si autem nulla urgeret
necessitas confitendi, sed sine ullo periculo vel
incommodo aut damno Pœnitens posset alteri
confiteri integre; etsi sine dubio consultius sit
super tali mutilata confessione absolutionem
non petere, sed ad alium divertere, ad rursus in-
tegre, confitendum: ad id tamen te non ob-
ligari, rectè docet Tanner *cit.* post ipsum Go-
bat *Casus 19. n. 458.*

§. *Casus ambigui ad impotentiam partim physicam, partim potius moralem pertinentes.*

466^l. **Q**uando Pœnitens habet casum reservatum, & urgente necessitate aliquâ confitendi, desit copia Confessarii potentis absolvere, omisso reservato, posse alteri Sacerdoti confiteri sola peccata non reservata: sicut & 2. Superiorem occupatum posse subditum absolvere à solo reservato, reliqua peccata sua alteri confessurum; dicemus *c. 6. cum de reservatis.*

3. Quando est tanta multitudo confiteri volentium pro aliquo celebri festo (maximè quando multi de longinquo venerunt ad obtinendam celebrem indulgentiam confessionem, & communionem requirentem, & multi alioquin vacui recedere deberent) sic ut Sacerdos nequeat omnibus & singulis satisfacere, audiendo omnes integrè, posse eum singulis dicere, ut aperiant solum graviora mortalia reliqua differant in aliud tempus: mihi probabilissimè affirmabant alii non pauci, & practicè probabile censebat Gobat *cit. n. 479.* Verùm huic praxi modò directè repugnare videtur propositio § 9. ab Innocentio XI. damnata. *Licet Sacramentaliter absolvere dimidiatè tantum confessos, ratione magni concursus Pœnitentium, qualis v. g. potest contingere in die magna alicujus Festivitatìs, aut indulgentiæ. Quæ quidem propositio (ut exponunt Cassianus à S. Elia V. Pœnitens IV. n. 6. aliique DD. eam explicantes) damnata non est*

est, quatenus docet, posse absolvi dimidiatè confessos, sed solum quatenus assignat pro causa dimidiatè confessos absolvendi concursum magnum Pœnitentium. Nec suffragatur ratio magnæ solemnitatis, aut indulgentiæ, si nulla alia necessitas urgeat, vel causa excuset. Addit Granadus apud Dianam p. 5. tract. 14. resol. 43. Si nequeas omittere Sacrum vel communionem absque gravi scandalo, & tamen sis oneratus tam multis peccatis, ut non valeas omnia enumerare apud Sacerdotem, haud te peccaturum, si post auditam partem peccatorum, Confessarius te absolvat, eum onere redeundi ad ipsum, vel aliam pro reliqua parte sarcinæ exoneranda. Et omninò probabiliter, quâ ratione & ego excusavi Sacerdotem, qui in nocte Natalis Domini pœnitentem nimis diu confessurum parte bonâ confessionis auditâ absolvit, ne imminente jam mediâ nocte, benè famelicus & sitibundus collatione vespertinâ excluderetur, reliquam partem auditurus postea ad confessionale reversus. Sed hæc jam spectant ad impotentiam moralem.

§. III.

Impotentia moralis.

Quandocunque ex confessione certè peccati
vel circumstantia timetur meritò grave
damnum spirituale, vel corporale, vel proprium

*ipsius pœnitentis, vel Confessarii, vel alterius ter-
tiii, potest illud taceri ob impotentiam moralem.*
Omnes. Ratio est: quia hic & nunc censetur
moraliter fieri non posse quod sinè gravi damno
sui vel proximi fieri non potest: neque præcep-
tum Divinum positivum constendi integrè,
potest obligare cum tanto incommodo, sed
cedere debet præceptis legis naturalis de con-
servanda propria vel aliena vita, fama, ac aver-
tendis damnis & periculis gravibus spiritua-
libus & corporalibus. Exempla & casus
sunt.

- 468 I. *Dammum proprium ipsius pœnitentis. Ut-
pote.* 1. Quando Pœnitens probabiliter timeret
peccatum suum à Confessario fore revelan-
dum unde gravis sui infamia, inimicitia, rixæ.
Imò quandoque effusio sanguinis sequeretur,
2. Si fœmina, (vel masculus) ex peccato carnis
confesso timeret sibi vel Confessario fore peri-
culum ruinæ, ut si rationabiliter timeret, se po-
steà à Confessario non bonæ famæ sollicitan-
dam, &c. 3. Quando Pœnitens propter fra-
gilitatem sibi notam, timet, ne diu immo-
randò in talium peccatorum examine denuò
labatur tunc enim poterit non nisi obiter se
examinare, quamvis ex defectu examinis non-
nulla omittenda forent. Quòd ipsum obser-
vare debet Confessarius in interrogationibus
de ejusmodi rebus turpibus. 4. Quando Pœ-
nitens est nimis scrupulosus in peccatis enume-
randis tunc enim, cùm adsit summa difficul-

tas,

tas, quæ ipsa est moralis impossibilitas, & periculum damni pœnitentis, nec non periculum, ne reddatur confessio odiosa, prudentis Confessarii arbitriò abrumpi potest, & debet confessio: cùm præceptum confessionis integræ non obliget cum tanto incommodo, & præstet aliqua peccata omitti, quàm notabilia hæc detrimenta subiri. Omnia ex communi apud

II. *Damnum ipsius Confessarii, vel corporale*, 469
ut quando Sacerdoti ex mora confessionis integrè audiendæ damnum grave immineat: puta, si tempore pestis sit probabiliter inficiendus: item in periculo naufragii, incendii, hostis imminentis, infidelis vel hæretici, à quo Confessarius vel occidetur, vel pessimè tractabitur deprehendendus, si tota confessio audiat. Tunc enim audito uno, & altero peccato abruptâ confessione pœnitentem de omnibus dolentem poterit de omnibus absolvere. Neque enim tunc lex Christi, nec charitatis obligat ad procurandam integritatem confessionis materialem. *Aut spirituale.* Ut si ex confessione certi peccati timeatur Confessario periculum ruinæ, ut supra jam insinuatum: item, quando Confessarius ipse, non habens alium Confessarium, peccatum suum non potest huic Sacerdoti confiteri, absque læsione sigilli Sacramentalis: ut si invalidè culpabiliter absolvisset aliquem à casu reservato, vel simoniacum, & non posset confiteri, nisi illi, qui facile

conjiçiet, quisnam ille sit. *Communis Recent. cum Coninck diff. 7. n. 95.*

470 III. *Dammum alicujus tertii*, vel corporale, vel spirituale, quod ex confessione alicujus, certi peccati tui posset imminere alicui tertiæ personæ, si nimirum Confessarius revelaret, aut eâ scientiâ contra illam personam uteretur in ejus spirituale vel corporale damnum, ut ex supra dictis casibus facile intelligere potes.

¶ *Et generaliter.* Quoties Pœnitens, urgente aliquâ necessitate confitendi, non habet alium Confessarium, quàm hunc, cui non potest explicare peccatum suum, nisi complex reveletur, & ei innotescat: posse tacere peccatum illud, vel ejus circumstantiam, quantum opus est, ne complex reveletur, satis communis, & multùm probabilis, ac tuta est Sententia DD. cum Navarro *Man. c. 7. n. 3.* Valentia, aliisque. Exempli gratiâ. Peccavit quis cum propria sorore, quàm Confessarius iste optimè novit, potest, imò debet tacere aut gradum consanguinitatis solum dicendò: commisi incestum: aut, si nullam aliam haberet consanguineam, totam circumstantiam, dicendò: commisi fornicationem, cum proposito confitendi integrè peccatum aliâ vice alicui alteri. Quin etiam si iste Confessarius ex circumstantiis loci, temporis, personarum, certò intelligeret hoc peccatum fornicationis non potuisse committi à pœnitente, nisi cum sorore sua, totum peccatum interim tacendum esset, aliâ occasione

Sect. I. De integritate Confessionis. 437

confitendum alteri. Ratio est: quia quando duo præcepta Divina concurrunt, unum naturale, alterum positivum, quæ simul servari non possunt, præferendum, & servandum est naturale, quod strictius obligat: atqui præceptum non infamandi proximum, est naturale: præceptum verò integrè confitendi, positivum: ergò illud præferendum, & servandum est. Et ego cum Gobat n. 475. hanc sententiam ob rationem dictam judico probabilem per se loquendò, quando nimirum inde nullum sequitur incommodum pœnitenti, (de quo infra) quàm quòd confessio mutiletur: idque maxime, quando persona complex fuit à pœnitente seducta, & in peccatum inducta. Atque omninò certa & vera videtur hæc Sententia, quando complicitis fama gravissimè lædenda esset apud Confessarium, utpotè complicitis Superiorem, Dominum, singularem Benefactorem, vel Patronum: aut inde ei sequerentur alia gravia incommoda supra indicata: & ne alioquin Confessio ad salutem hominum instituta cedat in grave Damnum vel afflictionem alterius, si fortè aliquo indicio cognoscat tam graviter læsam esse famam vel exstimationem apud Prælatum, Dominum, Patronum &c. Ut ex communi rectè notat Layman *l. f. tract. 6. c. 8. n. 12. v. Dico 2.*

IV. Quando Pœnitens urgente aliquâ necessitate confitendi, non potest commodè habere alium confessarium, cui ignotus sit complex:

ipsiq; complici (uti plerumque fit) nullum aliud
 damnum vel incommodum immineat, quàm
 quod fama ejus apud Confessarium (virum ta-
 men prudentem & discretum) quantum ad no-
 titiam hujus criminis lædatur: & potest licetè,
 imò & debet confiteri peccatum integrum non
 obstante infamatione illâ complicitis, quippe
 meritò posthabendâ majori bono integritatis
 servandæ, & spiritualis auxiliâ à Confessario ca-
 piendi, (quod proinde maximè verum est, si alio-
 quin ipsi pœnitenti, aliquod incommodum emer-
 geret, ut si Pœnitens nimis diù postea differre de-
 beret confessionē illius criminis faciendam cum
 majori incommodo, vel minori fructu, quàm
 modo fieri posset, &c.) Ita communior DD. D.
*Thomas, D. Bonaventura, Alensis: Gerson, Sua-
 rez, Vasquez, Coninck, Filliucius*, aliisque rela-
 tis Layman *cit. n. 12 Lugo disp. 16. sect. 8. n. 394.*
Tamburin. opusc. Expedit. Confess. lib. 2. cap. 9.
 §. 2. Et expressè docet D. Bernardus *Opusc. de*
formula vitæ, sic scribens *De nullo sinistrè loqua-*
ris, nisi in confessione: & hoc, ubi non potes aliter
manifestare peccatum tuum. Ita Sanctus. Ratio
 ergò est: quia Pœnitens utitur jure suo: & com-
 plex hoc aliquale famæ suæ dispendium sibi ipsi
 imputare debet, quandoquidem tale crimen
 commisit cum altero, quod coram legitimo
 conscientiæ Judice aliter explicari non possit.
 Unde ruit fundamentum oppositæ sententiæ
 Nam licet sit de jure naturæ non infamare
 proximum, quando videlicet proximus habet
 jus

jus ad suam famam, nec infamare eum necesse est. In proposito autem, eò ipsò, quò complex peccavit cum altero sciens eum necessariò debere confiteri, amisit jus ad suam famam in ordine ad confessionem, non tantum suam ipsius, sed etiam alterius, cum quo peccavit, casu, quo ex justa causa confiteretur Confessario, qui ipsum agnosceret.

¶ Dixi autem & semper supposui. *Quando urgente aliquà necessitate confitendi, non potest commodè Pœnitens habere alium Confessarium.* Nam generaliter addo

§. IV.

Adversiones circa impotentiam moralem, aliàsque dictas causas excusantes.

I. Sicut in omnibus prædictis casibus moralis ⁴⁷² impotentiae, ita maxime in hoc ultimo casu, quando apud Confessarium revelandus & infamandus esset complex, ad hoc, ut licitè aliquod peccatum vel omitti, vel cum infamatione complicitis dici possit in confessione, duo necessariò requiruntur. *Unum*: ut adsit aliqua necessitas vel obligatio, vel saltem justa causa confitendi: v. g. in infirmitate, pro Communionem paschali: justa autem causa semper adest, cum quis est in statu peccati mortalis, præsertim gravioris, & jam diutiùs moratus. *Alterum est*, quòd non sit alius Confessarius æquè idoneus, nec brevi tempore adfore spe-

retur cui quis omnia sua mortalia sine ejusmodi incommodò confiteri possit : alioquin sine dubio tenetur confiteri alteri Confessatio, aut alium Confessarium modico tempore expectare : v. g. aliquot dierum (longiori enim tempore non teneris expectare, quia magnum esset incommodum, cum qui animam peccato mortali infectam habet, diutiùs expectare debere remedium Divinæ reconciliationis, quod per solam contritionem tali homini obtinere difficile esset) ita communissima DD. & mei citati omnes. Quare, sicut graviter peccaret universaliter, qui sine justa causa confitens huic confessario, cum commodè alium posset habere, vel expectare, in casibus suprà dictis §. 3. aliquod peccatum mortale omitteret, quia tunc cessaret impotentia moralis illud peccatum confitendi : ita sanè culpam gravem plerique Doctores agnoscunt, non tantum contra charitatem, sed etiam contra justitiam, cum onere restitutionis famæ in eo, qui sine justa causa confiteretur Confessario peccatum cum revelatione, & infamatione complicitis, si alium similiter, Confessarium facile habere vel expectare possit, in proposito ultimo casu & similibus : Ut, si famula confiteatur, se peccasse cum suo Domino, vel Clerico, Confessario bene noto : si uxor confiteatur, se admisisse peccatum contra naturam cum marito suo, quem Confessarius probè novit &c. *Quanquam D. Thomas, Cajetanus, Gabriel,*

bruel, apud Dicastillum negent, in hoc intervenire culpam gravem, si præter infamationem apud solum Confessarium, nullum alium incommodum timeatur. Sed standum communi sententiæ.

II. Hinc optimè infert, & monet Layman⁴⁷³ *cit. cap. 8. num. 13.* Quando Confessarius animadvertit, pœnitentem paratum esse ad nominandum complicem circa ea peccata, quæ sine complicitis agnitione intelligi possunt, prohibere illum debet, sicut admonet D. Bonaventura, præterquàm si id omninò necessarium videatur ad juvandum pœnitentem, vel ipsum complicem. Quanquàm, si complex correctione indigeat, præstare videatur, ut non ipse Confessarius, sed alia idonea persona corripiat. Si verò alius idoneus haberi non possit, qui grave malum impediatur vel tollat, tunc hortetur Confessarius pœnitentem, ut potius extra Confessionem alienum peccatum in ordine ad correctionem fraternam ipsi aperiat, ut tantò liberius peccati notitiâ uti possit, atque dicere corripiendo, se eam extra notitiam Confessionis accepisse, ne illud odiosum homini reddatur. Præcipuè verò cavere oportet Confessarium, ne facile fidem habeat scemini accusantibus maritos suos. Sic Layman. De qua re latè etiam Gobat *Alphabet. Confess. Casu 5. à num. 254.* quem lege, si vacat: nam mihi exscribere non vacat.

III. Seu oblivione inculpabili, seu impotenti-⁴⁷⁴

tiâ, ac quâcunque iustâ causâ peccatum aliquod in Confessione mutilata reticeatur, semper manet obligatio, illud peccatum omissum, vel oblitum, deindè, cùm facultas aderit confitendi: cùm ex claro textu Concilii Tridentini *suprà quæst. 2.* allato, jure divino omnia peccata mortalia sigillatim in Confessione clavibus subjicienda sint. Et opposita sententia (Vivaldi, & aliorum: mirum!) meritò est inter propositiones damnatas sub Alexandro VII. Undecima. *Peccata in confessione omissa, vel oblita, ob instans periculum vita, aut ob aliam causam, non tenentur in sequenti confessione exprimere.* Attamen necesse non est, ut illa suppletio fiat statim proximâ occasione, (aut etiam adhuc ante Communionem, ut piè scrupulosi faciunt) sed sufficit, ut suppleatur, quando aliàs ex alia causa fiet Confessio. Sic enim *Sylvester, Navarrus, Suarez, Henriquez, Reginaldus*, alii cum *Layman. cit. n. 13. Diana p. 3. tract. 4. resol. 124. Gobat hic casu 11. num. 274.* docent: peccata, quæ ob naturalem oblivionem vel aliud iustum impedimentum paschali tempore omissa fuerunt, non esse statim confitenda, cùm impedimentum cessavit, aut peccati memoria rediit, sed ad sequens Pascha licitè differri posse, propterea, quod Ecclesiæ præcepto, semel de peccatis omnibus mortalibus, quatenus moraliter possibile est, confitendi, (Confessione scilicet formaliter integrâ) satisfactum fuerit. Sed hoc secundum indul-

gentiam sit dictum. In praxi enim meritò
 consulenda sententia opposita communior &
 tutior.

IV. Ad extremum quoad integritatem con-475
 fessionis dubitari potest, utrum necesse sit in
 Confessione explicare peccata, quorum noti-
 tiam jam habet Confessarius vel extra Sacramen-
 tum, vel per Confessiones antea invalidè factas?
 R. Omnino Pœnitens tenetur aliquo modo
 etiam confiteri illa peccata; ut secundùm com-
 munem DD. benè resolvit noster Marchant
hic. Ratio est: quia Confessio Sacramentalis
 non est nuda manifestatio peccatorum ad præ-
 bendam notitiam alteri, sed debet esse accusa-
 tio, ac manifestatio dolorosa de peccatis, ut
 sunt offensa DEI, in ordine ad absolutionem
 & remissionem obtinendam, ad quod notitia
 prior Confessarii omninò est impertinens, vel
 saltem insufficiens. Quando enim Confessa-
 rius novit tua peccata extra Sacramentum, non
 aliter novit, quàm alius quicumque Laicus, vel
 fœmina, quæ illa vidisset, vel audivisset. Et si
 novit ex Confessionibus invalidè factis, non no-
 vit ut confessa dolorosè in ordine ad absolutio-
 nem, quæ ob defectum validè dari non pote-
 rat. Dixi autem: *Tenetur aliquo modo illa con-
 fiteri*. Non enim tenetur Pœnitens talia pec-
 cata jam nota Confessario specificè ad longum
 enarrare, sed potest sub compendio paucis ver-
 bis dolorosè accusandò, Confessario eorum
 notitiam ingerere. Exempli gratiâ: Confes-
 sari-

farius interfuit tuis ebrietatibus, litigijs, impudicitijs, quando in Confessione pervenis ad ista peccata, potes paucis dicere: accuso me etiam de illis ebrietatibus, impudicitijs, litigijs, quæ coram vidisti, juxta modos & circumstantias tibi notas: addendò tamen explicitè illa, quæ subterfugerunt, vel subterfugisse putas notitiam Confessarii. Quod tamen passim practicandum non est, nisi rationabilis causa subfit, v. g. brevitatis temporis, turbatio mentis; alioquin periculum est, ne desit verus dolor & detestatio peccatorum; & certè plerumque deest humilis verecundia pœnitenti valde salutaria. Item pœnitens ordinariè confessus eidem Confessario, fecit aliquot Confessiones invalidas; si Confessarius adhuc recorderetur peccatorum, & statûs Pœnitentis, sufficere sub compendio dicere: accuso me de omnibus peccatis, quæ tibi sum confessus à prima Confessione invalida tali tempore facta usque ad hanc, uti ex professio declarabo *sect. 3. de confessione invalida repetenda.*

SECTIO II.

De confessione vera, secreta, vocali.

QUÆSTIO I.

*Qualiter Confessio debet esse
VERA?*

SUMMARIUM.

476. *Confessio debet esse vera.*

477. Unde mortale est, & confessio nulla, negare verum in re gravi & necessaria. Scilicet
478. Peccatum mortale nunquam legitime confessum.
479. Sicut & fateri falsum scienter in materia gravi, mortale scilicet commissum.
480. Mentiri verò in re levi, & non necessaria veniale est.
481. Mentiri in re gravi, sed impertinente ad confessionem, quale peccatum?

QUÆSTIO I.

Confessio essentialiter debet esse vera in materia substantiali & necessaria: atque adeo omne deliberatum mendacium in materia gravi, & necessaria confessionis Sacramentalis, seu verum negandò, seu falsum dicendò est peccatum mortale, & Sacramentum reddit irritum & nullum: secùs est de materia levi, vel non necessaria. Communis. Ratio patet: quia aliàs in re gravi decipietur Judex: & Confessio nec erit integra, nec dolorosa, cum sit mortaliter peccaminosa: ideòque nulla & irrita, & consequenter tota repetenda.

¶ Dicitur autem, *deliberatum mendacium*, cum quis scienter, & à proposito contra mentem suam falsum dicat: nam, si quis ex ignorantia vel inadvertentia falsum diceret, nec formale, sed materiale tantum mendacium committeret, nec peccaret saltem graviter, cum in omni materia ignorantia, vel inadvertentia à peccato excuset: nec consequenter oberit confessioni; sicut etiam, si quis in materia levi vel non neces-

necessaria mendacium committeret, ut patebit.
Jam ponamus casus.

*I. Negare verum in materia gravi,
& necessariâ.*

477 **S**acrilegium est, & confessio, & absolutio nulla ac invalida: si peccatum mortale nunquam legitime confessum scienter neges, aut ita tegas, ut à Confessario non intelligatur, Si enim solum omittere, vel tacere tale peccatum, mortale esset contra integritatem confessionis, quantum magis mortale erit illud etiam positivè negare, vel dissimulare? Excipe, nisi habeas justam causam illud tacendi juxta supra dicta: tunc enim poteris etiam inquisitus positivè negare; adhibita tamen (ut peccatum veniale mendacii evitetur) congruâ æquivocatione, vel restrictione mentali, v. g. non feci, vel fecisse scio, *tanquam hâc confessione fatendam, &c.*

478 Dixi autem: *Peccatum mortale nunquam legitime confessum.* Hoc enim solum est materia, gravis, & necessaria Sacramenti Pœnitentiæ, per se loquendò. Per accidens autem etiam mentiri negandò peccatum jam ritè confessum mortale erit, quando Confessarius, sive ut Judex, sive ut Medicus de illo justè interrogat, tanquam aliquo spectante ad præsentem confessionem, utpote ad medicinam contra relapsus præscribendam, ad occasiones proximas tollendas, ad restitutionem, vel satisfactionem

nem

nem injungendam, &c. Ratio est: quia tunc Confessarius habet jus interrogandi ad præsentem Confessionem rectè, & fructuose expediendam, & agitur de re gravi, ut patet. Alioquin si nullâ tali justâ causâ subsistente, Confessarius injustè, utpote ex mera curiositate inquirat de peccatis antea ritè confessis iterùm, ut supra negare poteris.

II. Fateari falsum in materia gravi,
& necessaria.

Sacrilegium itidem, & confessio ac absolutio 479
nulla est, si quis scienter fateatur peccatum mortale, quod tamen non fecit. Communissima DD. *Navarrus, Coninck, Reginaldus*, alii cum *Layman c. 8. num. 15. Lugo disp. 14. sect. 8. num. 129.* Ratio est: quia in re gravi alteratur judicium Sacramentale: facitque talis injuriam tam ipsi DEO, cui in persona Confessarii mentitur; quàm sibi ipsi, quem de falso crimine apud Sacerdotem infamat. Eademque est ratio, si quis scienter in numero peccatorum mortalium (etiam unum tantùm addendò) plura peccata mortalia fateatur, quàm reverà scit, se fecisse: secùs, si id ex probabili vel verosimili conjectura faceret. Item, si quis peccatum dubium scienter confiteatur ut certum: aut econtrà, peccatum certum confiteatur ut dubium in materia gravi, & necessaria: quia & iste judicium Sacramentale in re gravi notabiliter alterat. Adde insuper, etiam falsò

falsò se accusare de solo peccato veniali, quod esset tota materia Confessionis: ut si falsò fatearis, te jocosè mentitum esse, nec aliam pro confessione materiam adferres, mortale esset, & sacrilegium, quia defectu veræ materiæ remotæ, Sacramentum esset irritum. Excipiuntur semper In prædictis scrupulosi, anxii, rudes & simplices: qui vel ex anxietate, vel ex turbatione, ignorantia, bona fide sæpe se accusant de iis, quæ non fecerunt, vel de pluribus, quàm fecerunt, vel dubia pro certis, &c.

III. Mentiri in materia levi, & non necessaria.

480 **P**ER se tantùm veniale est, seu verum neges seu falsum dicas. Ex communi *Layman*, *Lugo*, alii, contra *Cajetanum*, *Armillam*, alios. Ut si neges aliquid veniale à te commissum, aut etiam mortale jam antea legitime confessum, nec ad præsentem confessionem faciens, cùm scilicet Confessarius legitime de eo interrogare non potest, ubi adhibitâ congruâ restrictione mentali, etiam veniale evitare potes, vide *num. præced.* Aut contrà, si fatearis aliquid veniale, quod tamen non commisisti, dummodo adsit alia materia absolutionis, &c. Ratio est: quia in materia levi, & non necessaria Sacramenti falsitatem committere, nec iudicium Sacramentale notabiliter alterat, nec Sacramento alioquin valido gravem irreverentiam irrogat: ergo, &c.

IV. Mentiri in re gravi, sed omnino impertinente ad Confessionem Sacramentalem.

M Anet peccatum mortale juxta rationem 481
 materiae, atque ex circumstantia Confessionis etiam augmentum malitiae sumit. Sed nunquid etiam speciem mutat contra Reverentiam Sacramenti: Negat post alios Gobat n. 455. sed valde probabiliter affirmat noster *Marchant. supra cit.* Usitatum enim est mulieribus, imò saepe etiam viris, quòd in Confessione, si ve ad suum solatium, si ve ad excusationem suorum litigiorum, inimicitiarum ac odiorum, quas contra proximum, saepe etiam conjugem gerunt, gravissima effutiunt de proximo, etiam ad rem minimè spectantia; sanè etiam mendacissimè, vel nimis hyperbolicè exaggerandò, &c. Hæc cum extra confessionem mortalia sint, ratione prætensæ, vel potius fictæ confessionis, sanè gravissimum augmentum malitiae sumunt, tum ob notabilem irreverentiam illatam Sacramento, quo abutuntur ad suas detractiones; tum quia ratione novi peccati mortalis commissi irritam, & invalidam reddunt Confessionem, quam proinde unà cum novo commisso peccato detractionis sacrilegæ ex circumstantia confessionis, repetere tenebuntur. Caveant ergo Confessarii prurientes auri- bus, qui ejusmodi fabulatores, & fabulatrices nò impediunt, auscultant, imò saepe suis curiosis

interrogationibus ad ejusmodi detractiones eis
 ansam præbent. Videant, in quæ pericula &
 se, & Pœnitentes præcipitent.

- 482 ¶. Ex dictis apparet, mendacium factum in
 confessione in re gravi semper continere dup-
 licem, & quandoque triplicem malitiam. U-
 nam mendacii adversus virtutem veritatis: al-
 teram sacrilegii, & irreverentiæ Sacramenti con-
 tra virtutem Religionis, & sæpe etiam injustæ
 infamacionis aut sui ipsius, aut proximi.

QUÆSTIO II.

Qualiter Confessio debet esse
SECRETÆ?

SUMMARIUM.

483. *Confessio debet esse secreta non essentialiter, vel ex
 necessitate præcepti, sed ex usu Ecclesiæ.*
 484. *Unde obrationabilem causam potest quis peccata
 sua publicè confiteri;*
 485. *Nullus tamen peccata sua, saltem occulta, ullo
 casu publicè confiteri obligatur.*
 486. *Nec etiam ignarus lingua per interpretem.*
 487. *Nullus etiam tenetur peccata sua scribere, ne
 excidant.*

ASSERTIO.

- 483 **C**onfessio Sacramentalis, non quidem essen-
 tialiter, necessitate Sacramenti, sed ne-
 que necessitate præcepti divini; sed ex usu Eccle-
 siæ valdè conformi institutioni hujus tribuna-
 lis à Christo factæ, debet esse **SECRETÆ**,
 hoc est soli Sacerdoti locò **DEI** facta. Inde

enim dicitur Confessio auricularis, & tribunal hoc, *secretum*, eò quòd secretò exerceri debeat. *Communissima* & expressè Concil. Tridentinum. Explico, & dico:

I. Nihil cum natura & institutione hujus Sacramenti, aut præcepto confessionis pugnat, si quis ob rationabilem causam, in majorem scelorum vindictam, sui humiliationem, aliorum exemplum, vel Ecclesiæ offensæ ædificationem, item maximè ob casum necessitatis, v. g. in communi naufragio, nosocomio tempore pestis &c. peccata sua publicè confiteatur, etiam in ordinè ad Sacramentalem absolutionem recipiendam, prout insinuat Tridentinum *tit. c. 5.* & docet communis DD. cum Navarrò *t. 2. n. 8.* sic enim Pœnitens dat veram notitiam peccatorum suorum Confessario in ordine ad absolutionem.

II. Ex vi præcepti Confessionis per se, nullus unquam ullo casu, etiam articulo, vel periculo mortis, in communi naufragio, proelio, nosocomio &c. tenetur publicè confiteri peccata sua, saltem occulta. Ita communissima DD. Layman *t. 6.* Tannerus *disp. 6. q. 7. n. 26. alii.* Quia jugum Christianæ Religionis oportet esse suave: atqui nimis difficilis obligatio foret, si crimina præsertim secreta, publicâ confessione aperienda essent: neque usquam colligi potest, Christum Dominum tantò cum opere præceptum Confessionis positivum impoluisse. Dixi autem *per se*, nam per accidens

cidens ex charitate erga seipsum, qui in tali mortis periculo dubitat de sua contritione, tenebitur confiteri etiam publicè aliqua peccata, quæ minorem pariunt infamiam, aut quæ aliis jam antea sunt manifesta. Tanner. *loc. cit. c. 6. sine*, dicens. *Neque enim in his casibus sufficit ad absolutionem accipiendam generalia signa doloris edere, quando sine magna difficultate speciale peccatum exprimi potest*: Atqui possumus sic exprimere peccata minùs infamantiâ, maximè antea nota aliis. Igitur

- 486 III. Similiter, per se, ex vi præcepti confessionis, etiam peregrinus, seu ignarus idiomatis, nullus tenetur confiteri per interpretem. Communis DD. cum Tannero, Layman. Lugo citatis. Et significat Concilium Lateranense, dicens: *Omnia sua solus peccata confiteatur proprio Sacerdoti*. Ratio est: quia nullum est præceptum de confessione publica faciendâ, ut modò est dictum: atqui Confessio, quæ per interpretem fit ex natura sua publica est, etiam si jure secreti naturalis, ex probitate interpretis maneat occulta. Neque enim certum est, jure Sacramenti Interpretem obligari ad secretum sigilli, ut suò locò videbitur. Sicut ergo non teneor confiteri ipsi Confessario cum probabili periculo revelationis: ita multò minùs per interpretem cum majori longè periculo revelationis. Rursus tamen *per accidens*, ex charitate sui, cum Pœnitens in articulo mortis positus, incertus est de sua sufficiente contritione,

ne, tenebitur etiam per interpretem confiteri, saltem aliqua minora ac minùs infamantia, peccata ut suprà dictum.

IV. Quin etiam nullus tenetur confessionem 487
sua scribere memoriæ causâ ne peccata aliqua quoad speciem, vel numerum excidant. Ut contra Vasquez, Dicastillum, alios, docent communiter DD, Cajetanus, Sotus, Valentia, Henriquez alii cum Tannero cit. q. 7. n. 27. Ratio est: quia scriptura, per se loquendò, ex natura sua aliquid publicum, seu publicabile est: præbétque seu causam, seu occasionem manifestationis: ac infamationis: atqui cum tali periculo non teneris ipsum peccatum confiteri: ergò multò minùs scribere. Quare etsi, supposito debito examine aliqua peccata excidant, Confessio nihilominùs formaliter integra erit, quia facis, quantum moraliter potes. Certè præceptum Confessionis integrè faciendæ, non minùs est pro rudibus litterarum, quàm pro peritis scribere: atqui major pars, & in multis locis maxima pars scribendi imperita est: & quodnam aliud præceptum Divinum universale obligat solùm minorem partem hominum? cur ergò hic fingamus aliquod particulare?



QUÆSTIO III.

Qualiter Confessio debet esse VOCALIS?

SUMMARIUM.

487. Confessio ex traditione, consuetudine, & usu Ecclesie debet esse vocalis.
489. Unde graviter peccaret, qui sine justa causa signis vel nutibus solum confiteretur.
490. Casus excepti, quibus licet signo, vel nutu confiteri. Imò
491. Perpetuo mutus tenetur scripto, vel nutibus confiteri, quoties obligat præceptum confessionis.
492. Observanda circa tales confessiones.

488 **C**onfessio Sacramentalis, quamvis absolute in quocunque signo manifestativo propriæ, ac dolorosæ accusationis peccatorum, (ut nimis clarum in mutis, moribundis &c.) attamen ex traditione, consuetudine, ac usu Ecclesie graviter obligante, debet esse *vocalis*, seu vocis sermone facienda est, si homo loqui possit. Ita communissima DD. Ex cap. *quem penitet de Penitentia dist. I.* Ratio est: quia hic modus humiliter accusandi seipsum vocis sermone convenientissimus est ad veniam obtinendam, Hinc resolvendum

- 489 **I.** Peccaret graviter, qui absque justa causa ulla confiteretur nutibus, vel signis, (secundum omnes, quos sciam) aut etiam scripto, secundum communem DD. Quia communem traditionem ac usum perpetuum Ecclesie absq; ulla

ulla iusta causa ex mera libertate transgredi temerarium esset ac periculosum. Attamen Cardinalis de Lugo *dist. 15. sect. 5. n. 8.* certe satis bene probat contra Vasquez, non esse ullam obligationem confitendi voce distinctè, seu sigillatim omnia peccata: sed per se loquendò sufficere, si tradatur confessio scripta legenda Sacerdoti, & post lectionem dicatur: *accuso me, & doleo de omnibus his scriptis, & lectis.* Quemadmodum, si heri mihi sacrilegè confessus, hodie tactus dolore redeas, dicāsque, rursus me accuso de omnibus heri tibi confessis, & præter ea de isto, quod malitiosè omisi. Sententia saltem speculativè probabilis, ut Confessarius Pœnitenti eam secuto, & sic confiteri volenti se accommodare possit. At certè ego absq; omni rationabili causa non facerem: nec à comunissimo Ecclesiæ ac fidelium sensu recederem.

II. Excipitur autem sinè dubio casus necessitatis, ac causa multùm rationabilis, ut ex communi bene notat Layman *cit. c. 6. num. 3.* Lugo, alii. 1. Si in raro casu puella v.g. supra modum verecunda, peccatum suum ore explicare non possit, prudens Confessarius confessionem ipsius in scripto admittere, & præsentem absolvere poterit. Sa, Valentia, Suarez, alii *citt. 2.* Si ægrotus ex gutture laborans absolutè quidem ore confiteri possit, at non nisi agrè & difficulter, si peccata scribere possit, urgendus non erit ad vocis confessionem: 3. Si Confessarius in confessionali se furdascere animad-

vertat, ut Pœnitentem peccata sua ex scripto legentem audire nequeat, nisi etiam adstantes audiant chartam sibi à Pœnitente lectam legere, & postea absolvere possit: idipsum fieri posset, si Pœnitens furdaster nimis altè legat, si & alii adstantes audiant. Dummodò semper, ut supra notatum, voce de his se accusent. 4. Mutos scriptò, vel nutibus rectè confiteri, inemo dubitat. Dubium autem est, utrum tali modo confiteri teneantur? Dico:

49^I III. Si perpetuò mutus possit scribere, aut si hoc non, saltem nutibus, & signis, sua peccata in particulari aperire, cessetque periculum publicationis, tenetur ita scripto, vel nutibus confiteri, non tantum ex præcepto Divino in articulo mortis, sed etiam præcepto Ecclesiastico semel in anno: & verbo; quoties obligat præceptum confessionis. Ita communis DD. cum *Navarro, Toletio, Sylvestro, Suarez, Layman cit. n. 4.* (etsi exceptò articulò mortis non pauci contradicant) Ratio est: quia licet talis confitendi modus sit Pœnitenti aliquo modo difficilis & incommodus, est tamen revera moraliter possibilis, cum enim talis homo alia animi sui senta nutibus, vel scripto exprimere soleat, pari modo peccata sua Sacerdoti explicare, non debet ei valde difficile, & moraliter impossibile videri: & illa aliqualis difficultas gratiâ ac beneficio absolutionis abundè compensatur. Dixi autem *Perpetuò mutus*. Nam qui ad tempus tantum mutus est, sperans locutionis usum ite-
rum

rùm recuperandum, præsertim brevi, non videtur præcepto Ecclesiastico annuæ Confessionis obligari: nam & scripturam Confessario tradere insolitus est consistendi modus, & periculò publicationis non caret, ut supra dictum: nutibus autem confiteri tali homini prorsus insolitum, ideóque verè difficile est: quare Ecclesiastica lex interim cessare videtur. Ex communi Layman *loc. cit.* Cæterùm universaliter: si mutus, vel loquelâ impeditus velit gaudere beneficiò absolutionis omnino tenetur modo possibili, sive per scripturam, sive per nutus & signa, quoad poterit, peccata sua Sacerdoti aperire. Quia Confessio sensibilis est pars essentialis Sacramenti: nec sufficit sola confessio virtualis, quando potest haberi aliqua confessio formalis & explicita peccatorum, secundum omnes, at in proposito potest haberi: ergò &c.

IV. In ejusmodi tamen confessione aliqua⁴⁹² observanda sunt. 1. Quando Confessio fit per nutus vel signa, debet Pœnitens adhibere signa sufficientia ad hoc, ut Confessarius in noticiam peccatorum veniat: alioquin enim exponet se periculo invalidæ confessionis. Quare, cum signa non satis innotescunt Confessario, debet absolvere sub conditione: *si sis dispositus* & hinc 2. Si mutus, vel loquelâ impeditus possit scribere, scriptura (ut convenientior) præferenda est nutibus & signis. Quia inter signa, post vocem vivam, & articula-

tam, scriptura primum locum tenet, & confessionem sine dubio certius exprimit. 3. Is, qui per scripturam confitetur, debet esse præsens, & aliquo signo, verbo, nutu indicare, hanc scripturam ordinari ad confessionem dolorosam suorum peccatorum, eorumque absolutionem Sacramentalem. Quia scriptura est instrumentum mortuum, quod non nisi actu aliquo Pœnitentis ad finem absolutionis ordinari, potest. Et Lugo *citatus* testatur, esse communem sensum DD. quod sub gravi obligatione teneamur, si possimus, post scriptum lectum, uti saltem illis generalibus verbis. *Me accuso de his omnibus scriptis, & lectis.* 4. De Confessione, & absolutione absentis, per litteras, vel nuntium invalida, suo locò inferiùs *cap. 5.*

SECTIO III.

De Confessione invalida repetenda.

QUÆSTIO Unica.

Quando Confessio est invalida, Quando, & quomodo repetenda?

SUMMARIUM.

493. Confessio potest esse invalida dupliciter: ex parte Confessarii, & ex parte Pœnitentis.
495. In Confessione valida, sed non integra materialiter, repetendum est solum peccatum inculpabiliter omissum.
496. Non est repetenda confessio facta bonâ fide indolentis, & veniale discernere, secus si facta malâ fide.

Sect. III. De Confessione repetenda. 459

497. An, & qualiter repetenda sit confessio bona fide facta surdastro, dormitanti, distracto?
498. Peccata dubia ut talia confessa, repetenda non sunt, dum postea sciuntur esse certa.
499. An, & qualiter rudes bonâ fide aliquid omittentes, confessionem teneantur repetere?
500. An, & qualiter repetenda confessio invalida inculpabiliter?
502. Item qualiter invalida culpabiliter?
503. Qualiter repetitio facienda sit apud eundem Confessarium?
504. Qualiter apud alium Confessarium?
505. Praxes & modi faciles confessarii I. quoad repetendum ipsum peccatum omissum.
507. II. Quoad ipsam peccati omissionem seu reticentiam. Usque ad n. 512.
512. III. Quoad facilitandam repetitionem confessionum. Usque ad n. 517.

Confessio potest esse invalida ex duplici ca-493
pitate: 1. Ex parte Confessarii: 2. Ex parte Pœnitentis. Ex parte Confessarii invalida est Confessio. 1. Si non habeat jurisdictionem. 2. Si jurisdictio erat impedita per censuram, utpote, si fuit excommunicatus non toleratus. 3. Si formam omisit, vel substantialiter vitiavit, aut si non intendit absolvere: 4. Si nullum prorsùs peccatum intellexerit: tunc enim practicè non habuit materiam, quam absolveret. Quæ omnia patent, partim ex hæctenus dictis, partim magis patebunt ex dicendis suò locò: vide infra §. 2. n. II. Ex parte Pœnitentis invalida est Confessio: 1. Si fuit excommunicatus, & antea à censura non absolutus, (ita passim Casistæ & mordicus Joannes

Sanchez *select. disp. 32. n. 11.* Verùm excommunicationem non irritare Confessionem, & absolutionem, nisi quatenus excommunicatus eam reciperet in affectu peccati mortalis, probabilissimè cum aliis docent Navarrus *cap. 6. n. 3.* Suarez hìc *disp. 32.* de quo tamen alibi.)
 2. Si non fuit verè contritus vel attritus, seu vero dolore supernaturali, efficaci, & universalì caruit juxta dicta *cap. 2.* 3. Si peccatum mortale in Confessione scienter & culpabiliter tacuit, aut in re gravi & necessaria mentitus fuit, verum negando, aut falsum dicendo.
 4. Si mortaliter negligens fuit in examinanda conscientia peccatorum. Et generaliter, quoties Pœnitens in ipsa confessione peccavit mortaliter, ut si fecit ad finem mortaliter malum, cum injusta infamatione vel detractioe proximi &c. Quæ omnia patent ex hæctenus latè dictis.

494 §. Cæterùm ex dictis jam nôsti; confessionem posse esse invalidam vel *vincibiliter, & culpabiliter*: cùm quis sciens & volens, aut ex negligentia mortaliter culpabili, omittit aliquid essentialè ex dictis: vel *invincibiliter, & inculpabiliter*: cùm quis ex ignorantia, inadvertentia, aut alio defectu inculpabili aliquid essentialè omittit: aut denique validam quidem & formaliter integram, at non etiam materialiter integram. Jam quæritur, qualiter ejusmodi confessiones invalidæ vel non integræ postea repetendæ sint. Rem difficilem & frequentiore
 longè

longe in praxi, quàm optarent boni Confessarii, conabor explicare diligenter, distinctè, & succinctè, clare tamen ad captum tuum: & tu, Tyro, conare benè comprehendere.

§. I.

Confessio valida, sed non integra, utrum repetenda.

QUandocunque Confessio fuit valida, adeó 495
que & integra formaliter: etsi non integra materialiter (puta, quia peccatum aliquod mortale inculpate oblitus es, vel ignorasti, aut aliàs ex justa causa in hac confessione reticuvisti &c.) postea veniens in cognitionem illius peccati omitti, vel nactus occasionem confitendi alteri. nequaquam totam confessionem repetere, sed solum illud peccatum inculpabiliter omissum in nova Confessione explicandum erit: cum reliqua peccata jam legitimè confessa, & remissa supponantur. Ita omnes, Casus varios expositos habes suprà *Secl. I. q. I. & seqq. de Integritate Confessionis*: quibus aliquot speciales addo, & partim repeto.

I. Valida est Confessio bonâ fide facta Confessario; quantumvis indocto, adeò, ut inter mortale, & veniale discernere nequeat: imò etiamsi putasset aliquod peccatum tuum esse veniale, quod tamen est mortale: v. g. fornicatio simplex, mollities &c. dummodo aliquo tandem malo in communi & confuso peccatum aliquod, seu offensam DEI esse in pœnitent-

te cognoscat: neque talis confessio erit postea repetenda. *Suarez, Sanchez, aliis citatis Layman c. 9. Diana, alii cum Tamburino lib. 2. c. 10. §. 3.* Ratio est: quia ex una parte tu bonâ fide omnia peccata tua subiecisti clavibus: ex altera autem parte, illa confusa Confessarii notitia peccatorum tuorum sufficit ad valorem Sacramenti, ut patet in moribundis. Secus esset, si malâ fide, & studio quæisivisti talem Confessarium, qui peccata tua discernere, adeoque tibi mederi non possit. Tunc enim, quia confessio tua fuit mortaliter mala, non fuisti dispositus, nec consequenter absolutus, ideoque tota confessio repetenda erit, juxta dicendâ §. 4.

497 II. Si quis bonâ fide confiteatur iurastro, dormitanti, distracto, qui aliqua etiam mortalia peccata non intellexit, sinè omni culpa Pœnitentis, probabilius est, confessionem esse validam, nec postea repetendam, nisi illa, quæ non percepta esse constiterint. *Suarez d. 22. sect. 7. Layman c. 9. n. 5. Diana, Tamburinus. ll. cc. ed.* quòd essentia & effectus Sacramenti consistere possit absque integra & specifica explicatione peccatorum, si ea sinè ulla culpa Pœnitentis, verèque dolentis omittatur. Nihilominus Pœnitens, ut jam innui, si postea cognoscat unum, vel plura peccata mortalia Confessarium nullo modo percepisse, debet ea sola postea cum aliis novis commissis in sequenti confessione explicare: quia semper manet obligatio peccata omnia mortalia secundum speciem, & numerum

Sacer-

Sacerdoti confitendi, ut ab omnibus absolutio directè & in specie conferatur, sicut institutioni hujus Sacramenti consentaneum est: atqui illa peccata non percepta, formaliter non sunt confessio Sacerdoti, nec subjecta clavibus, ut patet: ergò &c. At, quid si Pœnitens post talem confessionem advertat quidem aliqua peccata sua à Confessario ob somnum v. g. non esse audita, vel percepta, sed nesciat, quænam illa sint? R. Tenebitur tunc repetere totam Confessionem, si brevis illa sit paucorum peccatorum: quia de singulis dubitare prudenter debes, & potes. Si autem proluxa fuit confessio multorum peccatorum, cum non possis dubitare prudenter de singulis, non teneberis repetere totam Confessionem, sed satis erit dicere, quòd aliquod, vel aliqua ex tuis peccatis Confessarius non perceperit. Sic Tambur. cit. c. 10. §. 3. n. 5.

III. Quoad peccata dubia, jam supra q. 3. §. 4. assertum est, eum, qui bonâ fide confessus est peccatum ut dubium, & postea comperit peccatum illud esse certum, non debere iterùm illud ut certum confiteri: quia peccatum illud jam fuit directè absolutum in prima Confessione: ergò, sicut novâ absoluteione, ita etiam novâ confessione non indiget. Idemque dicendum à fortiori, si quis bonâ fide confessus est peccatum ut certum, postea autem verè dubitat, an reverâ commiserit, non tenebitur iterùm confiteri ut dubium. Qui enim fatetur peccatum ut certum, satis moraliter fatetur etiam

ut dubium, & qui absolvitur a peccato ut certo, censetur multò magis ab incerto absolutus fuisse, si tale fuisset. Ulteriùs, qui integrè confitetur peccatum aliquod, de quo tam ipse Pœnitens, quàm Confessarius dubitat, sítne mortale, an veniale tantùm; si postea comperiat certò fuisse mortale, non opus est novâ confessione: quia ex una parte peccatum integrè fuit confessus, sicut factum est, & ex altera parte ad valorem Sacramenti non est opus, quòd Pœnitenti vel Confessario innotescat mortale vel veniale fuisse, quod absolvitur.

499 IV. Quoad rudes ac simplices homines, placet iudicium ac doctrina P. Layman *cit. c. 9. n. 4.* sic scribentis: Si aliquis ob ruditatem, vel ignorantiam non mortalem, peccatum confiteri intermittit, sed alioquin attritus, & dispositus est, is validè & fructuosè absolutionem accipit, ut proindè non tota Confessio postea repetenda sit, sed hoc solùm, quod ommissum fuerat. Exemplum habes in puero, qui peccatum aliquod, v. g. mollitiem, arbitratus est esse leve vel nullùm, sed postea grandior factus intellexit esse mortale: item in Rustico rudi, & imperito, qui ex ignorantia non crassâ peccata solùm genericè, vel tantùm specificè, & non sigillatim & secundùm numerum confitetur: quia à Párocho nunquam de ea re instructus est: talis, si supernaturalem de peccatis Pœnitentiam cum emendandi proposito habeat, videtur validè absolvi, quamvis cum obligatione, ut si postea præce-

præceptum Divinum de confessionis integritate cognoscat (puta in Concione, Catechismo, vel Confessione edoctus) tenetur peccata omnia secundum speciem, & numerum, quatenus potest, explicare. Interdum tamen, si appareat magna hominis ruditas, Confessarius contentus esse potest enarratione peccatorum à proxima confessione commissorum, ac præcedentium rudi aliquâ cognitione, præsertim si aliorum pœnitentium copia adfit: quandoquidem rudis ille homo propter obligationis ignorantiam, non crassam, capax est absolutionis, ut pono; ad perfectiorem autem dispositionem hic & nunc, facile adduci non potest, ut ponimus. Sic Layman communiter ab aliis receptus, & laudatus, de quo rursus aliquid infra in fine.

§. II.

Confessio invalida, ut repetenda:

&

I. Confessio invalida inculpabiliter.

Quando Confessio fuit invalida, inculpabiliter ex parte pœnitentis: utpote, si bonâ fide putet, se omnia requisita ad debitam susceptionem Sacramenti adhibuisse, defuit tamen inculpabiliter verus dolor, seu vera attritio supernaturalis, cum fuerit æstimata, & naturalis tantum: & generaliter, quando defectus substantialis fuit tantum in ipso Confessario, (modis initiò expositis) absque ulla sua culpa: tunc utique cessabit obligatio repetendi confessionem.

nem talem invalidam, quamdiu ista bona fides, & ignorantia, seu error inculpabilis durat. Nam tamen illâ confessione invalidâ peccata non fuerint remissa, quamdiu tamen bona fides durat, habentur pro inculpabiliter oblitis vel ignoratis, quæ vel sequentibus confessionibus legitimis indirectè absolvuntur, vel per contritionem perfectam remittuntur.

501 §. Ubi vides, rarò obesse defectum ex parte solius Confessarii in confessione invalida, si pœnitens bonâ fide ad eum accessit: secus, si sciens & malâ fide, (ut jam §. I. N. I. indicatum est.) Quòd si verò pœnitens postea veniat in notitiam defectûs illius substantialis (sive ex parte sua, sive ex parte Confessarii) Sacramentum annullantis, jam cessante bonâ fide, utique tenebitur totam Confessionem repetere, quoad materiam necessariam peccatorum mortalium: quia ea peccata mortalia necdum legitimè fuerunt subiecta clavibus: ideòque manet, & velut reviviscit obligatio ea confitendi.

II. Confessio invalida culpabiliter.

502 **Q**uotiescunque Confessio fuit invalida culpabiliter ex parte ipsius Pœnitentiæ, sive ex defectu suo proprio (puta, quia malitiosè caruit vero dolore supernaturali, ac proposito: quia ex damnata verecundia aliquod peccatum mortale reticuit; in materia necessaria mentitus fuit: aut etiam ex defectu Confessarii, quem sciens malâ fide accessit) semper tota confessio repe-

repetenda est. Nimis certum apud omnes: & ex toties dictis evidens. Jam consequenter videndum, qualiter ejusmodi confessiones culpabiliter invalidæ (atque inculpabiliter initiô invalidæ, post agnitum defectum substantialem, ut *num. preced. sine innui*) repetendæ sint suaviore modo, quo nec Pœnitens injustè gravetur, nec Confessarius insipienter se vexet.

III. Repetitio apud eundem Confessarium.

Quando Confessiones invalidæ factæ certo Sacerdoti, repetendæ sunt apud eundem Confessarium, eumque adhuc memorem peccatorum sibi confessorum, necesse non est, omnia peccata repetere sigillatim; sed sufficit sub compendio, & generatim de omnibus se accusare, & defectus corrigere, utpote omissam contritionem excitare coram Confessario, peccatum omissum exprimere, addendô peccata, quæ fortè interim alteri, confessus es, atque numerum sacrilegarum Confessionum, ac Communionum ab eo tempore peractarum, (si nimirum confessiones tuæ fuerunt culpabiliter invalidæ & sacrilegæ, alias non) v. g. Accusome de omnibus peccatis, quæ tibi sum confessus à prima Confessione sacrilega ante triennium factâ, (in qua dolorem vel propositum nullum habui, hoc peccatum ex impia verecundia, omni) usque ad hanc: à quo tempore sexties circiter per annum confessus sum, ac toties indignè ac sacrilègè communicavi, &c. Sic enim confessio

fessio adhuc erit formaliter integra, & Confessarius, ut supponimus, sufficientem notitiam habet ac memoriam peccatorum, quæ absolutioni Sacramentali modò subjiuntur.

504 Quin etiam id verum est, etiamsi confessarius eorum peccatorum sigillatim in specie & numero non recordetur, dummodò confusè recordetur statûs pœnitentis, ut convenientem pœnitentiam, medicinam ac remedia præscribere possit, uti contra *Henriquez*, ac alios, & ex parte *Suarez cit.* docet satis communis DD. Sententia. *S. Antoninus, Navarrus, Toletus, Em. Sa. Vasquez*, aliisque citatis *Layman c. 9. num. 6.* addens in fine. Tametsi Confessarius neque statum peccatoris generatim recordetur, sed id tantum, quòd sibi confessus fuerit, eumque jam rectè dispositum absolvit, peccatum illum quidem, cum non rectè suo munere in pœnitentia imponenda &c. fungi possit, nihilominus absolutionem validam & pœnitenti fructuosam fore. Sic *Layman.* Insuper *Diana* alios allegans *Parr. I. tract. 14. Resol. 51.* probabile censet, quòd sic etiam licite possit absolvere, sed hoc mihi vix placere potest. Ratio sæpius indicata est, quia specifica & particularis peccatorum manifestatio & cognitio per se, ac simpliciter non est de essentia ac necessitate Sacramenti, sed de necessitate præcepti Divini, cui pœnitens jam antea satisfecit enumerandò peccata sua, ideòque jam solum defectum, v. g. contritionis, peccati omissi &c. supplere tenetur,

tur. Quod confirmatur praxi communi DD. ac proborum Confessariorum. Si enim Sacerdos, auditâ confessione, animadvertat pœnitentem non satis dispositum & attritum esse, interdum differt absolutionem in alterum diem: si autem contingat eum interea species peccatorum oblivisci, non ideò exigere solet, ut confessio repetatur, sed tantum ut de peccatis verus dolor cum emendationis proposito conceptus sit. Ut optimè observat idem *Layman ibidem*.

IV. Repetitio apud alium Confessarium.

Quando Confessiones invalidæ factæ repetendæ sunt apud alium Confessarium, qui priores Confessiones invalidas non audivit, tunc haud dubiè omnia peccata mortalia non tantum fortè sacrilegè omissa, sed omnia etiam antea in illis confessionibus invalidis confessa, in specie & numero denuò confitenda erunt: dummodò, omnibus consideratis, certò & evidenter constet, præteritas omnes fuisse invalidas: aut rationabile de hoc dubium sit. Ut si pœnitens apertè fateatur, se in tali confessione omni dolore, ac proposito caruisse, Confessario in materia gravi & necessaria mentitum fuisse; utpote peccatum mortale scienter & cum conscientia novi peccati mortalis negâsse, vel subticuisse: falsò & mendaciter promississe emendationem: occasionis proximæ evitationem, restitutionem &c. Has ipsas tales confessiones fuisse invalidas, ideòque postea totas quoad mortalia repetendas,

non potest esse dubium. At verò dubium sæpissimè potest esse de aliis confessionibus subsequenteribus, an ideo etiam illæ omnes fuerint invalidæ & repetendæ? pro quo discernendo pono aliquas practicas industrias §. seq. Claritatis tamen gratiâ sistendò in uno, eoque frequentissimo casu, quo in prioribus confessionibus omiserunt, vel subtraxerunt aliquod peccatum mortale. Eadem erit ratio in reliquis.

§. III.

Praxis Confessarii, & Industriæ ad evadendam sæpe repetitionem: &

I. Quoad ipsum peccatum omissum, seu reticium.

506 **Q**uando Pœnitens simpliciter confitetur, se hætenus non rectè confessum esse, aliquod peccatum omisisse vel tacuisse, habere antiquum peccatum, ante tot annos, in juventute, in pueritia patratum, quod hætenus nunquam confessus sit, ne tam seipsum, quam pœnitentem frustra torqueat, non statim judicet omnes confessiones invalidas, & ideo repetendas esse, sed congruam cautelam & industriam adhibens, audito illo peccato, ante omnia interroget ex ipso, an tunc, quando illud commisit, jam sciverit, vel putaverit (etiam conscientia erroneâ, vel practicè dubiâ) esse peccatum? an verò postea primum, & quando agnovit peccatum esse? Et sæpissimè, præsertim apud homines simplices, audiet responsum negativum.

vum. *Mi Domine, adjuc juvenis, vel puer fui, non scivi, non putavi esse peccatum, non intellexi, &c. modo primum in Concione audivi, vel aliunde edoctus agnovi, & ideo confiteor.* Et jam res salva est: modo quiescat Confessarius. Nulla hic confessio invalida, & repetenda erit: nisi tantum ab illo tempore, postquam rescivit vel putavit etiam erroneè fuisse peccatum, & nihilominus illud confiteri scienter, & culpabiliter omisisset; ut mox iterum dicam.

Quòd si verò Pœnitens fatetur, se jam tunc 507 scivisse, vel putasse esse peccatum, aut post factum, jam dudum agnovisse ex Concione, Catechismo, &c. esse peccatum, & tamen ex verecundia, vel timore aliquo reticuisse: jam interrogandus erit, an ergò hactenus ex illo tempore semper & singulis confessionibus, benè memor peccati illius, scienter & studiò omiserit? an non aliquando bonâ fide, animò, & voluntate omnia sua peccata confitendi, dummodò occurrerent, adeoque & illud peccatum, si occurreret, certò confessurus, confessus fuerit: & à quanto tempore. Si semper bonâ fide, eoque animo confessus solùm ex oblivione inculpabiliter omisisset, vel tacuisset, res iterum salva erit, ut suprâ & ex dictis patet. Si verò ea aliquanto tempore sic bona fide confessus sit, (v. g. peccatum pro mortali habitum ante triginta annos commissum, primis quidem sex annis ex damnata verecundia sacrilegè omisit & reticuit, at reliquo tempore deinceps hujus cul-

pæ immemor, semper bonâ fide, & voluntate omnia sua peccata, adeoque & illud, si occurrisset, confitendi, semperque de omnibus suis peccatis rectè doluit.) & tunc ab illo tempore primæ confessionis sic bonâ fide factæ, non erit obligandus, ad repetendas confessiones reliquas à 24. annis hucusque factas, sed solum ad illas præcedentes per primos sex annos malâ fide, invalidè, & sacrilegè factas: nam reliquæ omnes frequentes confessiones sic bonâ fide factæ, validæ & fructuosæ fuerunt, sicut si semper aliquod peccatum inculpabiliter omisisset. Quod valde nota Confessarie, & insuper nota notantissimè.

II. *Quoad ipsam peccati omissionem, seu reticentiam.*

508 **Q**Uando fateatur rotundè tuus pœnitens, se aliquod peccatum pro mortali habitum, cognitum, vel putatum, in prioribus confessionibus semper scienter omisisse, vel reticuisse: nondum statim iudicet confessiones illas omnes invalidas ac repetendas esse sed novâ cautelâ ac industriâ utens.

I. Sciscitetur, an sciverit vel putaverit, se mortaliter peccare, seu grave peccatum committi, subticendô peccatum aliquod in confessione, & ideò confessiones fieri invalidas ac sacrilegas: similiter & Communiones eo statu acceptas, novo duplici gravissimo peccato mortali sacrilegii? Et si quidem ita fateatur, omni-

no urgenda erit repetitio Confessionum, modò exponendò *s. sequenti*. Quòd si verò neget, (& quoties negarunt mihi! & sinè dubio negabunt quandoque etiam tibi) aut dicant: *avertat Deus! si scivissem tam grave peccatum esse illud silentium, certè non reticissem. &c.* Tu fidem adhibeto, nec compellas repetere confessiones criminum jam detectorum, sed tantum eorum, quæ omisit: nam supposito vero dolore universali omnium peccatorum priùs habito, confessiones fuerunt validæ, imò etiam fructuosæ, etsi fortè venialiter vitiosæ. Atque ita tutò conquiescere poteris cum hominibus simplicibus, & rudioribus. At si prudentiores magisque capaces sint, ad majorem securitatem

II. Quare, an non saltem dubitaverit, peccetne graviter tale peccatum reticendò? Neganti rursus fidem habe, ut suprà. At si fateatur, se verè ita dubitasse, aut timuisse, ne fortè grave peccatum sit, ita peccatum aliquod reticere: rursùm interroga: an non putaverit delinquì mortaliter cum tali dubio, vel timore petendo absolutionem, & postea insuper Communionem? si iterùm neget, tu iterum crede; reverà enim plurimi ignorant esse grave peccatum operari cum conscientia ita dubia; nec repetitionem pete ob rationem modò suprà datam: poteris tamen adhibere cautelam mox ponendam *num. sequenti*. Sin verò fateatur, se ita putasse, vel scivisse, de necessaria repetitione dubitare amplius non poteris, ut suprà *N. I.*

§10 III. At, quid si advertas, aut pœnitens ipse fateatur, scivisse vel putasse peccatum in confessione reticere esse malum in genere, seu peccatum in confuso, nihil cogitandô, dubitandô, vel suspicandô de malo gravi, seu peccato gravi & mortali prout reverâ sapissimè sua peccata apprehendunt homines simplices, plebei, rustici, pueri &c. Mi Confessarie, sequere tutô probabilissimam sententiam plurimorum Doctorum *in materia de conscientia, & in meo Tract. I. Decal. c. I, n. 17.* & judica tunc solum peccasse venialiter: ideoque neque petas repetitionem, quia adhuc habet locum ratio *N. I.* data: cum peccatum veniale non impediat nec valorem, nec fructum Sacramenti. Ad majorem tamen securitatem in hoc & præcedenti casu, ita interrogare poteris. Quando post talem casum tacito peccato accedebas Communionem, nonne conscientia te arguebat, horrebat, vel dictabat tibi, te à DEO punitum iri, quòd velis sumere Corpus Christi inquinatus tali peccato non confessio? Promptè respondenti nihil tale venisse sibi in mentem, alioquin certè communicare noluisse, dicas: *ergo spera clementissimum DEum non reputaturum tibi in gravem culpam: attamen pro majori securitate, dic mihi, si placet, quoties in vita, per annum, mensem &c. ita reticuisisti cum remorsu conscientia? De aliis peccatis repetendis tacere potes, ob eandem rationem. Quòd si verò talis pœnitens ingenuè fateatur, se*

com-

communiter ante, & post Communionem valde fuisse anxium ac perturbatum, ob tale peccatum prius non confessum, tunc omninò procedendum erit ad repetitionem priorum confessionum, perinde ac cum alio manifestè reo.

IV. Tandem, quid si, Confessarie, adverte-
 511
 tas, pœnitentem laborare ignorantia invincibili hujus juris & obligationis? Reverà plurimos reperire est, & ipse reperi, qui licèt probè sciant, peccari graviter reticendò in confessione aliquod peccatum mortale: illudq; necessariò adhuc confitendum esse: tamen ignorant, etiam invincibiliter, esse quòque repetenda omnia alia peccata mortalia, quæ jam in confessionibus illis invalidis ac sacrilegis antea integrè manifestarunt. (cum amaro risu hæc scribens, reminiscor, quoties mihi fastidiosè altercandum fuerit cum rusticis, vetulis, aliis; me urgente, necessarium omninò repetitionem: illis continuo obgannientibus: *mi Domine? nihil aliud scinter, vel studiò omisi, nihil reticui: omisi alia peccata mihi cognita diligenter confessus sum: imò, imò, valdè diligenter mi Domine, &c.*) Nunquid talis ignorans, dissimulatâ, veritate, in sua ignorantia invincibili relinqui: & modò aliàs rite confessus sua peccata ab ultima confessione, unâ cum illis, quæ sacrilegè reticuerat, & vero dolore de omnibus peccatis suis, tanquàm rectè dispositus absolvi poterit, perinde ac si aliorum inculpabiliter oblitus esset? *Resp.* validè quidem te absoluturum, dubitari non debet.

Lici-

Licite autem certe non absolves, nisi in raro casu, quando adest vera causa excusans ab integritate materiali confessionis, utpote impotentia aliqua moralis, consideratis circumstantiis personæ, temporis &c. & singulariter quando manifestatio illius obligationis pœnitenti aliàs scrupuloso, anxio, incapaci &c. majus malum vel incommodum esset allatura (v. g. extremæ anxietatis, perplexitatis, desperationis &c.) quàm sit malum mutila, ac bonum integre confessionis, prout ex communi DD. dixi *Tract. I. Decal. c. I. à num. 28.* & fortè in gratiam Tyronum rescribam infra, *cùm de officio Confessarii.*

§. IV.

Praxis Confessarii ad dirigendam, & facilitandam repetitionem Confessionum.

§ 12 **Q**uando tandem Confessarius, perpensis omnibus, deprehendit, confessiones præteritas fuisse invalidas, utpote quando pœnitens fatetur, se peccatum aliquod mortale, pro mortali agnitum semper scienter, ex verecundia, v. g. cum conscientia novi gravis peccati, in omnibus vel aliquot confessionibus reticuisse: Idemque est de quocunq; alio defectu substantiali mortaliter culpabili ex parte pœnitentis *suprà §. 2. n. IV.* (in prioribus confessionibus commissio, & in posterioribus hætenus culpabiliter non detecto, nec suppleto, vel emendato) jam omninò urgenda erit repetitio omnium

illa-

illarum confessionum invalidarum, hâc ferè methodo, & industriâ.

I. Confessiones interroget, à quot annis à 513
prima confessione tale peccatum reticuerit?
quoties ab illo tempore intereà hætenus confes-
sus fuerit, & communicârit? duplici semper sa-
crilegio bene inculcando: simulque ostendat,
omnes illas confessiones fuisse invalidas, & nul-
las: nullum peccatum fuisse remissum: omnia
peccata mortalia de novo esse confitenda, etiam-
si jam antea integrè, attamen in confessionibus
illis invalidis, cum sacrilego illo silentio ali-
cujus peccati manifestata: quod multi ignorant
vel non apprehendunt, & jam supra innui. At
quâ tandem ratione talis pœnitens à tam multis,
aliquando 50. & amplius annis, non ritè confe-
sus, præsertim pluribus speciebus, innumeris-
que numeris gravissimorum scelerum onustus;
& insuper, ut plerumque accidit, absque ullo
prævio examine præteritorum annorum con-
fessionale irrumpens, peccata sua in specie &
numero explicabit? Certè non nisi paucas spe-
cies, & vix nisi temerè omninò, nullum nume-
rum dicet, si tamen aliquid dicat. Et ideò

II. Per se loquendò, omninò necessarium 514
esset, tales absque absolute remittere ad se
examinandos, & præparandos pro confessione
generali tot annorum, postea melius instituen-
dâ reversuros. Per accidens autem, vix un-
quam sunt dimittendi, quia, pròh dolor! ni-
mis frequens experientia docuit tales non fo-
lere

lere reverti &c. Quare nisi ex certis indiciis omninò credas, talem filium prodigum reverfurum ad te, vel alium Confessarium pro integra confessione facienda, aut certè præsumas, cum probè agnoscere, quòd reverà teneatur in terea à Sacramento suscipiendo abstinere, &c. aut tandem, nisi in raro casu; si nimirum, angustia temporis, aut concursus hominum alias impediendorum non patiatur tantam moram; ex altera autem parte adsit necessitas aliqua communicandi, ut tempore paschali, in magno festo, quo Communio solita intermitti non possit sine scandalo, aut plenariæ indulgentiæ lucranda, &c. auditis peccatis à proxima confessione commissis, cum aliqua notitia statùs præteriti, ac de omnibus peccatis verè dolentem, tanquam jam formaliter integrè confessum, satis dispositum interim absolvendum censeas, alio oportuno tempore plenius confessurum, & denuò absolvendum, prout est communis etiam Doctorum praxis. Ubi tamen longè major cautela, & reditùs certitudo requiritur, (ne semel elapsus, revertatur nunquam) Nisi inquam de reditu moraliter certus sis; ne dimittas elabi prædam; conare lucrari DEO animam aliàs fortè perituram, atque ordinario bonorum Confessariorum more

515 III. Ante omnia, omni conatu & industria allabora, ut pœnitentem excites ad serium & efficacem dolorem, ac detestationem omnium suorum peccatorum, præsertim tot sacrileg-

rum

rum Confessionum, & Communiorum, propositis motivis ipsius statui maximè accommodis, juxta dicta *suo loco c. 2.* Deinde suaviter excitatâ fiduciâ in Divinâ misericordiâ, & tuo adimiculo, suaviter jube & permitte eum dicere, quæ & quoquo modo in mentem veniunt, sic enim statum pœnitentis præteritum rectius disces. Tandem obticescentem adjuva summario examine per præcepta Decalogi, inquirendô, vel verius divinandô species peccatorum, quas statui ipsius congruere putas, perpensis diligenter circumstantiis conditionis, negotiorum, occasionum &c. numerum similiter divinandô elice, proponendô primò numerum bene magnum, deinde valde parvum, & tandem medium. Ut, si fateatur pœnitens se sæpius per annum Sacrum omisisse. Quære, an non propè trigiesies? Respondebit: *non toties.* Ergò octies vel decies: *sapius mi Domine:* Ergò decies sexies, vel ad summum vigesies? plerumque audies, *ita circiter mi Domine,* & sic quoad opus esse putabis, semper magis sollicitus de vero pœnitentis dolore, ac proposito (quo posito, omnia salva sunt) quàm de integritate confessionis exactâ procurandâ.

IV. Quamvis autem moraliter certum sit, 16
plura vel dictum, vel omisum iri, quàm oporteat, attamen præ oculis semper habenda est Regula tradita à Lessio Auctuario V. Confessarius Casu 7. *Hæc est regula, quâ Confessarius uti debet circa pœnitentem &c. ut spectatâ condi-*

tione pœnitentis, faciat id, quod indicat ei fore magis salutare. Atque experimur plerumque semper, quando pœnitentes sunt in bona fide ac voluntate, eis magis salutare esse, ut sic examinentur velut è *stapede*, donenturque absolutionis beneficiò, quàm si dimittantur ad se penitus examinandos. Tunde mi Confessarie, tunde ferrum, dum candet, §. Tandem etiam monendi sunt, ut si quæ peccata mortalia, quæ in hac confessione fugerunt eorum memoriam, postea recurrant memoriæ, ea diligenter adhuc confiteantur, estò ea jam antea fuerint confessi in decursu illarum priorum confessionum sacrilegarum. Et insuper per se loquendò etiam necessarium esset eos monere, ut reflexionem aliquam instituant adhuc, saltem post Communionem, si brevi obeunda sit; aut etiam ante illam, si non tam citò sumenda: nam ista discussio conscientiæ, quæ fit tam citò in confessionali, est longè imperfectior, quàm exigant phrasés Tridentini, & Theologorum. Verùm hæc monitio frustranea erit apud rudes & plebeios; noxia quòque per accidens valde anxiis, meticulosis, verecundis: ergo adhibenda solis animis serenioribus, & prudentioribus, qui facilius parebunt, si doceantur ita postea confiteri. Feci nuper confessionem generalem: in qua oblitus sum dicere, me decies circiter fuisse ebrium &c. Hæc tam particulariter dicere libuit, quia in frequentissimâ praxi hæc securius discis legendò, quàm errandò.

SECTIO

SECTIO IV.

De necessitate, & obligatione Confessionis.

Necessitate præcepti divini, quemlibet obligari confiteri omnia sua peccata mortalia in specie & numero, jam assertum & latè explicatum habes *suprà sect. 1. quest. 2. & seqq.* Duo hîc supersunt explicanda. 1. Quando obliget illud ipsum præceptum divinum confessionis: 2. Quando, & qualiter obliget præceptum Ecclesiasticum Confessionis annuæ?

QUÆSTIO I.

Quando obligat præceptum divinum Confessionis.

SUMMARIUM.

§ 18. Præceptum Confessionis divinum obligat omnem fidelem in mortali.

§ 19. Per se in articulo mortis.

§ 20. Idque tantum in hoc per se.

§ 21. Per accidens autem etiam aliàs in duplici ferè casu.

Obligat per se in articulo mortis tantum: § 17

per accidens autem sæpius, & duplici potissimum casu: quando Eucharistia sumenda: Et quando non nisi eo medio certum peccatum mortale evitandum est. Communissima. Explico breviter.

I. OBLIGAT hoc præceptum omnem § 18 fidelem peccato mortali obnoxium, adeoque etiam pueros doli capaces, ut benè probat Lu-

go *disp. 15. Pœnit. sect. 7.* de quibus mox infra plura. Quòd si ergò totà vità nullum peccatum mortale admittas, liber eris ab obligatione præcepti hujus. Nec proindè graviter delinquere censendus esset, qui ab aliquot mensibus nullius peccati mortalis admissi sibi conscius, etiam in articulo mortis nollet confiteri, nec (Judice Gobat *Alphab. Confit. Casu 1. n. 253.*) ei negari posset seu Viaticum, seu extrema Unctio. At tamen certè in praxi omnindè à Confessario esset urgendus talis, ut aliquòd saltem peccatum veniale confiteatur, tum ad indirectam remissionem fortè latentis alicujus peccati mortalis, tum ob gratiam Sacramentalem, tum ad satisfaciendum consuetudini universali fidelium, tum ad evitanda scandala, domesticorum timorem, tristitiam, &c.

- 519 II. Obligat *per se in articulo mortis*, ac quolibet ejus morali periculo: in quali versantur I. Ægroti, cum adsunt signa mortis naturalia. 2. Tempore pestis grassantis, in ingressu prælii seu conflictûs, aut periculosæ navigationis. 3. Mulier tenera primùm paritura, vel jam experta habere partus difficiles, seu periculosos. 4. Morti adjudicatus &c. Ita omnes. Ratio est: quia nisi tunc saltem homo peccato mortali obnoxius confiteatur, nunquam implebitur hoc præceptum, aut certè homo exponet se periculo certo, vel probabili nunquam implendi hoc præceptum, seu nunquam confitendi, cum tamen confessio Sacramentalis nostrorum lapsuum reme-

remedium à Christo institutum, atque præceptum sit. Quapropter *c. cum infirmitas. De Pœnit. & Remiss.* Medicis præcipitur: ut, cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant atque inducant, ut Medicos advovent animarum.

III. Obligat per se in articulo mortis *tan- 520*
tum. Communis DD. *cum citatis.* Quia aliud certum tempus hujus obligationis per se nullo certo fundamento assignari potest: idque verum est, etiamsi quis certus sit differendò confessionem usque ad articulo mortis (vel modò usque ad tempus Paschale) te esse obliturum multa crimina mortalia, non tamen ideò obligaris jure divino confiteri citius, ut contra *Navarrium, Nugnum*, alios apud ipsos, rectè docent *Sotus, Henriquez*, aliis citatis *Diana p. 3. tract. 4. resol. 153. Lugo cit. disp. 15. sect. 4. Et Layman l. 5. tract. 6. c. 5. num. 5.* sic expressè scribens: *Quare probabile est, si Ecclesia nullum tempus determinasset pro confessione facienda lapsus in peccatum mortale, si probabiliter crederet, se contritum esse, ex præcepti hujus necessitate non fuisse obligandum ad sacram confessionem extra dictum periculum, ut etiam docent Suarez, Coninck, ll. cc.* Sic Layman.

IV. *Per accidens autem in duplici ferè tan- 521*
tum casu obligat præceptum divinum confessionis. Unus est: quando Sacra Eucharistia suscipienda, de quo ex professo dictum est alibi. Secundus est: si credas te certum pecca-

tum mortale, in quod sæpius lapsus fuisti, evitare aliter non posse, quam per Confessionem te muniendô contra illud, uti sunt maximè assueti peccato libidinis, & singulariter mollitiei, ut alibi indicatum est: item si ad adhibenda remedia peccati, aut amovendas peccatorum occasiones, prudentis viri consiliô opus est, quod extra Confessionem petere nolis, aut non possis, ait Layman. *cit. n. 6.* Sic omnes. Et ratio est sæpius inculcata. Quia, qui tenetur ad finem, tenetur etiam ad media applicanda necessaria illi fini, at jure divino tenemur evitare omne peccatum: ergô &c. Vide dicta in simili *capite 2. de obligatione Pœnitentiæ ac contritionis.* Quamquam Lugo *cit.* & Dicastillus expressè negant dari casum, quo non possit quis hoc, vel illud peccatum evitare, sine remedio Confessionis. Sed quoad hoc standum erit iudiciô expertorum.

QUÆSTIO II.

Quando, & qualiter obligat præceptum Confessionis Ecclesiasticum?

SUMMARIUM.

- § 23. *Præcepto Confessionis Ecclesiasticô obligantur omnes fideles, etiam hæretici.*
 § 25. *Post annos discretionis.*
 § 26. *(Praxis circa pueros, vel puellas.)*
 § 27. *Omnia sua mortalia confiteri.*
 § 29. *Fideliter, confessione scilicet validâ.*
 § 30. *Proprio Sacerdoti. Quis proprius censeatur?*
 § 31. *Parochi non possunt prohibere suis etiam tempore pascha-*

Pafchali, quin validè confiteantur Mendicantibus.

- 532. *Imò ob justam causam licentiam dare debent.*
- 533. *Tempus annua confessionis præcepti est totus annus.*
- 535. *Unde tempore Pafchali solum obligat per accidens ratione Communionis.*
- 536. *Qualiter, & quibus casibus peccetur contra præceptum Confessionis annue?*

HOc latum in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. relatum in jure *c. Omnis utriusque de Pœnit. & Remiss. & confirmatum à Concilio Tridentino sess. 14. c. 5. sic sonat: Omnis utriusque sexûs fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur Sacerdoti proprio: & injunctam sibi Pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minùs in Pascha Eucharistia Sacramentum. Quò præcepto in terminis significatur quis, quando, quid, quomodo, cui, confiteri teneatur. Explico sigillatim,*

§. I.

Q U I S ?

Omnis utriusque sexûs, fidelis, &c.

OMnis fidelis. Omnis nimirum homo baptizatus: adeoque etiam hæreticus, ex communi, & mihi omninò verà Sententiâ DD. ut meritò dicat Lugo *hic disp. 15. seft. 7.* absurdissimum esse dicere, hæreticos non obligari legibus, & præceptis Ecclesiæ communibus. Quis enim illos exemit? certè non DEUS ipse: multò minùs Ecclesia, quæ tanquam veros sibi

per Baptismum subditos etiam per excommunicationis poenam ad obedientiam compellere nititur. Unum tamen & alterum hinc pro praxi observa. Unum: Legibus Ecclesiasticis de audiendo Sacro, Confessione, & Communione Paschali; (quae ipsis per excommunicationem interduntur) haeretici obligantur mediata tantum, quatenus scilicet primo obligantur reconciliari Ecclesiae, & absolutionem ab anathemate impetrare, sicque reconciliati ejus leges observare. Alterum est: transgressiones seu peccata haeticorum contra leges Ecclesiae eatenus coalescere in unum peccatum cum ipsa haeresi formali, quatenus conversi in confessione solum obligantur exprimeretempus, quo in haeresi formali perseverarunt, v. g. dicendõ: Tot annos vixi in secta lutherana, probe sciens, aut valde dubius, facile potens scire falsitatem meae sectae, & veritatem Catholicam, quam inquirere ex odio & contemptu Ecclesiae vel Papae sponte intermisi (his enim terminis continetur tota ratio haeresis formalis, ut suo loco dicitur.) Hoc enim recte explicato, simul comprehenduntur, & per se intelliguntur à Confessario peccata transgressionum contra leges & praecipua Ecclesiae, certe inepte quareret ex tali: an & quoties Missam neglexerit, jejunium Ecclesiasticum violaverit, an tempore Paschali confessus? De cetero ergo solum de peccatis contra legem naturalem, & divinam, Decalogum maxime examinandus erit.

II. Omnis utriusque sexûs. Nimirum adul- 524
tus rationis compos, ac physicè, & moraliter
potens. Excusat enim sinè dubio omnis im-
potentia physica & moralis vera confitendi. Ut-
potè quibus deest copia Confessarii, qui non
possunt confiteri sinè gravi incommodo vitæ,
famæ, vel fortunarum, ut degentes vel ser-
vientes inter hæreticos &c. quibus adde, quod
de mutis ad tempus, tempore Paschali excusa-
tis à confessione per scripturam, vel nutus fa-
cienda ex Layman dixi *quæst. 30. n. III.* Qua-
liter autem impotentes suo tempore confiteri,
teneantur prævenire vel postea supplere, com-
modiùs dicam *infra s. 4.*

III. Postquam ad annos discretionis pervene- 525
rint. Adeoque hõc præceptò obligantur etiam
impuberes pueri ac puellæ, si in peccatum
mortale lapsi sint, hoc enim ipso ostenditur,
eos rationis & discretionis usum assecutos esse:
(uti contra Emman. Sa docet Communissi-
ma DD.) constat autem, citiùs attingi posse
annos discretionis, & mortaliter peccari posse
etiam ætatis anno decimo, imò nono, octavo,
& adhuc citiùs. Et quidem anno septimo com-
pleto solet esse præsumptio pro discretionis &
rationis usu perfecto. *in jure c. littera. de despon-
sat. impuberum.* Verùm rectè monet Layman.
cit. c. 5. num. 7. utrùm tales absolutionis capaces
sint, judicare debet Confessarius non ex sola æta-
te, sed multò magis ex ingenii, & educationis
qualitate; quia multi post eam ætatem, alii verò

ante, rationis discretionem consequuntur, ut non tantum venialiter, sed etiam mortaliter peccent: cujus rei exemplum habemus apud S. Gregorium *l. 4. Dialog. c. 19.* De puero quinquenni in blasphemis moriente & damnato. Sic Layman. Addit Gobat *hic casu II. n. 298.* Germanos seriùs obligari hoc præcepto, quam Italos vel Hispanos. Rusticos ac plebeios rudiùs educatos, S. Antoninus, Sotus alii, ipsaque consuetudo obligat solum circa annum ætatis duodecimum; honestiùs, aut inter nobiles educatos citiùs: nullum tamen, quantum scio, ante sexennium, esto jam tunc sit capax doli, & si confiteatur, absolvi possit. Quare apud nos non est recepta doctrina Dianæ, & aliorum apud ipsum *part. 10. tract. 12. resolut. 86.* obligantis statim, ut sunt compotes rationis. Certe si puer, vel puella, ante, in, vel post septennium, circa nonum annum v. g. appareat, rationis usum obtinuisse & mortaliter deliquisse: nunquid obligabis statim ad Confessionem, & non permittes cum aliis expectare tempus Paschale?

§26 IV. *Peccata confiteantur.* Quando ergo talis puer vel puella, saltem crasso modò videatur, cognoscere DEUM per hoc. vel illud peccatum offendi, ostendatque dolorem ac propositum, præcipuàque fidei mysteria crasso saltem aliquo modo intelligat: potest & debet absolvi, præsertim in tempore Paschali, ut omnes monent. Et pro praxi Confessariorum, placet
ex-

exscribere iudicium Laymanni communiter
 „recepti *codem n. 7.* sic pergentis: Postquam
 „Confessarius, consideratis circumstantiis, ju-
 „dicavit, puerum verè & deliberatè commisis-
 „se peccatum quod confitetur, examinare in-
 „super debet, utrum de eo doleat ex motivo
 „non merè humano, quia v. g. à Patre vapula-
 „bit, sed supernaturali per fidem cognito, pu-
 „ta; quia DEO contrarium est, Pœnam ater-
 „nam, vel purgatorii, meretur, & idcirco à rea-
 „tu virtutè Sacramenti absolvi desideret. Sunt
 „enim aliqui adedò naturâ vagi, malèque educa-
 „ti, ut, licet satis dispositi fuerint ad peccan-
 „dum, non tamen dispositi sint, neque à Con-
 „fessario tam brevi tempore disponi possint ad
 „Pœnitentiam. Quare in hoc casu orationem,
 „quasi Pœnitentiæ locò, puero imponat, &
 „crucis benedictione super caput ejus formatâ
 „dimittat. Expedi enim pueros, quamvis non-
 „diu absolutiois capaces sint, audire, ut pau-
 „latim instruantur & confessioni assuescant.
 „Quòd si autem omnibus consideratis, de pue-
 „ri capacitate dubium maneat, tunc absolvi po-
 „test sub conditione saltem mente retentâ: imò
 „in mortis articulo absolvi debet: nam tali præ-
 „sertim casu necessitatis in dubio inclinandum
 „est in favorem animæ. Denique id moneo,
 „si materia confessionis, quam puer assert,
 „mortalis videatur, sed ob ejus incapacitatem
 „non absolvatur, de hoc ipso monendum esse
 „puerum, ut sciat, se non absolutum esse, ut

„majorem dispositionem ac præparationem
 „afferat ad iteratam confessionem. Sic *Lay-*
man optimè, & latè Gobat *Alphab. Confessar.*
casu 10. & *Alph. Communic. casu* 6. per totum.

§. II. Quæ? Quomodo?

Omnia peccata sua fideliter confiteatur.

§27 **O**mnia mortalia tantùm hoc præcepto ob-
 ligamur confiteri. Non enim possunt in-
 telligi *omnia venialia*, quod multis esset im-
 possibile, certè longè difficillimum. Unde
 eum, qui tantùm venialium, & nullius morta-
 lis peccati conscius sibi est, etiã tempore Pa-
 schali per se non obligari ad confessionem, jam
 ex communi diximus *quest. 2. §. 2. an. 371.*
 Advertit tamen Castro-Palaus apud Gobat *cit.*
n. 284. illum præbiturum non leve fundamen-
 tum sinistrae suspicionis, qui sub prætextu ca-
 rentiæ peccati mortalis omitteret penitus con-
 fessionem. Consentit Escobar tales obligans ad-
 huc confiteri ratione scandali, quod semper
 ferè timendum esset.

§28 II. Insuper non impletur hoc præceptum
 confitendò solùm venialia propriè loquendò,
 cùm faciant id, quod præceptum non est:
 quemadmodùm & pueri laudabilissimè jeju-
 nantes die jejunii, non dicuntur propriè im-
 plere legem jejunii, cùm eã non obligentur:
 inde tamen non rectè inferes, eos agere contra
 legem. Et hinc, qui tempore Paschali, vel
 per totum annum confessus est solùm venialia,
 quip-

quippe nulliùs unquam peccati mortalis conficius, si postea etiam ultimo die anni mortaliter delinquat, obligatur adhuc confiteri, quia præcepto annuæ confessionis nondum satisfactum est, & adhuc satisfieri potest: secus, si vel semel in decursu illius anni fuisses confessus aliquod peccatum mortale. Ita cum aliis Lugo *disp. 15. sect. 7.*

III. Omnia peccata *confiteantur*. Atan ne-529 cessariò sic, ut etiam absolvatur, nimirum confessione validâ. Certè fuit ante hac probabilis visa Sententia gravissimorum DD *Paludani, Victorie, Gabrielis* nostri cum magno moralium Magistro Sylvestro *v. confessio 4. n. 3.* Præcepto huic Ecclesiæ satisfieri per solam confessionem integram peccatorum, tamen si absolutio non conferatur, sive ob defectum, vel malitiam absolventis, sive ob defectum contritionis in Pœnitente: adeoque etiam per confessionem culpabiliter invalidam, modò integram: ex eo fundamento, quòd Ecclesia solùm externum actum confessionis præcipere possit, de occulto autem defectu non iudicet. Verùm huic sententiæ omnem probabilitatem abstraxit Decretum Alexandri VII. inter propositiones damnatas Anno 1669. & hanc numerans. *Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.* Neque mihi unquam placere potuit.

IV. *Fideliter* confiteatur. Confessione nimirum validâ, & aptâ ad absolutionem reipsâ per-

percipiendam, & nullo modo sufficit confessio culpabiliter invalida, aut sine absolutione, prout etiam ante illud Decretum docuerunt semper communiùs DD. *Sotus* uterque, *Medina*, *Navarro*, *Suarez*, aliisque citatis Layman *cit. c. 5. n. 11.* Lugo *cit. alii passim.* Ratio est: quia Ecclesia præcipere potest, & reipsâ præcipit, aut certè principaliter hoc præcepto intendit, ut Sacramentum Pœnitentiæ quot annis suscipiatur ab iis, qui peccati mortalis concilii sunt: sed Sacramentum non consistit sine absolutione: nec absolutio sine confessione valida: ergò requiritur & confessio valida & absolutio Sacramentalis. Falsum autem est fundamentum oppositæ sententiæ, Ecclesiam non posse præcipere saltem indirectè, actum internum, si is pertineat ad substantiam actus externi, qui præcipitur, ex communi doctrina in materia de legibus.

§. III. Cui?

Proprio Sacerdoti.

130 **P**roprius Sacerdos, cui facienda confessio annua in rigore terminorum, & directè quidem intelligitur Parochus Pœnitentis, at non exclusivè, sed cum necessaria inclusione ejusdem Parochi Superiorum, ac ejusdem, ac Superiorum ejus delegatorum, uti bene notavit *Suarez, hęc diff. 16. sect. 1.* Esset enim absurdissimum, dicere, Episcopum, qui est Parochus Parochorum, non habere jus excipiendi confessione-

cessionem suorum Diocesānorum tempore Paschali, idēque est à fortiori de summo Pontifice, qui est supremus Pastor Pastorum, respectu omnium fidelium, ac ovium Christi. Rursus quia quivis ordinariā potestate præditus potest eam delegare alteri. *cap. cum causam, de Appellat.* Idē satis dicitur confiteri proprio Sacerdoti, qui etiam tempore Paschali confitetur alicui delegato, seu ex licentia vel permissione facta aut ab ipso Parocho; aut ejus Episcopo, aut ipso maximē summo Pontifice. Et hinc

II. Parochi non possunt prohibere suos Parochianos, ne Mendicantibus confiteantur etiam tempore Paschali, quin ii adhuc validē & licitē audiant & absolvant; ipsique Parochiani, semper validē, & secluso contemptu, maximē subsistente aliquā rationabili causā (qualis ferē semper adest) etiam licitē, Mendicantibus confiteantur. Non tamen licet Parochianis ejusmodi prohibitiones Parochorum in jurē communi fundatas contemnere, ut ex se patet. Quare ad cavēdum & excludendū omnem Parochorum contemptum, omninō consulendū à Confessariis est hominibus rusticis (frustrā consuleres civibus alicujus urbis, ubi Mendicantes degunt) ut confessionem suam Paschalem apud proprium Parochum peragant, aut ab eo licentiam alibi confitendi petant. Ita Azorius *cit.* Barbosa *de Paroch. cap. 19.* rationes allegans ex *Lochmayr*, & hinc ulterius insidenter.

§ 3ⁱ IV. Parochus suo Parochiano ob justam causam volenti confiteri alteri, tenetur licentiam dare secundum communem apud citatos, & Layman eodem *tr. 6. cap. 13. n. 3.* Intelligendum tamen, *alteri* in tali Dicecesi approbato, & curato: non tamen necessario Parocho, ut vult Barbosa *cit. n. 27.* cum praxis ostendat contrarium. Nam etiam Cooperatores Parochorum, de horum consensu funguntur hoc officio, uti observat Gobat *cit. num. 297. sine.* At controversia est: si Parochus subdito justè petenti (puta, si sine periculo salutis proprio Parocho confiteri non possit, v. g. concubina ipsius) licentiam injustè neget, nihilominus ipso jure facultatem consequatur confitendi Sacerdoti alteri: posito saltem, quòd neque ab Episcopo licentiam petere, vel impetrare possit? Affirmant Richardus, Paludanus, Adriannus, Major, Sylvester, Navarrus, Toletus, Henriquez; alii apud Layman *cit. ar.* probabile censentem: Negant autem probabilius Alensis, Sotus, Medina, P. Navarrus, aliisque congestis Suarez *hic disp. 17. sect. 4.* & probabiliorem censent, ac late probant Layman & Barbosa *ll. cit.* quos videre potes nam cum res nos non concernat, Sententias nosse, & authores allegare sat sit. Certe eo casu securissimè recurret ad Mendicantes privilegiatos.

§. IV. Quando ? quoties ?

Saltem semel in anno.

Annum hoc confessionis spatium non est ⁵³² absolutè inchoandum ab ultima confessione facta. Lex enim non dicit, confessionem non esse differendam ultra annum, sed ut singulis annis fiat saltem semel. Attendendus est ergo computus annuus Ecclesiasticus, aut ab initio anni ad finem, aut à Paschate in Pascha, & si hoc teneatur, interest nosse, an tunc per se, an verò per accidens, scilicet ratione Communionis Paschalis, tantùm obliget præceptum confessionis annuæ.

I. Tempus annuæ confessionis, à prima ⁵³³ die Januarii usque ad finem Decembris, computant permulti DD. quos citant & sequuntur Diana p 3. tr. 4. resol. 81. Lugo disp. 15. sect. 7. n. 117. Qui proindè scribit: si sis confessus 1. Januarii hujus anni 1676. te licitè differre confessionem usque ad ultimum Decembris sequentis anni 1677. ita ut duo integri anni, dempto unico die, licitè transeant sinè confessione, nisi aliundè occurrat necessitas, v. g. ratione Communionis aut periculi mortis. Idque in hoc computo necessariò concedendum est. Nam ultimo die hujus anni adhuc satisfacis pro hoc toto anno: & primo die sequentis Januarii primò obligatio incipit sequentis anni similiter non urgens ante finem. Verùm hoc mihi semper displicuit. Insuper, quòd si hoc toto anno,

no, imò & pluribus annis nunquam confessus es; confitearis autem primo die hujus currentis anni, valebit hæc tua unica confessio, tam pro hoc anno, quam pro anno, vel annis præcedentibus. Lugo *cit. n.* 180. quod quidem in simili casu etiam nos infra concedemus.

534 II. Facilior, & Ecclesiasticæ consuetudini conformior est annuæ confessionis computatio à Paschate ad alterum Pascha, ita, ut, qui post Paschalem hanc confessionem in peccatum mortale lapsus est, ejus confessionem usque ad sequens Pascha differe possit, & non amplius citra peccatum grave. Ita communior DD. Suarez *disp.* 36. *sect.* 3. Coninck *disp.* 5. *dub.* 6. Tannerus *disp.* 6. *q.* 7. Layman *c.* 5. *num.* 8. Idque Confirmat praxis Ecclesiæ, siquidem eò solò tempore Pastores à fidelibus suis confessionem peccatorum intra annum commissorum exigere solent. Et *arg. Extrav. Vices. De Treuga & pace.* dicitur: quòd Parochianus de jure (*c. Omnis utriusque*) saltem in Paschate teneatur proprio Sacerdoti confiteri. Quia ergo hoc præceptum annuæ confessionis omni anni tempore impleri potest ab uno usque ad alterum Pascha: sicut: si à præcedente Paschate intra annum v. g. circa festum omnium Sanctorum, vel Natalis Domini semel es confessus aliqua mortalia (secùs si venialia tantum ex dictis §. 2.) per se non teneris iterum confiteri in sequenti Paschate, nisi novis mortalibus obnoxius tunc communicare debeas: ita econtra, si à præ-

præcedenti Paschate per totum hunc annum nunquam es confessus aliqua mortalia, & prævideas, te sequenti tempore Paschali à peccatorum confessione impeditum iri, v. g. navigatione: itinere inter hæreticos &c. tempore opportuno anticipare teneris: & perinde res se habet, sicut cum eo, qui die Dominico manè Missam audire potest, postea non poterit, is statim audire debet. Ita ex communi Layman *cit. n. 9.* & etiam in suo computo Lugo *disp. 15.* Quamvis teste Gobat *num. 278.* id æquè multi negent ut neutri parti audeat negare veram practicam probabilitatem. Suadet tamen tutiora. Ego vero nostram sententiam omninò veram credo, & confirmatur ex mox dicendis.

III. Attamen eo ipso tempore Paschali præceptum annuæ confessionis obligat non per se, sed solum per accidens ratione Communionis Paschalis, quam confessio peccatorum mortaliū necessariò præcedere debet. Ita longè communior DD. *Sotus, Victoria, Valentia, Sa, Vasquez,* aliisque congestis *Coninck, Layman, Tannerus. n. præced. citati.* Ratio est: quia Concilium Lateranense *in cit. Can. Omnis utriusque;* aliter statuit de annua confessione, aliter de sacra Communione, videlicet, ut fideles sua peccata, saltem *semel in anno confiteantur.* Sacram autem Eucharistiam *ad minus in Pascha* suscipiant: ex quo patet, non ita pro confessione, sicut pro sacra Communione per se determinatum esse. Quare si tempore Paschali à Com-

munione legitime impeditus es, v. g. lecto affixus, non eris ad confessionem obligandus, si intra illum annum jam semel legitime confessus es, ut jam supra innui. Additque Layman *cit. n. 10.* Imò etiam si aliquis toto anno nunquam confessus fuisset, & Communionem Paschalem ex necessaria causa ad breve tempus, puta usque ad Pentecosten differre deberet, probabile est, graviter non peccaturum. etiam si etiam confessionem differret, si putaret, postea eam commodius peracturum esse. Verùm, si talis post Pentecosten mortaliter peccet, obligatus erit eo anno iterum confiteri, cum prior confessio facta sit ad satisfaciendum obligationi prioris anni, ut notavit Coninck *dub. 2. conclus. 2.* sic Layman.

§. Contrarium his, & præceptum confessionis tempore Paschali per se obligare cum aliis docuit Suarez *sape cit. disp. 36. sect. 3.* ex eo potissimum, quòd ex dicto Canonè fideles saltem in anno *omnia sua peccata* confiteri teneantur: annus autem finitur in Paschate: ergo si eo tempore conscius peccati mortalis non confiteatur (siue communicaturus, siue non) transgreditur præceptum confitendi omnia peccata intra annum, respondet rectè Laym. *ibid.* Quod Concilium omnia peccata confiteri jubet, pertinet ad integritatem confessionis servandam, ita ut quocunque anni tempore aliquis confiteatur; nullum mortale reticeat: non verò eò spectat quasi omnia, peccata, quæ intra quemlibet

Sect. IV. De necess. & obligat. Confess. 499

annum commissâ sunt eodem ipso anno confiteri necessè sit.

IV. Qui autem toto anno, Paschali tempore (vel aliorum computò ante finem anni vel Decembris) sinè justa causa excusante non confessus est, omnium consensu peccat mortaliter, quia transgreditur præceptum in re gravissima. Et insuper 1. Quò diutius differt, eò gravius peccat, quippe longius recedens ab intentione præcepti jubentis confessionem fieri quolibet anno saltem semel. In praxi autem propè perindè est, sive dicas cum *Sylvestro, Valentia, Layman. Diana &c.* talem perseverare in eodem peccato mortali omissionis, etsi semper eò graviori, quò diutius sinè justa causa differt, quod mihi magis placet. Sive malis dicere cum Suarez, Vasquez, Bonacina, Lugo *cit.* talem peccare toties mortaliter, quoties occasionem commodam confitendi oblatam negligit. Sed certè Confessarii de hoc non inquirunt, contenti scire tempus omissionis ultra annum. 2. Is, seu justa, seu injusta de causa, confessionem annuam omiserit, cum primùm postea commodè poterit, confiteri obligatur. Ita (contra *S. Amolinum, Sylvestrum*, alios sanè minimè paucos) docet communior & mihi omninò vera Sententia DD cum Navarroc. 21. n. 45. Suarez *disp.* 36. *sect.* 4. Coninck *cit.* *disp.* 5. *dub.* 8. Layman. *citat.* c. 5. *dub.* 9. Gobat *Casu* 11. n. 276. alii. Ratio solida est: quia tempus paschale velut terminus implendi

præcepti, non est positus ad finiendam obligationem, sicut accidit in præcepto jejunii, audiendi Missam, & similibus obligationibus certis temporibus vel diebus, & intuitu ipsius temporis, affixis; sed solum ad implendam, seu ulterius non differendam obligationem, sicut fit in debitis tributis, debitis pecuniariis, & similibus obligationibus, in quibus terminus non specialiter intuitu temporis, sed principaliter ratione rei præstandæ, & non diutius differendæ præfigitur; quæ proinde obligationes elapso termino, minimè extinguuntur, sed perseverant, ut nimis notum. Atque ita etiam se habere præceptum & obligationem confessionis annuæ, clarum est, cum tota intentio Ecclesiæ fuerit præceptum divinum confessionis de se indeterminatum, determinare ad certum tempus ut quolibet anno, saltem semel fiat, nimirum in Paschate &c. & ultra non differatur: ergo elapso termino illo non extinguitur, sed manet illa obligatio. 3. Eum tamen, qui quamvis culpabiliter confessionem ultra terminum annum distulit, postea unâ confessione satisfacere pro utroque anno, & præterito neglecto, & novo inchoato, docent sanè plurimi, ac ipse Lugo *sape cit. n. 180.* Et verum est, *durante eodem statu.* Quia hoc præceptum solum obligat illo anno sequenti peccati mortalis conscios, & factâ semel illo anno confessione legitimâ: non es tibi amplius peccati mortalis conscius; ergò durante eo statu non teneris amplius

confiteri. At mutato illo statu, si deinceps rursus pecces mortaliter (quidquid negent multi) Ego cum Coninck & Layman *n. præcedenti, sine allatis*, omninò certum puto, te rursus eo anno obligari ad Confessionem, maxime Paschalem, etiamsi fortè eo tempore communicaturus non esses. Ratio ibidem dicta. Qui priori confessione satisfacisti obligationi præcedentis anni, & deinceps velut novum annum obligationis cepisti; ergò si deinceps pecces mortaliter, rursus confiteri obligaberis. Cæterùm si quis tempore Paschali alioquin ritè confessus, unum mortale inculpatè oblitus est, (aut fortè etiam sciens ex justa causa tacuisti) te non obligari prius confiteri illud, quam urgeat aliud tempus annuæ confessionis, ex Layman & aliis jam notavi *suprà sect. 1. q. 4. §. 3.* & docent etiam Diana *p. 3. tract. 4. resol. 124.* Lugo *disp. 15. sect. 7. n. 167.* Ibidem tamen *num. 174.* rectè excipiens, nisi sola peccata venialia tunc confessus, alicujus peccati mortalis oblitus esses, rationem ex dictis nosse debes. Tandem dicta hoc §. de anticipatione, & supplementatione, confessionis annuæ, pariter intelligenda sunt quoad Communionem Paschalem: sicut & pleraque alia hâc quæstione explicata. Exceptò solò privilegiò Mendicantium quod se non extendit ad Communionem Paschalem, nec agro præbere licet Mendicantibus, nisi de expresso vel tacito consensu Parochi aut Ordinarîi. Et jam utique de confessione satis.

CAPUT IV.

De Satisfactione Sacramentali.

Quid generatim sit satisfactio, seu compensatio offensæ, vel injuriæ: quomodo differat à restitutione seu compensatione damni: qualiter DEO satisfacere, aliquo modo, non autem restituere possimus: dixi c. I. sect. I. §. 3. Jam ad rem.

QUÆSTIO I.

Quid est Satisfactio Sacramentalis? quis effectus? quæ necessitas?

SUMMARIUM.

- § 38. Satisfactio Sacramentalis quid?
 § 39. Ejus effectus est remissio pænæ temporalis,
 § 40. Quem ut sortiatur, fieri debet in statu gratiæ.
 § 41. Implens eam in mortali venialiter peccat.
 § 43. Imponenda est à Confessario necessariò necessitate præcepti tantum,
 § 44. Et quidem sub gravi culpa per se loquendo.
 § 45. Casus, quibus Confessarius excusatur, ut nullano, vel levisimam penitentiam injungat.
 § 46. Specialia quoad infirmos & moribundos.
 § 48. Qualiter Pœnitens teneatur acceptare,
 § 49. Et implere
 § 50. Pœnitentiam rationabilem, ac
 § 51. Obligatoriè impostam?
 § 52. Quando cesset hæc obligatio?

ASSERTIO.

§ 37. Satisfactio Sacramentalis est opus bonum personale in Sacramento Pœnitentiæ à Confessario im-

impositum in pœna temporalis pro peccatis confessis debita compensationem: cuius proinde effectus est remissio Pœnae temporalis ex opere operato. Et necessario, non necessitate Sacramenti, sed præcepti sub peccato gravi per se loquendò, à Confessario imponenda, & rationabiliter imposita à Pœnitente acceptanda. Est tota communis: ut patebit singulorum explanatione solidâ.

§. I.

Satisfactio Sacramentalis est

I. **O**pus bonum, neque enim DEO satisfieri potest per opus, quod de bonorum genere non sit, & DEO gratum. Quare, qui pœnitentiam implet relapsus jam in statum peccati mortalis, etsi præcepto Confessarii satisficiat effectum tamen satisfactionis non sortitur, ut mox iterùm dicam *s. seq.*

II. *Pœnale.* Seu afflictivum aliquo modo Pœnitentis. Quale de facto post naturam lapsam, est omne opus bonum. Omne enim opus bonum in gratia factum triplicis est virtutis: *Meritorium*, quatenus à Charitate procedit, & gratiæ ac gloriæ augmentum meretur: *Impetratorium*: quia gratum est DEO, & beneficia impetrat, & *Satisfactorium*: quia pœnale, laboriosum, & aliquo modo afflictivum est operantis: & ab hoc ultimo sortitur effectum satisfactionis pro pœnis debitis: peccatis quoad culpam jam remissis.

III. *In Sacramento Pœnitentiæ à Confessario*

impositum. Excluduntur à ratione satisfactionis sacramentalis omnia opera satisfactoria, Pœnitentiæ & pœnalitatis, quæ vel propriâ voluntate assumuntur, vel aliunde imponuntur, vel à DEO disponente proveniunt in satisfactionem peccatorum etsi enim sint veræ satisfactiones, non tamen *Sacramentales*, nec ad forum Sacramenti Pœnitentiæ spectant.

§ 38 IV. *Ad Pœna temporalis pro peccatis confessis debita compensationem.* Nam quamvis omnia peccata mortalia quoad culpam remittantur per absolutionem Sacramentalem: eoque ipso pœna æterna (pro qua nullus purus homo satisfacere potest) ex meritis Christi commutatur in pœnam temporalem: non tamen semper remittitur tota, sed remanet ordinariè aliqua pœna temporalis in iudicio DEI solvenda: nisi aliquando vehementia contritionis totam deleat: vide *c. 2. sect. 2. §. 3.* Ad ejusmodi ergò pœnæ temporalis remanentis recompensationem imponitur. & acceptatur satisfactio sacramentalis. Quare ad hanc non spectant alia opera, & obligationes Pœnitentis quæ peccatis ex ipsa natura criminum inductæ imponuntur à Confessario, ut fuga occasionum, restitutio bonorum, famæ & fortunæ, remissio injuriarum seu offensarum, reconciliatio inimicitarum &c. quæ licet satisfactoria sint, & in partem satisfactionis Sacramentalis assumi possint ordinariè tamen sola in Pœnitentiam seu satisfactionem Sacramentalem non imponuntur. Sed Confessarius

injungit tanquam jam debita, quia Pœnitens ad ea ex natura criminum, & statûs sui obligatur.

§. II.

Cujus proinde effectus est remissio Pœnæ temporalis.

I. Satisfactio Sacramentalis (præter genera-
lem virtutem satisfactoriam omnis boni 539
operis in gratia facti, ex opere operantis) habet
virtutem specialem ex opere operato compen-
sandi, & delendi partem pœnæ temporalis pec-
catis debitæ, quam non haberet, si illud opus
esset voluntariè assumptum, aliundè impositum.
Communiſſima DD. ex Conciliis Florentino &
Tridentino *sess. 14. c. 3.* Ratio est: quia satisfa-
ctio sacramentalis virtute clavium imperata, &
elevata, est pars integralis Sacramenti à Christo
specialiter instituta ad satisfactionem pœnæ, ut
sic peccatum integrè etiam quoad restantem
pœnam destruat. Ergò virtute Sacramentali
aliquem effectum specialem ex opere operato
habebit, quem aliàs non haberet. Quinimò,
etsi satisfactio hæc non causet gratiam ex opere
operato, cùm non sit Sacramentum; nec pars
essentialis sed integralis tantùm Sacramenti: eò
ipsò tamen, quia est pars integralis Sacramenti,
probabile est, etiam conferre aliquam gratiam
Sacramentalem actualem, seu auxilium aliquod
divinæ gratiæ ad satisfaciendum: quò nimirum
Pœnitens singulariter adjuvetur in opere satis-
factorio præstando: cùm hoc sit proprium Sa-

cramenti secundum totalitatem suam, aliquam scilicet conferre gratiam. Atque ex Paludano rectè notat Layman. c. 15. n. 14. quòd multò plus valeat modica pœnitentia à Confessario imposita, quàm magna, quæ spontè assumitur, quia non hæc sicut illa, vim Sacramentalem habet. Quare optandum est Pœnitenti, ut non levis illi pœnitentia imponatur.

§40 II. Satisfactio ergò Sacramentalis, ut effectum suum sortiatur, necessariò debet fieri à Pœnitente in statu gratiæ. Quia generaliter peccatum mortale impedit omnem effectum DEI gratiosum, qualis etiam est remissio pœnæ temporalis in hac, vel altera vita luendæ: neque DEUS acceptat nostram satisfactionem pro pœnis temporalibus, nisi simus in gratia ejus constituti: neque potest remitti, vel compensari pœna temporalis, nisi priùs remissâ culpâ mortali pœna æterna debita in pœnam temporalem commutata sit, & sic non nisi pœna temporalis luenda superfit. Denique specialiter, quia remissio pœnæ temporalis est effectus secundarius Sacramenti, ideòque pendere non videtur à permanentia effectûs principalis ac primarii, qui est remissio culpæ per infusionem gratiæ sanctificantis. Et hinc

§41 III. Pœnitens pœnitentiam injunctam adimplens in statu peccati mortalis, satisfacit quidem præcepto Confessarii, quia implet illud, quoad substantiam, cum ponat totum opus præceptum, etsi non attingat finem præcepti, qui-

sub præcepto non cadit: attamen saltem venialiter peccat: ut cum Suarez, & communi DD. docet Layman. *cit. l. 5. tract. 6. c. 5. num. 15.* Quia partem Sacramenti etsi minus principalem suscipit indignè, & ponit obicem effectui Sacramenti secundario, scilicet remissioni pœnæ temporalis, sicque de bono aliquo Sacramenti privat. Eum tamen effectum, obice remoto, recuperari, docent Navarrus, Toletus, Cajetanus, alii cum Layman. *cit.* & Diana *p. 3. tract. 4. resol. 85.* Ut proinde necessè non sit, recuperato statu gratiæ, pœnitentiam injunctam repetere pro eo effectu recuperando. Ex dictis jam vides, quàm consultum sit, pœnitentiam injunctam quamprimum implere.

IV. Peccatum veniale, quod quis in im-⁵⁴²plenda pœnitentia committit: ut si quis injunctas preces distractè, & negligenter persolvat, vel elemosynam impositam cum vana gloria elargiatur, non impedit effectum Satisfactionis sacramentalis ex opere operato. Ita cum aliis *Cocinck & Layman. cit. num. 13.* Ratio patet ex eo, quòd suscipiens Sacramentum cum affectu peccati venialis, adhuc consequatur effectum principalem gratiæ sanctificantis, ut ex communi DD. diximus *sup. 1. p.* Sacrament. ergo similiter implens pœnitentiam cum peccato veniali, particeps fit effectus secundarii Sacramenti, scilicet remissionis pœnæ temporalis, siquidem neuter effectus provenit ex virtute operantis, sed ex opere operato ipsius Sacramenti.

Necessariò, & imponenda à Confessario &c.

§431. **S**atisfactio Sacramentalis est necessaria, seu necessariò imponenda à Confessario, non necessitate Sacramenti, secundum omnes, sed præcepti tantum. Quia est pars Sacramenti Pœnitentiæ non essentialis, sed integralis tantum, habens tamen effectum ex opere operato. Unde fit, quòd, cum adest impotentia, ut in moribundis, vel ratione, & sensibus destitutis, non requiratur satisfactio reipsa, sed sufficiat in voto vel proposito, saltem implicito & virtuali, in ipso vero dolore necessariò incluso, ut cap. I. jam indicatum est.

§44 II. Confessarius per se loquendo & regulariter, sub gravi culpa obligatur imponere Pœnitenti aliquam satisfactionem, seu Pœnitentiam congruam in Sacramento Pœnitentiæ. *Omnes.* Ratio est: quia Confessarius ut Minister Sacramenti tenetur procurare, & servare ejus integritatem, satisfactio autem est pars integralis Sacramenti Pœnitentiæ: ut Judex tenetur servare justitiam vindicativam delicta congruâ poenâ compensandò: ut Medicus tenetur sanare Pœnitentis morbos & vulnera, contra recidivam peccatorum congrua remedia & medicinas præscribendo. Quapropter Confessarius peccaret mortaliter, si pro peccatis, saltem mortalibus nullam, aut pro peccatis gravissimis valde levem Pœnitentiam imponeret. Attamen ex
par-

parvitate materiæ posse solum venialiter peccare, si pro solis venialibus, aut mortalibus sæpius confessis levem Pœnitentiam injungendam omitteret, cum aliis rectè docet Lugo *disp. 27. sect. 4. num. 49.* Quia tunc deest Confessarius suo officio solum in re levi. Et hinc, quando Pœnitens post jam impertitam absolutionem, dicit, se hoc, aut illud peccatum oblitum, poterit sinè peccato Confessarius dare novam absolutionem sinè nova Pœnitentia, tacitè extendendo primam injunctam Pœnitentiam, ad illud novum, unum vel alterum peccatillum. Non autem licitè sic tacitè solum extenderet ad novum peccatum mortale additum: sæpè tamen excusabitur, si expresse extendat, dicatque Pœnitenti: *Fac pro hoc, & prioribus peccatis Pœnitentiam prius injunctam, eò diligentius &c.* Insuper dixi: *Per se loquendò, & regulariter.* Nam

III. Excusatur Confessarius, ut nullam vel 545
levissimam Pœnitentiam injungat. 1. Quando Pœnitens est impotens physice, vel moraliter: ut quando est mentis inops: jam morti proximus &c. de quo plusculis seorsim *num. seq. 2.* Si cui revelaretur, suum Pœnitentem jam perfectè pro suis peccatis satisfecisse, nec indigere remedio in futurum. Ubi enim nullum est debitum Pœnæ, ibi nulla debetur satisfactio: & quando nullum est periculum infirmandi, nulla debet adhiberi medicina. 3. Si Pœnitentem Confessarius videat esse vehementissimè contritum:

tum: aut ex ipsa confessione ac signis advertat, jam multum satisfecisse: sanè ipsâ contritione vehementi, humili & verecundâ confessione peenitens plurimum satisfacit; si ergo illa satisfactio appareat æqualis esse, nulla alia, vel non nisi levissima imponenda erit. Cùm autem id rarissimè, vel nunquam satis constare possit, tutius est, semper injungere aliquam, saltem levem pœnitentiam, ut monet etiam Lugo *cit. sect. 4. num. 48. 4.* Quando quis lucratur indulgentiam plenariam, potest dimitti, sine ulla alia minuta pœnitentia, cùm per illam indulgentiam satisfiat debito pœnæ. Etsi autem id rarè pro certo constet, sufficit, quòd probabiliter credatur. Quare rursus tutius erit modicum quid satisfactionis injungere, aut etiam ipsum opus vel orationem, ad lucrandam indulgentiam requisitam, v. g. consueta *sex Pater & Ave.* Certè S. Thomas *in 4. d. 20. q. 1. a. 3.* docet, in consilio esse, pœnitentiam implere, cùm quis lucratur indulgentiam. Et post Henriquez, Suarez, alios, Layman *cit. n. 13.* ait, tempore Jubilæi, vel indulgentiæ plenariæ, non cogi pœnitentiam acceptare, nisi leviolem, quæ se habet per modum medicinæ ad tollendas peccatorum reliquias &c. Denique si scrupulosus intra horam sæpius redit cum novis culpis, ut sæpius absolvatur poterit relinqui sinè nova pœnitentia, quia supponitur satis esse imposta in præcedentibus Confessionibus.

1. Etiam infirmis, nondum desperatis, satisfactio congrua imponenda est, si gravior esse debeat, implenda postquam convaluerint.

2. Quod si verò desperata salus sit, ut plùs ab infirmo præstari non possit, expedit ei saltem hoc imponere, ut nomen JESU benedictum aliquoties, ter, vel quinquies v. g. ore proferat, vel si hoc non possit, corde concipiat, & invocet.

3. Moneat etiam Confessarius, ut locò pœnitentiæ ipsam suam infirmitatem, dolores, molestias, ipsamque mortem impendentem DEO offerat in satisfactionem pro peccatis suis: idque in unione passionis, dolorum, ac mortis Christi.

4. Item moneat, ut de bonis suis elemosynas largiatur, Sacrificia offerri curet &c. quòd si antea factò testamèto ad pias causas legaverit, quando fortè adhuc in statu peccati mortalis constitutus, incapax erat satisfactionis, nunc animo ratificet, Deoque offerat illud in satisfactionem pro peccatis suis: ut providè monet Navarrus *c. 22. num. 33. & 36.* aliòsque citans Layman. *cit. num. 13.* meritò addens, non rectè agere Confessarios aliquos, qui apud moribundos solent circumstantibus dicere, ut gravem aliquam pœnitentiam pro moribundo impotente implant: cùm id aliquam Sigilli Sacramentalis violationem contineat. Sufficit ergo circumstantes generatim hortari, ut pro morituro orent, aut alia opera satisfactoria DEO offerant.

¶ Universaliter ergò semper aliqua saltem levissima pœnitentia injungenda est, saltem ob

reverentiam Sacramenti ejus integritatem melius servandô. Verùm, ejusmodi causis excusantibus, per se loquendô, quanta, & qualis pœnitentia injungenda sit: quæstio est, multum sollicitos reddens pios Confessarios, meritò seorsim tractanda mox inferius.

§. IV.

Et rationabiliter imposta à Pœnitente acceptanda.

147 **P**œnitens sub gravi obligatione, ex genere suo mortali, tenetur acceptare, & implere pœnitentiam rationabilem, obligatorie impostam à Confessario. Ita Communissima DD. omninò verà, Conciliis conformis, & in praxi omnimodis tenenda Sententia DD. contra paucos infrà nominandos. Explico, & probo

I. *Tenetur acceptare.* Ratio est: quia Confessarius potest, & debet præcipere, ut jam suprâ ostensum est: ergò tenetur acceptare, cum hæc correlativa sint. *Antecedens* sumitur ex verbis Christi Joan. 20. *Quorum retinueritis peccata, retenta sunt.* Et Matth. 18. *Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata, & in calis.* Ex quibus verbis Concilium Tridentinum sess. 14. c. 18. concludit: in Sacerdotibus esse potestatem ligandi, non tantum ad infirmitatis medicamentum, sed etiam ad peccati commissi vindictam ac satisfactionem.

J. Contraria tamen Sententia sanè gravius Doctorum, Soti, Cajetani, Sylvestri, Medinæ,

næ, ac Navarri *Man. c. 26. n. 20.* Nimirum liberum esse Pœnitenti, acceptare vel repudiare pœnitentiam à Confessario impositam: etsi maxime post Tridentinum, non intrinsecè. tamen extrinsecè ab auctoritate probabilis, ad hoc servire potest Confessario, ut neminem sinè absolutione remittat, qui eam Sententiam secutus nollet acceptare pœnitentiam impositam, paratus DEO aliàs satisfacere in hac vel altera vita, dummodò aliquam vel levissimam pœnitentiam subire velit, v. g. aliquot Pater & Ave: Tunctionem pectoris &c. Ejusmodi enim etiam levissimam pœnitentiam recusans, pro peccatis præsertim gravibus, meritò censeretur non rectè dispositus, nec serio dolens de peccatis commissis, ideòque simpliciter repellendus à beneficio absolutionis, prout notat etiam Scotus in 4. d. 19. § ad quæstionem motam.

II. *Et implere sub gravi obligatione ex ge 549*
nere suo mortali. Nam ut sub mortali Pœnitens teneatur implere pœnitentiam acceptatam, & culpa omissionis mortalis sit, omninò, sicut in omnibus aliis legibus, præceptis, votis &c. imprimis requiritur materia gravis, & tantæ obligationis capax. Quare omnium consensu DD. communis nostræ Sententiæ, peccat mortaliter, qui magnam pœnitentiam, ejúsve notabilem partem omittit. Contrà verò venialis erit tantum obligatio, & culpa omissionis. 1. Omnium consensu, si in pœnitentia magna vel gravi, etiam pro mortalibus imposita, omittatur

pars levis, seu non notabilis, v.g. in Rosario integro una Decas. 2. Si omittatur tota aliqua pœnitentia levis pro venialibus tantum (aut etiam mortalibus jam antea legitimè confessis) injuncta. *Suarez, Coninck, Layman, Lugo ll. cc. qui num. 50. dicit sententiam oppositam Tanneri negari ab omnibus.* 3. Si etiam pro mortalibus imponatur, & omittatur pœnitentia levis. Idem: quia licet causa gravis sit, materia tamen est levis, & incapax tantæ obligationis. 4. Etiam, si pro venialibus tantum, tamen ob eorum multitudinē, vel periculum labendi gravius & c. rationabiliter imponatur pœnitentia gravis, ac omittatur: etsi probabilius mortale censeant *Henriq. Coninck, Lugo cit.* alii probabiliter tamen adhuc veniale tantum censet *Suar. disp. 38. sect. 7. n. 4. Layman n. 7.* alii apud ipsos: eò quòd durum videatur fateri, quòd quamvis culpa contracta levis sit, tamen obligationem pro iis satisfaciendi gravem effici posse per se loquendò. Per accidens autem est, si ad periculum peccati mortalis excludendum, gravius remedium imponendum videatur.

550 III. *Pœnitentiam rationabilem.* Non enim utique tenetur Pœnitens acceptare, minùs implere pœnitentiam, si patenter reverà sit irrationabilis, seu justò gravior, & difficilior Pœnitenti, & Confessarius rogatus eam moderari nolit. Tunc enim potest eam Pœnitens reverenter recusare; etsi Confessarius, eà non mitigatâ, absolvere nolit, sinè absolutione discedere, & alterius

rius Confessarii iudicio committere peccata sua. Quin etiam acceptâ absolutione, non tenebitur illam irrationabilem pœnitentiam implere, si certò constet, esse injustam, aut eam Pœnitens moraliter implere non possit, cum nemo ad impossibile teneatur, neque tunc ad aliud quidquam obligabitur: Suarez, Coninck, alii cum Layman *cit. num. 6.* Hinc specialiter non potest imponi pœnitentia publica, si sit periculum revelandæ confessionis: neque ingressus Religionis: quia id nimis durum videtur: nec pœnitentia pro peccatis in futurum committendis; sed bene potest injungi, & à Pœnitente debet acceptari pœnitentia medicinalis contra peccata in futurum committenda, aut pro peccatis commissis, sub conditione relapsûs v.g. *Dic hæc vice Rosarium, si denuò ante confessionem proximam relabaris, uno die jejura, &c.*

IV. *Obligatorie impesitam:* Ut enim obligatio pœnitentiam implendi, & culpa omissionis sit gravis, omninò debet adesse intentio Confessarii ita obligandi Pœnitentem. Quare cessat obligatio gravis & culpa, quando Confessarius non intendit obligare graviter. Quia tota hæc obligatio pœnitentis pender ab intentione & voluntate Confessarii, tanquam Legislatoris, qui potest suum præceptum. ut libet, moderari: atque etiam gravem Pœnitentiam injungere sub culpa levi: aut injungere; non absolutè, sed si pro peccatis suis satisfacere velit: aut etiam simpliciter proponere per modum consilii, liberè, &

finè omni obligatione: ut contra Vasquez bene probant Suarez, Henriquez, Coninck, Filliutius, Tannerus, consentiente Laymanno *sapè cit. cap. 15. num. 11. in fine.* Gobat *num. 753.* & nos etiam infrà concedemus.

§ 52 §. Tandem per se cessat obligatio implendi pœnitentiam, utcumque etiam obligatoriè impositam, imprimis quando Pœnitens est factus impotens eam implere: nec tunc tenetur implere per alium, etsi commodè possit: cùm præceptum datum sit de proprio opere, oratione, jejunio, peregrinatione, &c. non de alieno: excepto tamen casu; quo Confessarius ita expressè præscripsisset, ut si per se non possit, faciat per alium, prout fieri posse infrà insinuabitur. Deinde, quando quis oblitus est pœnitentiæ impositæ, quamdiù non recordatur, aut memorem Confessarium consulere potest: neque tunc aliud quidpiam tenetur, neque confessionem repetere, ut aliam pœnitentiam recipiat, obligatur, ut quorundam scrupulorum est persuasio: idque verum est, sive quis culpabiliter, sive inculpabiliter oblitus sit, si enim culpabiliter oblitus est, v. g. ob voluntariam nimiam dilationem, satis erit confiteri ipsam illam culpabilem oblivionem, ut contra Richardum, Sylvestrum, alios quosdam, docent DD. communiter: *Vasquez, Coninck, Layman, Lugo, alii citati.* Ratio horum est: quia præceptum Confessarii non plus obligat, quàm aliæ leges & præcepta, quæ, dum ignorantur, obligare nequeunt.

queunt. Interim meritò consulunt DD. *citt.* expedire, ut is, qui sive culpabiliter sive inculpabiliter oblitus est pœnitentiæ injunctæ, in sequenti confessione petat sibi injungi aliam congruam peccatis, qualia confiteri soles, cum longè præter in hac, quàm alterâ vitâ satisfacere.

QUÆSTIO II.

Quanta, & qualis Pœnitentia injungenda?

SUMMARIUM.

553. *Quanta Pœnitentia injungenda?* Regula generalis

554. *Confessarius semper sit magis sollicitus de debita dispositione.*

555. *Quâ habet à quandoque etiam leviore Pœnitentiæ injungere potest.*

556. *Quales Pœnitentiæ injungenda.*

557. *Speâatis conditionibus personarum?*

558. *Ob quas causas licitè imponi possit Pœnitentiæ leviore.*

560. *Qualia opera injungenda?* usque ad n. 564.

564. *An injungi possit I. Opus aliâs debitum?*

567. *II. Opera, quæ alioquin est facturus?*

570. *III. Opus pro Defunctis, vel aliis?*

573. *IV. An opus per alium implendum? ac*

574. *V. An opus sub consilio solum implendum? ac*

575. *VI. Etiam cessatio ab opere bono?*

DE hoc magni momenti quæsito, ita perspicuè edisserit Concil. Trident. *sess. 14.*

18. *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesserit pro qualitate criminum, & Pœnitentium facultate, salutari & convenientes pœnitentiæ injungere: ne se*

forte indulgentius cum Pœnitentibus egerint, levissima quadam opera pro gravissimis delictis imponendò, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novam vitam custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam in præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem. Nam claves Sacerdotum non ad solvendum duntaxat, sed & ad ligandum concessas antiqui Patres & credunt & docent. Hæc sancta Synodus peripicue docens, ob duas causas Pœnitentibus satisfactionem esse injungendam; 1. Ad vindictam peccatorum commissorum: & 2. in medelam adversus committenda. Sit ergo:

§. I.

Quanta Pœnitentia injungenda?

§ 53 **R**EGULA GENERALIS. Pœnitentia injungenda, debet esse aliquo modo proportionata delictis, non absolutè, sed spectat à simul Pœnitentis dispositione, facultate, & utilitate. Ita omnes ex Concilio Tridentino modò recitato. Ratio est: quia sinè dubio Confessarius non tenetur imponere pœnitentiam peccatis commissis simpliciter proportionatam seu æqualem: hoc enim & impossibile est, cum pœnæ peccatorum in foro DEI debitæ nobis sint incognitæ: & neque necessarium est, cum homines pluribus aliis modis pro peccatis suis satisfacere possint, & defacto satisfaciant. Unde

&

& Concilium Tridentinum eadem sess. 14. c. 9. agnoscens impossibilitatem imponendi pœnitentias æquales hortatur; ut satisficiamus pro peccatis, & pœnis sponiè à nobis assumptis, aut Sacerdotis arbitriò pro mensura delicti impositis, aut à DEO inflictis & à nobis patienter toleratis, apud DEUM Patrem, per JESUM Christum. Quare Confessarius pœnitentiam injuncturus ad hæc duo semper attendere debet: & peccatorum multitudinem, & Pœnitentis dispositionem, facultatem ac utilitatem maximè spiritualement. Nam simpliciter quantitas, & qualitas pœnitentiæ permittitur Confessarii non mero libero arbitrio, aut beneplacito, sed prudenti arbitrio & moderationi, ut neque nimia indulgentià videatur peccatis connivere, neque nimio rigore peccatores absterere &c. Pro quo pono aliquot propositiones, & velut Regulas practicas.

I. Confessarius semper sollicitus sit magis de procuranda dispositione Pœnitentis debitâ, ad obtinendum Sacramenti effectum, quàm de taxanda pœnitentia peccatis debitâ. Quare ante omnia faciat illos seriò intelligere gravitatem peccatorum suorum, & necessitatem satisfaciendi in hoc, vel altero sæculo. Deinde realis sit in declarandis oneribus, quæ ex peccatis oriuntur, ut sunt restitutiones, satisfactiones, reconciliationes cum proximo, fuga occasionum proximarum relabendi, &c. His enim jam satis gravantur Pœnitentes, & gravitatem suorum

rum peccatorum attendunt. Deinceps propositis congruis motivis contritionis, vel attritionis, (juxta dicta c. 3. q. 15.) efficaciter inducat ad serium dolorem supernaturalem, firmumque emendandi propositum. Habitâ & attentâ hâc dispositione Pœnitentis

555 II. Confessarii non sint anxii etiam cum gravibus peccatoribus, & aliâs ad subeundas graves pœnitentias indispositis: sed possunt leviores pœnitentias injungere committendô eos judicio, & misericordiâ Divinâ. Cum talibus enim semper certum est periculum, ne aut pœnitentias graves non impleant, aut Sacramentum Pœnitentiâ eis exosum fiat, aut quærant sibi Confessarios ineptos, qui mederi nequeant, aut ne in pusillanimitatem, ac desperationem labantur, & denique pereant. Quare rectissimè monet Layman *cit. n. 11.* si Pœnitens probabili aliatâ ratione, de pœnitentiâ gravitate conquatur, plerumque eam moderari, vel aliam levio- rem imponere oportet, juxta sapiens consilium Gerfonis. *Tutius est cum parva pœnitentia, qua sponè suscipitur, & verosimiliter adimpletur, ducere confessos ad purgatorium, quàm cum magna non implenda precipitare in infernum.* Solatur etiam illud D. Joan. Chrysof. hom. 43. in caput 28. Matthæi. *Etsi erramus, modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam rationem reddere; quàm propter crudelitatem? ubi enim Paterfamilias largus est: Dispensator non debet esse*

esse tenax. Si DEUS benignus, ut quid Sacerdos vult crudelis apparere? Hæc Sanctus, dignâ se sententiâ. Verumtamen ne Pœnitens ob pœnitentiæ levitatem peccata sua leviùs æstimet, suaviter monendus erit à Confessario de insufficientia hujus pœnitentiæ, & adhortandus, ut ipsemet amplius exerceat bona opera satisfactoria, ad lucrandas indulgentias &c. ut notant *Layman*, & *Lugo citati*, & mox iterùm §. seq.

III. In Satisfactione imponenda semper hos duos fines spectet Confessarius. 1. Ut quantum fieri potest, pœnitentia imposita sit ad aliquam saltem castigationem & vindictam peccatorum. 2. Ut aliquo modo referatur ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis contra relapsus medicamentum, uti expressè præscribit Concilium Tridentinum suprâ allegatum. Certæ sunt aliquæ levissimæ pœnitentiæ, quæ tamen valde castigant, meliùsque medentur v. g. illi, qui sæpiùs in idem peccatum recidit, injungere, ut usque ad proximam confessionem, singulis diebus, & quoties cadit, aliquoties Salutationem Angelicam recitet: ut per certum tempus vesperi examen conscientiæ instituat, aliquot Missas audiat: intra tale tempus denuò confiteatur & communicet: certam Ecclesiam aliquoties visitet, præsertim quando magnus est confluxus, ut aliorum exemplò ad pietatem excitetur, & his similia, quæ pia & spiritualis industria facillè suggeret Confessario. Specialiter pro peccato luxuriæ, per se loquendo, imponendæ

nendæ essent castigationes corporis, jejunia, disciplina &c. sed sapissimè Pœnitentibus non congruunt: soleo ergò injungere certas orationes, vel simpliciter usque ad proximam confessionem, vel (si putem talem pro exoneranda pœnitentia citò nimis iterum confessurum) usque ad certum tempus, tot septimanas, per mensem, tot menses, (vix per annum, nisi pro homicidio, aut gravissimis sceleribus, similiter toto anno, vel ampliùs continuatis) vel usque ad certum aliquod tale Festum claudendas cum iterata sacra Confessione, & Communione.

357 IV. Confessarius satagat imponere pœnitentias statui Pœnitentis cujuslibet congruas & opportunas, caveâtque imponere incongruas, v.g. pauperi vel filiofamilias elemosynam, operariis laboriosis, vel debilibus personis, jejunia, mulieribus longas peregrinationes, valde occupatis multas preces, ut notavit etiam Scotus *in 4. d. 17. q. 1.* Item, ne talem pœnitentiam, v.g. jejunia, disciplina, peregrinationes &c. injungat, unde Coniux, aut domestici suspicionem commissi criminis concipere possint, ut ex Navarro, Henriquez, aliis, observat Layman *n. 11.* rudibus obliviosis ac valde occupatis consultum non est, imponere preces quotidianas unius anni vel mensis, sed interdum, ut jam innui, sub conditione. Quoties in hoc peccatum rursùs incideris, recitabis hanc orationem, multum enim id momenti habet ad peccati emendationem. Hominiibus verò vacantibus, qui-

quibus tempus satis suppetit, interdum expediens est, quotidianam orationem, vel Missæ auditionem imponere, præsertim usque ad sequentem Confessionem, ut peccatorum suorum frequenter memores, citius per dolorem satisfaciant, vel certè ad remedium Confessionis iteratò confugiant. Consultum tamen interim est, non ita attingere, quin licentia detur, si opus pœnitentiæ uno die prætermissum fuerit, alterâ die duplicandi: sicut monet Navarrus c. 16. n. 10. Denique non facilè permittendum esse Pœnitenti, ut voveat, vel juret, tale peccatum non amplius patraturum, jam alibi monuimus.

§. II.

Causæ excusantes, ut justo minor Pœnitentia imponi licitè possit.

Confessarius ergo pro gravibus Peccatis, absque ulla justa causa, ex mera conniventia, affectu, vel respectu humano levissimas, seu nimis leves injungens pœnitentias, v.g. pro peccatis carnalibus, aliquot Pater & Ave, absque dubio peccat graviter, & siquidem eâ conniventia ansam præbeat licentiùs peccandi, eorum peccatorum particeps fit, ut expressè dixit Concil. Trid. suprâ allegatum. Væ igitur illis! Veruntamen plures sunt causæ excusantes, ob quas justò minor pœnitentia injungi licitè possit.

Prima, est infirma corporis constitutio, & fragilitas seu corporis seu animæ, ob quam timetur,

metur, majorem etsi iustissimam pœnitentiam non impleturus, idque maximè, si Pœnitens nolit acceptare pœnitentiam graviolem, etsi rationabilem, (*de quo q. preced.*) tunc utique satius erit imponere pœnitentiam mediocrem, seu levem, præmonendô tamen satisfactio- nem esse insufficientem, ideóque aliunde in hac vel altera vita supplendam, prout jam *suprà num. 2.* insinuatum. Addit Bonacina apud Gobat. n. 758. etiam quando Pœnitens minuendô pœnitentiam, allicitur ad frequentiolem, uti- lémque Confessionem.

Secunda, quando apparet magna seu no- tabilis contritio, ac dolor Pœnitentis, quâ jam multum expunxit de debitis pœnis, quippe quæ per se ipsam sola totam pœnam abolere posset, de qua jam dictum *q. preced.*

Tertia, quando apparet, Pœnitentem aliunde satisfacere seu solere præstare, & præstiturum multa bona opera. An autem ad diminuendam pœnitentiam etiam conducat, si Confessarius reflexè dicat illa verba: *Quidquid boni feceris, vel mali sustinueris &c. videbimus infra §. 4.*

Quarta causa diminuendi pœnitentiam est, quando Pœnitens lucratus est, vel lucrabitur, vel lucrari solet indulgentias, etiam non plena- rias; nam de plenariis jam dictum *q. preced.*) Quod in praxi valde notandum, cum enim in urbibus ferè omnes, & in pagis plurimi inscri- pti alicui Confraternitati gaudenti multis & magnis indulgentiis, quas lucrantur, cum per- ficiunt

sciunt opera præscripta in Bullis illarum Congregationum, etiam si illarum ignari sint, aut gnari quidem, at orant, vel faciunt illa opera absque intentione lucrandi illas: ut bene probat Gobat in suo thesauro indulgentiarum: ideo Confessarius sollicitus de pœnitentia injungenda, quærat ex Pœnitente, an non sit inscriptus alicui Confraternitati, & affirmanti dicat: ergo diligenter perfice tuas preces, & opera præscripta, quibus indulgentias lucreris, ideo enim tibi pœnam meritam dimidiò, & ampliùs diminuo.

¶ Tandem causam & modum gravissimis peccatoribus multum diminuendi pœnitentiam, extraordinariæ, & heroicæ charitatis, exemplò suò Confessariis præluxit sanctissimus Indiarum Apostolus Franciscus Xaverius, qui maximam pœnitentiæ injungendæ partem in se suscepit luendam, & reipsâ luit severissimis disciplinis, jejuniis, aliis mortificationibus: vide Bartholum in ejus vita: & cogita, an imitari velis.

§. III.

Qualis Pœnitentia, seu qualia Opera injungenda?

I. **O**pera pro Pœnitentia, seu Satisfactione Sacramentali ordinariè injungenda comprehenduntur istis tribus. *Oratione, Jejunio, Eleemosyna.* Et omninò congruenter. Nam sicut homo peccandò offendit DEUM, seipsum maculat, & proximum sæpè lædit, aut scandalizat:

lizat: ita vicissim per *Orationem* DEUM propitiat: per *jejunium* se ipsum castigat & purificat: per *elemosynam* proximum sublevat. Unde Oratio ordinariè injungenda pro peccatis contra DEUM, ut blasphemis, in divino cultu negligentibus &c. Jejunium pro peccatis in se ipsum, ut gulosis, luxuriosis. Eleemosyna pro peccatis in proximum commissis: salvo tamen jure restitutionis: & attentâ facultate & dispositione pœnitentis.

§ 61 II. Sub oratione comprehenduntur omnes actus Religionis ac virtutum Theologicarum: ut actus fidei, spei, charitatis, seu amoris DEI, contritionis: laudis divinæ: gratiarum actiones, adorationes, genuflexiones, peregrinationes, templorum & locorum sacrorum visitationes &c. Sub jejunio comprehenduntur omnes pœnalitates, ac afflictiones, seu mortificationes corporales: disciplinæ, cilicia, humi cubationes, peregrinationes &c. Sub elemosyna comprehenduntur omnia opera misericordiæ corporalia, & spiritualia, omnesque actus charitatis erga proximum.

§ 62 III. Quamvis autem omne opus bonum, etiam internum charitatis, orationis mentalis &c. homini pro statu naturæ lapsæ pœnale, laboriosum, adeoque satisfactoria sint; tamen opera externa, oratio vocalis præsertim cum genuflexione, manuum extensione, jejunium: elemosyna, & ejusmodi, quibus corpus affligitur, magis laboriosa & afflictiva sunt; ideoque

æteris paribus magis satisfactoria, quare plerumque etiam talia à Confessario injungenda sunt. Accedit & alia ratio ex parte Sacramenti, ut scilicet sic etiam hæc pars integralis Sacramenti, *Satisfactio* per se, & propriè sit sensibilis.

IV. Nihilominus tamen potest, & interdum, considerato pœnitentis statu, etiam expedit injungi actus merè internos, ut fidei, spei, Charitatis, meditationes, examina conscientia, generale, speciale, &c. Item ut Pœnitens aliquoties de die cogitet de præsentia DEI omnes actiones nostras intuentis, ut meditetur de morte certò sibi imminente, judicio DEI terribili, pœnis inferni: de Passione Domini &c. simulque eliciat actum Charitatis, contritionis de peccatis cum proposito emendationis, uti ex Suarez *d. 33. sect. 6.* notat Layman. *ibid.* Ratio est: quia ex una parte, hi actus in ordine ad Sacramentum satis sensibiles fiunt, per externam injunctionem Confessarii, & acceptationem pœnitentis, & insuper plerumque se sensibiliter produnt signis & motibus sensibilibus (qualis sensibilis manifestatio pro majori securitate imperari poterit à Confessario) ex altera autem parte sunt opus aptum ad satisfaciendum, & quàm maximè utile Pœnitenti satisfissimè multò magis, quàm opera externa, ut experientiâ constat. Præterea alia nonnulla sunt opera, de quibus dubitari potest, an pro satisfactione Sacramentali rectè injungi possint, quæ breviter *specifico.*

Opera quædam dubia proponuntur, & explicantur.

I. An Opus aliàs debitum?

164 **E**T si ordinariè omnino conveniat injungi opera supererogatoria, seu aliundè ex præcepto aliquo, vel fortè voto Pœnitentis non debita, ut nimirùm Pœnitenti novum aliquod onus, & difficultatem afferat: alioquin certè homines parùm curarent, si eis die Dominico injungatur auditio Sacri, die veneris abstinencia à carnibus &c. Quare si Confessarius tibi injungat auditionem Sacri, vel jejunium, teneris audire Sacrum, vel jejunare, cùm nullâ lege Ecclesiæ, aut proprii voti obligatus es, ut omnes advertunt. Excepto tamen, si ex verbis Confessarii, vel rei circumstantiis contrarium, & mitior sensus colligi possit. Ut si Confessarius dicat tibi die festo, vel Dominico: audias hodie vel tali Festo tria Sacra, aut duo, intelligendus est etiam Missam Dominicæ vel Festi præceptam comprehendere velle, & præter unum Sacrum debitum aliud unum tantùm audire debeas, non plura. Coninck *d. 10. dub. 8.* Layman *n. 9.* Lugo, Tamburinus *cit.* Si dicat: audies quotidie Sacrum per mensem, non censetur te festis, & Dominicis diebus obligare ad aliud Sacrum præter debitum. Gobat *n. 749.* Similiter si dicat: Largire elemosynam uni pauperi: satisfacies largiendò extremè egenti, quia licèt aliàs debuisses

buiſſes ſuccurere ex charitate, tamen ex modo injungendi non videtur Confefſarius te obligare ad non extremè egentem.

II. Inſuper interdum ob Pœnitentis fragilitatem conſultum erit (ſemper tamen, meo conſilio, injunctâ prius aliquâ ſaltem modicâ pœnitentiâ ſupererogatoriâ) opus alioquin præceptum, ſeu aliunde debitum, ipſi pœnitentiæ locò imponere, ut ſi Confefſarius nactus ſit hominem, qui præcepta Eccleſiæ non obſervat, in Feſtis non ſolennibus Miſſam non audiat, jejunia violet &c. Item Clericum Horas paſſim Romam mittentem &c. injungat ei, ut uſque ad proximam Confefſionem diebus feſtis omnibus Miſſam audiat; ſtata Eccleſiæ jejunia obſervet; Horas quotidie diligenter recitet &c. Ex communi Layman *cit. c. 15. n. 10. Lugo diſp. 25. ſect. 5.* Quo caſu omittens pœnitentiam ralem aliunde debitam. v.g. Clericus Horas unius diei omittens, duo peccata ſpecie diverſa committit: unum contra præceptum Eccleſiæ, alterum contra præceptum Confefſarii, ideòque in Confefſione ſequenti neceſſario apertenda, dicendò v.g. Semel omiſi Horas Canonicas etiam à Confefſario mihi pro pœnitentiâ injunctas.

III. Similiter quando pœnitens aliquas pœnitentias omiſit, quibus ſat gravatus manet, poteſt ei Confefſarius easdem pœnitentias jam antea debitas, denuò injungere ad ſublevandam fragilitatem ſuam: idque maximè in puſillan-

nibus & scrupulosis. Eâdemque ratione in partem pœnitentiæ assumi, & imponi poterunt aliæ obligationes Pœnitentis ex peccatis præteritis contractæ, ut restitutio pro damno illato, satisfactio pro injuria, remissio offensæ, salutatio inimici, vitatio occasionis certæ peccandi, &c. dummodò spes sit Pœnitentem pariturum, & non, nihilominus omittendò, peccatum duplicaturum. Denique utiliùs & securiùs pro pœnitentia injunguntur illa, quæ ipsi (alioquin sine obligatione sub peccato) præscribuntur in sua Congregatione, vel Confraternitate, ut jam supra §. *preced.* attigi: ut preces statæ, examen vespertinum, Missa quotidie audienda &c. usque ad proximam confessionem, vel ad certum tempus: & hinc sequitur.

II. An omnia opera, quæ alioquin facturus est?

567 **P**Otest Confessarius interdum modicâ pœnitentiâ impositâ, etiâ reliqua Pœnitentis opera, tam debita, quam libera determinato aliquo tempore faciendâ: hoc die, hâc septimanâ, hoc mense, hoc toto Adventu, vel Quadragesimâ, imò hoc toto anno, *authoritative elevare & imponere* in satisfactionem seu pœnitentiam Sacramentalem: imò hoc, quandoque valde expedit magnis peccatoribus, quibus ob fragilitatem, vel occupationes condigna pro peccatis pœnitentia imponi non potest. Ex *commun. Marchant Tribun. p. 1. Tract. 4. tit.*

¶ 9. 4. Ratio est: quia hoc nihil repugnat. Et sicut potest Confessarius injungere pœnitentiam totius anni, in certo opere debito vel indebito: sic etiam potest injungere in pluribus, atque omnibus bonis operibus, quæ Pœnitens tali tempore facere potest; & solet, vel etiam debet, v. g. totum jejunium quadragesimale: Officium divinum totius anni, eleemosynas solitas &c. &c.

II. Dixi: *Authoritative elevare &c.* id est: 568
per modum sententiæ. Quare hæc elevatio operum in satisfactionem Sacramentalem sanè regulariter non fit iis verbis consuetae formulæ:

Passio Domini nostri JESU CHRISTI &c.
& quidquid boni feceris, vel mali sustinueris;

fit tibi in remedium peccatorum &c. cum verba illa tantùm deprecatoria sint, quibus Sacerdos solùm benè precatur Pœnitenti, nullam autem circa Pœnitentem potestatem exercet: *ideoque sic prolata* nullam habent vim elevandi omnia opera ad effectum aliquem Sacramentalem, sicut certè non elevant Passionem Christi, meritâ B. V. M. & omnium Sanctorum: uti cum aliis meritò docent *Tannerus, Layman, Lugo, Marchant. ll. cc.*

III. Dixi rursus: *sic prolata.* Nam per illa: 569
quando pronuntiantur authoritative, seu sententialiter cum intentione elevandi in Sacramentalem satisfactionem, & quid, quæso, obstat: planè ad hujus vim elevari, quidquid Pœnitens in statu gratiæ boni fecerit, vel patienter sustinuerit, ut proinde fieri possit, ut quis toto vitæ tempore

satisfaciat ex opere operato pro suis delictis: seu obeat Pœnitentiam Sacramentalem: docent magni DD. cum Navarro. in *c. Salsas de Pœnit. d. 5. Diana p. 3. tract. 4. resol. 82.* monens proinde; ea verba non facile omittenda à Confessario, atque ob id ipsum, quando à Confessario proferuntur illa verba, jure imponi pœnitentias minores (contra Lugo & alios citatos) cum Basseo, Leandro, Candido, aliisque citatis docet idem Diana *p. 11. Tract. 2. resol. 3.* nec mihi displicet. Quia licet illa verba prout in contextu sonant, deprecatoria sint, non video tamen, cur non possint à Confessario speciali intentione enuntiari ita; authoritative cum intentione prædicta elevandi, dummodo id ipsum Pœnitenti significet, & quod exstimulet ad bona opera facienda, & mala patienter toleranda tanquam pro satisfactione & pœnitentia Sacramentali.

III. An Opus pro Defunctis, vel pro aliis?

570 **P**otest etiam pro pœnitentia injungi oratio, jejunium, elemosyna, aliudve bonum opus pro defunctis applicandum à Pœnitente: idque non tantum quoad impetrationem, sed etiam quoad satisfactionem: ut contra alios, cum aliis rectius docent Lugo *Disp. 15. sect. 5. Diana p. 3. tract. 24. resol. 54.* Gobat *Alphab. confess. n. 751.* Atque etiam Catechismus Romanus *tit. de satisfactione sub finem.* Ratio est: quia ipsa illa charitativa & misericors voluntas applicandi opus, ejusque oblatio pro defunctis;

functis, est multum satisfactoria Pœnitenti, & insuper ei remanet fructus satisfactionis ex opere operato illius operis per Sacramentum elevati, & solum fructus satisfactorius & impetratorius ex opere operantis applicatur, & cedit miseris animabus in purgatorio: ut proinde ea obligatio non impediat, sed merito charitatis etiam augeat satisfactionem propriam Pœnitentis.

¶ Quin universaliter simili charitate opera sua bona offerre DEO, & applicare pro defunctis, quoad meritum, satisfactionem & impetrationem non minus, sed multo plus prodesse operanti, quam si pro seipso obtulisset, & applicasset, latè probat Jacobus Munfordus *Tract. de misericordia fidelibus defunctis exhibendâ* c. 7. 8. 9. 10. 11.

Denique dubium esse non potest, quin pro Pœnitentia Sacramentali rectè imponantur omnia offerenda, & applicanda pro aliis, ut pro necessitatibus Ecclesiæ, pro salute Pontificis, pro afflictis, captivis, pro infirmis, pro agonizantibus, pro peccatoribus &c. in quibus intentio Confessarii solet esse, (certè mea semper est) ut offerantur solum quoad impetrationem, adè ut tota satisfactio ex opere operato, & operantis Pœnitenti remaneat, & insuper merito charitatis ea applicatio augeatur.

IV. An Opus per alium implendum?

Convenit sinè dubio regulariter opus bonum imperari quod ab ipso Pœnitente præstandum

dum sit, puta, ut ipse Pœnitens oret, jejunet, peregrinetur, eleemosynam de proprio largiatur. Quare, si ejusmodi opus exequi non possit, liberatur obligatione, nec tenetur alium rogare, vel substituere, ex communi apud omnes *citatos*. Sed neque si ipse exequi possit, alium substituere potest, quidquid alii opinati sunt. Nam inter propositiones damnatas sub Alexandro VIII. 1665. ponitur & hæc: *Pœnitens propria auctoritate alium substituere potest, qui locò ipsius pœnitentiam adimpleat*. Interdum tamen personis debilibus, vel morituris injungi potest, ut curent ab aliis, v. g. pro tali necessitate orari, peregrinationem institui &c. Tunc verò non opus illud, quod ab alio perficitur, sed ipsa illius operis procuratio à Pœnitente cum aliquo sumptu, vel labore facta pœnitentiæ Sacramentalis rationem habet: ut doctè observat Layman.

V. An Opus sub consilio solum implendum.

574 **C**onvenit sine dubio, imò probabilius debet à Confessario pœnitentiâ imponi per modum præcepti, & non per modum consilii; sic enim videtur significare textus Tridentini supra initio allegatus: attamen rursus etiam ob fragilitatem Pœnitentis, interdum totam pœnitentiâ posse imponi per modum consilii v. g. jejunabis tribus diebus Sabbathi, ter te flagellabis, si tibi placuerit, docent probabiliter graves DD. Navarrus *c. 22. n. 24.* apud Layman *n. 11.* non repugnantem: & Gobat. *n. 753.* ratio-

tio-

tionem dantem. Hoc enim modo etiam ligat Sacerdos, qui vult, ut illa opera non profint ex opere operato, nisi depēdenter à sua determinatione.

VI. An Cessatio à bono opere?

TAndem etiam aliquando pro pœnitentia, 575
inungi poterit cessatio à bono opere, ut potè Pœnitenti minùs congruo, vel in anima, vel corpore nocivo: & in raro casu abstinentia à sacra Communione ad tempus, ut contra alios probat Suarez apud Gobat n. 752. Et secundùm Leandrum, aliòsque apud Dianam p. II. etiam homini cœlibi susceptio Matrimonii, ut eruat à peccatis carnis, quibus est perditè deditus. Contra tamen sentit Layman. cit. n. II. eò, quòd Matrimonium maximè debeat esse liberum, & carnale, & spirituale. Matrimonium autem Spirituale, seu ingressum & professionem Religionis non posse inungi pro Pœnitentia, communis est Sententia DD. Quare cùm in sacris Canonibus aliqui ob crimen jubentur in Monasterium detrudi; intelligi non debet, ut profiteantur, sed ut opera pœnitentiæ in clauastro peragant.

QUÆSTIO III.

Quando imponenda, & implenda Pœnitentia? à quo? & qualiter

commutanda?

SUMMARIUM.

576. Pœnitentia regulariter imponenda est post peccata audita, ante absolutionem.

577. Et implenda tempore vel termino præfixo;

578. Si terminus præfixus non sit, quamprimum commode fieri potest.

579. Potest impleri per opus aliàs præceptum,

580. Vel aliàs exercitum, et si quis de ea implenda non cogitet.

582. Pœnitentiam justam à Confessario impositam.

583. Commutare potest solus Confessarius.

584. Non solum is, qui imposuit, sed etiam alius.

585. Aequalem potestatem habens.

586. Qui primò imposuit, potest eam mutare extra Sacramentum.

587. Non verò alius.

588. Sed probabilius debet ei prior confessio repeti.

589. Probabile tamen est, eam ei non debere repeti.

§. I.

Quando imponenda.

576l. **P**œnitentia convenientissimè imponitur, & regulariter imponenda est post audita peccata, ante datam absolutionem juxta consuetudinem ritè introductam. Navarrus, Suarez, Layman, Lugo, cit. omnes. Ratio est: 1. Ut omnes partes Sacramenti materiales subjiciantur Sacerdotis absolutioni tanquam formali parti. 2. Ut sic ordo judicii, & justitiæ vindicativæ meliùs fervetur, si pœnitens satisfactionem priùs spondeat. 3. Ne fortè acceptò beneficiò absolutionis respuat onus Pœnitentiæ: & hinc. 4. Pœnitentiã si modica sit, non solum ante absolutionem perfici potest, sed etiam, ut perficiatur, quandoque à Confessario imperari: quamvis tunc non habeat vim satisfaciendi ex opere operato, nisi post datam absolutionem, & Sacramen-

mentum Pœnitentiæ essentialiter completum , prout bene omnia probat Lugo *cit. d. 25. n. 28.* Cæterum, cùm hujus ordinis nulla appareat necessitas, vel obligatio, fatentur omnes, etiam post absolutionem datam adhuc posse injungi pœnitentiam, idque non tantum casu, si antea injungere Confessarius oblitus esset, sed aliquando etiam studiò, ut si gravis aliqua obligatio imponenda, quam ante absolutionem significare non videatur consultum, ne fortè Pœnitens fideè acceptans, vel promittens, absolutionem sacrilegè recipiat, de quo fortè alibi. Et hæc de imponenda pœnitentia satis. Jam de implenda pluscùla.

§. II.

Quando implenda?

I. Pœnitentia injuncta à Confessario, præfixo certo tempore, vel termino, eodem præfixo tempore utique impleri debet. Quamquam talis termini dilatio facilè excusari possit à mortali: quia plerumque præceptum Confessarii cadit magis in rem ipsam præstandam, quam in tempus præfixum. Unde Diana *p. 9. tr. 7. resol. 57.* rectè à mortali excusat eum, qui justus à Confessario jejunare hac die veneris v. g. differt in diem veneris sequentem: Item, si justus communicare singulis mensibus, mense finito differt ad 6. vel 8. dies, præsertim ex causa, quamvis levi. Et hinc, qui Pœnitentiam tempore, vel die præfixo non persolvit, non ideò de-

obligabitur. Præfinitur enim tempus ad implendam, seu non differendam, & non ad finiendam obligationem: Et regulariter censetur Confessarius ita determinare tempus, ut si tunc Pœnitens, sive ex desidia, sive ex justa causa, non implerit, teneatur proximè supplere. Excipe tamen, nisi quandoque ex circumstantiis colligatur, illam pœnitentiam fuisse planè affixam certo diei, vel tempori. Ut, si dicat: Pro tua salutari pœnitentia hoc anno jejunabis singulis diebus Sabbathinis, & singulis Fests B. V. communicabis, &c. ita cum aliis Coninck, Bonacina *citt.* Gobat. n. 767.

§78 II. Pœnitentia injuncta absque præfinito tempore, ut communiter fieri solet, per se loquendò, impleri debet, quamprimum commode moraliter fieri potest: secundùm communem DD. Coninck, Layman, Lugo, alii, eò, quòd sit pars integralis Sacramenti, ut sinè justa causa diutiùs differre minimùm venialis culpa sit: atque ad eò etiam mortalis. 1. Si nimium & ad longum tempus differatur. Lugo *citat.* n. 98. Præsertim 2. Cùm subest periculum oblivionis. 3. Si Pœnitens prævideat, se postea non impleturum, aut dubitet, an postea implere possit. 4. Si pœnitentia implenda ipsâ dilatione minuatur: uti, si cui injunctum esset perpetuum aliquod Officium, Rosarium, Jejunium, &c. tunc ad octiduum sinè justa causa differre, à mortali excusant plerique: Ego aliquid amplius concederem. At generaliter nimis largè

gè Diana citatus permittit, pœnitentiam sinè mortali differri posse usque ad annum: cùm tantò tempore plerumque subsit periculum oblivionis: & sinè dubio falsum est, si prævideatur impotentia, aut pœnitentia ipsâ dilatione minuatur. Tandem res tota pendet ab intentione Confessarii. Si nactus rigidum, cave tibi, & tjme. Si benignum, etiam cave: sed ne facile time noxam mortalem, nisi in modò dato duplici casu, si prævideatur impotentia, vel obliuio, & si Pœnitentia dilatione minuatur.

III. Potest Pœnitens exsolvere pœnitentiam, 579 quando exercet aliud opus præceptum, modò pœnitentia & aliud opus se invicem non excludant. Quare v. g. dum audit Missam de præcepto, potest recitare Rosarium, Psalmos Pœnitentiales, vel aliud Officium pro pœnitentia injunctum: quia hæc invicem se non excludunt: cùm ejusmodi Preces, vel Officia etiam liberè rectè recitentur sub Missa de præcepto audiendâ. At verò celebrans Missam de præcepto, non potest pro pœnitentia simul audire aliam Missam ab alio simul lectam, vel celebratam, quia hæc invicem se excludunt: cùm Missam audire opponatur Missæ celebrationi.

IV. Pœnitens etiam satisfacit, ita ut nihil re- 580 petere teneatur, si rem injunctam exequatur integre, etsi non intendat, imò nec cogitet tunc implere pœnitentiam, & satisfacere suæ obligationi: ut si Confessarius injunxit tibi tria Rosaria: & tu tria recites ex devotione solita, vel quia in-

fieri.

scriptus es Confraternitati Rosarii, aut Sodalitati alicui B. V. Ita contra alios communiter DD. Sanchez lib. 1. Moral. c. 13. n. 17. Lugo disp. 24. sect. 4. n. 17. Quin etiam si expressè dicas: Volo hoc Psalterium recitare, quia sum Sodalis B. V. & tribus proximis diebus dicam tria Rosaria, ut exsolvam me ab obligatione Pœnitentiæ mihi impositæ à confessario, adhuc satisfecisti, nec illa tria alia Rosaria recitare obligaberis: ut docent idem DD. contra alios, in materia de Legibus. Præcepta enim particularia sunt interpretanda juxta normam universalium. At si dicam: hodie recitabo Psalterium, quod teneor ex voto: cras aliud pro pœnitentia à Confessario impositum: erone cras liber? Non eris: sunt enim hic distinctæ obligationes, quibus uno actu (nisi fortè sic annuente Confessario expressè, juxta suprâ dicta) satisfacere non potes.

§. III.

A Quo commutanda?

§81 **P**œnitentiam justam à Confessario impositam, in aliam commutare potest solus Confessarius: non tamen solus idem, qui primus imposuit, sed ex rationabili causa etiam alius quicumque, saltem æqualem potestatem habens. Est tota communis, ut patebit.

§82 I. Pœnitentiam justam à Confessario impositam. Quæstio enim hæc procedit tantummodo de Pœnitentia, quæ à Confessario justè imposita est, cerè, vel cerè dubiè. Si enim con-

constet, Sacerdotem ab initio errasse, ac pœnitentiam injustè impositam fuisse, nullâ opus erit commutatione, cùm ex dictis constet, Pœnitentem ad eam non obligari, sed omninò liberum esse. Quando autem verè dubium est de justitiâ pœnitentiæ injunctæ cognoscere, & declarare, an Confessarius imponens pœnitentiam errarit, ad quemcunque virum doctum ac probum, adeoque etiam ad ipsam Pœnitentem, si judiciò polleat, pertinere potest, ait rectè Layman n. 17. Et sic rursus commutatione opus non erit.

II. *Commutare potest solus Confessarius.* 583

Ipsemet autem Pœnitens, pœnitentiam justam à Confessario impositam non potest commutare in aliam, etiam èvidenter meliorem. Est communis, & vera Sententia; Layman, Lugo, alii passim. (etsi oppositum probabile censet Diana p. 11. tract. 7. resolut. 3. citans Navarium, Bassæum, alios octo. Quòd tamen communi Ecclesiæ & fidelium sensui repugnare meritò censet Lugo *sape cit. disp. 25. sect. 6.* Et, *quasò, ne patiaris te inescari istis novitatibus.* ait prudenter Gobat n. 774.) Ratio autem est, Quia opus à Confessario impositum virtute clavium ad hoc elevatur, ut sit opus Sacramentale, & satisfactorium ex opere operato: quale non potest esse illud aliud opus à Pœnitente subrogatum, quantumvis melius. Adde, quòd Inferior nunquam possit commutare in melius opus à Superiore præceptum: sed Pœnitens judicio

Con-

Confessarii tanquam Superioris se subiecit, ideoque tenetur ejus sententiâ stare, quia, quæ Sacerdos ligavit in terris, manent ligata & in cælis.

¶ Alia est ratio de voto, quod vovens, (tanquam sui ipsius Legislator, propriò arbitriò, in evidenter melius commutare potest.) Est ergo Confessarii id opus, & munus proprium.

§84 III. *Non solus idem Confessarius, qui primò imposuit, sed ex rationabili causa, etiam alius quicumque, commutare potest pœnitentiã à priori Confessario impositam.* Ita communis & certa sententia DD. Suarez *disp.* 38. Layman. n. 16. Lugo cit. alii passim (contra Vasquez & alios nonnullos. Ratio est. Quia idem est tribunal, idem judicium ejusdem potestatis, etsi diversi in individuo sint Ministri, eorum tamèn potestas est ejusdem rationis, non solum ad remittenda peccata, sed etiam ad solvenda, seu relaxanda vincula pœnarum, quibus adstricti sunt Pœnitentes: ergo sicut potest pœnitentiã semel injunctam commutare primus Confessarius, etiam, ob rationabilem causam (utpote quando sic expedit, & primus Confessarius commodè adiri nequit) poterit commutare etiam secundus, & quivis alius: & addidi notanter:

§85 IV. *Saltem æqualem potestatem habens.* Nam si pœnitentia esset imposita pro easibus reservatis, à Confessario ab iis absolvendi potestatem habente, non posse postea commutari ab alio Confessario potestatem in reservata non habente;

te, communior est Sententia Doctorum, & tenet Lugo *sapè citat.* tamen apud eundem contrarium probabiliter docent Vasquez, Henricquez, Fernandez, Navarrus. Ratio prioris sententiæ negativæ est: quia accessorium sequitur principale: ideóque qui non potest solvere ab ipso peccato reservato, videtur etiam non posse solvere à pœna pro peccato reservato impositâ. Ratio posterioris sententiæ affirmativæ est: quia reservatio per primam absolutionem jam est sublata: ideóque illa peccata non sunt amplius reservata; ideò videtur, quòd alius inferior Confessarius respectu illius Pœnitentis jam habeat sufficientem jurisdictionem in illa peccata, ideóque & pœnitentiam pro illis impositam, & consequenter auditâ confessione, eam posse commutare.

§. IV.

Quomodo commutanda?

I. Confessarius, qui primus injunxit pœnitentiam, potest illam commutare absque eo, quòd Pœnitens confiteatur de novo illa peccata, imò & extra Sacramentum, absque ulla nova Confessione, si is adhuc recordetur peccatorum, & statûs Pœnitentis: & saltem, si Pœnitens recurat intra breve tempus, ut moraliter idem judicium censi possit, v. g. eodem, vel sequenti, aut saltem intra triduum. Ita Navarrus c. 26. n. 22. aliique multi: imò etiam si longum tempus intercesserit: *Salas, Aversa, Dia-*

na, alii cum Lugo cit. *sect. 6.* Ratio est: quia tale iudicium ejusdem Confessarii semper faciet unum moraliter cum precedenti Confessione adhuc aliquantulum recognita, adeoque censetur pertinere ad idem Sacramentum. Secus utique esset, si Confessarius nullam confessionis factæ ac peccatorum confessorum memoriam retineret in communi, & tutiori sententia; *Soti; Valentia; Layman cit.* cum Sacerdos non possit sententiam ferre, nisi cognita causâ. Addit Layman eodem *num. 16. post mod.* Quare secundum hanc probabilior sententiam, repetenda est quoque confessio, tametsi ab eodem Confessario peccatorum memoriam retinente; sed interposito tempore longiori, v. g. trium vel quatuor dierum intervallo, pœnitentiæ commutatio postuletur. Cum enim prioris Sacramentalis confessionis iudicium, legitime absolutum fuerit, & cum eo posterior pœnitentiæ impositio ob temporis intervallum, nullum ordinem gerat; sequitur, non fore hanc pœnitentiæ Sacramentalem, seu pertinentem ad Sacramentum Pœnitentiæ, nisi de novo Sacramentalis confessionis, & absolutionis iudicium instituat. Sic Layman sanè probabilissimè tutiora suadens, at tamen nostra probabilia, & tuta non negans, ut patebit.

§87 II. Alius autem Confessarius non potest extra Sacramentum, & confessionem commutare pœnitentiæ ab alio Confessario impositam, juxta communissimam DD. Sententiam citati om-

nes (quidquid alii opinentur apud Dianam p. 4. tract. 4. resol. 241.) Ratio clara est: quia Confessarius nullam habet jurisdictionem, seu potestatem Sacramentalem in Pœnitentem, nisi dum sedet ut Judex in hoc Tribunali: at non censetur sedere in hoc Tribunali, nisi dum actu audit confessiones, & administrat Sacramentum Pœnitentiæ, aut ratione Sacramenti jam administrati cum Pœnitente agit: unde est & alia differentia inter primum, & alium Confessarium: quòd primus, sicut pœnitentiam pro libitu imposuit, ita etiam pro libitu commutare possit: alius autem Confessarius pœnitentiam ab alio Confessario impositam non pro libitu (cùm non habeat imperium par in parem) sed tantùm ex justa, & rationabili causa commutare potest, ut omnes agnoscunt. Atque hinc insuper

III. Alium Confessarium non posse commutare pœnitentiam, nisi Pœnitens priorem confessionem repetat, & novæ Judicis sententiæ se subjiciat, docet communior, & sine dubio probabilior, & tutior Sententia DD. Navarrus cum Suarez, Coninck, Layman. ll. cc. Ratio satis firma est. Quia Judex præsertim subordinatus, qualis est Sacerdos personam Christi repræsentans) non potest ferre congruam sententiam incognitâ causâ: sed impositio pœnitentiæ pertinet ad Sacramentalis sententiæ & absolutionis integritatem: ergo imponi debet cognitâ causâ, & secundùm qualitatem ac mensuram delicti: certè cùm alter Confessarius de

prioribus peccatis ipsi non explicatis, iudicium & absolutionem non ferat consequenter nec alia pœnitentia ab eo pro talibus peccatis imposita judicialis & Sacramentalis esse poterit. Hæc ratio omninò convincit, & sententia sine dubio verissima est, quando Pœnitens petens commutationem pœnitentiæ allegaret, non suam imbecilitatem, sed pœnitentiæ injunctæ à prior Confessario iniquitatem, excessum &c. Sic enim sine dubio alter Confessarius non poterit commutare, nisi repetitis & auditis peccatis, propter quæ pœnitentia injuncta est, ob rationem dictam: alioquin cæcus iudicabit de coloribus. Hoc autem secluso.

589 IV. Probabile est, alterum Confessarium in Confessione nova Pœnitentis posse commutare pœnitentiam ab alio Confessario impositam, etiam non repetitâ, & auditâ confessione illorum peccatorum, pro quibus fuit imposita. Ita *Navarro*, *Toletus*, *Henriquez*, *Rodriquez*, *Emmanuel Sa*: & 14. citans *Diana p. 4. supra* & *p. 3. tract. 4. resolut. 53*. Eamque sententiam in praxi à pluribus frequentatam, Confessarium quemque sequi posse, præsertim si Pœnitens ad repetenda peccata difficilis videatur, vel tempus id non patiat, expressè dicit *Layman eodem num. 16. sine*: meritò addens id ipsum à fortiori longè dici posse de primo Confessario, etiam post longum tempus non ampliùs memore peccatorum sibi confessorum, pœnitentiam mutantem. Contentit *Gobat*, & bis vel ter eam sen-

sententiam se secutum fuisse testatur *num. 277.*
Ratio est: quia Confessarius ut Judex, & Medicus potest de tota causa simul judicare juxta præsentem statum Pœnitentis, prout magis videbitur expedire: atqui de tota simul causa sufficienter judicat quando etiam non repetitâ confessione, judicat hîc & nunc Pœnitenti non expedire talem pœnitentiam, sed magis expedire aliam: in hac enim commutatione non agitur de peccatis commissis, ob quæ pœnitentia imposita est: neque de justitia, vel injustitia pœnitentiæ, quâ imposita est, ut *n. præc.* jam seclusi: sed agitur tantùm de Pœnitentis infirmitate, difficultate, & quandoque aliquali impotentia ad illam pœnitentiam implendam, ob quam justè commutari potest, vel relaxari. Quare quando Pœnitens secundo Confessario dicit, se non posse, vel difficulter posse implere pœnitentiam: imò, quando ipse Confessarius advertit Pœnitentem aliquas pœnitentias non implevisse, nec facile impleturum, eo etiam non petente, poterit eum alleviare, ac disponere de eo, prout magis expedire in Domino videbitur: vel ob eam solùm causam, ut facilitetur usus tanti, tamque necessarij Sacramenti. Neque refert etiam, quòd prior pœnitentia esset data, non solùm in vindictam & satisfactionem pro peccatis, sed etiam in medicinam ac præservationem in futurum, dummodò similiter medicinalis alia pœnitentia imponatur juxta præsentem statum Pœnitentis. Nam eò ipso, quòd

prior pœnitentia facta est ipsi difficilis vel incommoda valde ratione suæ infirmitatis vel fragilitatis: jam cessavit esse medicinalis simpliciter, & noxia vel periculosa facta censi debet, prout optimè discurret Marchant. Tribun. *part. I. tract. 4. tit. 7. quest. 6. quem si placet, vide.*

CAPUT V.

De Absolutione Sacramentali.

QUÆSTIO I.

Quæ Forma Absolutionis consueta, sufficiens, necessaria, & præcisè essentialis?

SUMMARIUM.

590. Declaratur forma absolutionis consueta.
 591. Quæ verba, vel forma sit sufficiens, & necessaria sub mortali?
 593. Qualiter faciendâ absolutio à censuris?
 594. Forma essentialis consistit in his verbis absolvo te,
 597. Formaliter sumptis.
 599. Sufficit, si proferatur etiam modo imperativo.
 600. Non verò prolata modo optativo.
 602. Quis sit sensus hujus forma generalis?
 603. Quis proprius & principalis? &
 604. Quis adequatus?

§. I.

Forma consueta?

- 590 **Q**uam Clemens VIII. probavit, atque, ut omnes

omnes usurpent, suadet Paulus V. ideoque omnibus memoriter tenenda, est hæc.

¶ *Misereatur tui Omnipotens DEUS, & dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam* (Deinde elevatâ manu adversus Pœnitentem) *Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum, tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Dominus noster JESUS Christus te absolvat: & ego autoritate ipsius absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis. (hæc particula omittenda pro Sæcularibus) & interdicti, in quantum possum, & tu indiges. Deinde ego te absolvo à peccatis tuis, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Passio Domini nostri JESU Christi, & merita Beatissima V. MARIÆ: & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, vel mali sustinueris, sit tibi in remedium peccatorum, augmentum gratiæ, & premium vitæ æternæ, Amen.* Certum autem est, hanc totam formam, quoad orationes prævias, & subsequentes ipsam absolutionem, (quæ secundum Concilium Tridentinum utiliter adduntur) non esse de necessitate aliqua Sacramenti vel præcepti, ideoque ex causa rationabili, imò (secluso scandalò, vel contemptu) etiam sine causa, absque peccato omitti posse. Videndum ergò ulterius, quænam ex hac consueta forma sit sufficiens, necessaria, essentialis?

Rituale Romanum dicit: in Confessionibus frequentioribus vel brevioribus, omitti potest

Misereatur &c. & satis erit dicere: Dominus noster JESUS Christus, usque ad illud: Passio Domini nostri &c. Imò sufficit solum dicere: Ego te absolvo à peccatis tuis. Sa. v. absolutio n. I. Tamburinus opusc. de Confessione l. 3. c. 1. Lugo d. 13. sect. 3. dicit, eas preces dici ex libera consuetudine. Quoad reliqua placet judicium Layman. l. 5. tr. 6. c. 3. Invocatio SS. Trinitatis, signumque Crucis addi debet ex consuetudine Ecclesiæ. Namque omnia Sacramenta cum hoc salutari signo administrari testatur D. Augustinus tract. 118. in Joannem. Chrisost. hom. 13. in epist. Philipp. Denique & manûs elevatio, & capitis denudatio inter absolvendum omitti non debet, ubi hæc in consuetudine sunt: quamvis Emanuel Sa. cit. non approbet denudationem capitis, eò quòd eo signo omisso, facillè adverti possit, quando Confessarius non absolveret Pœnitentem indispositum: sed eam defendit Tannerus hic q. 9. In praxi ergo

§. II.

Forma sufficiens, & necessaria.

591 **F**orma absolutionis sufficiens, & in necessitate, vel periculo Pœnitentis, aut Confessarii: Item quando confessiones breves sunt, aut magnus Confitentium concursus, etiam omnino licita sunt sola hæc verba: Ego te absolvo à peccatis tuis in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Vel si periculum timeatur

eur censuræ, dic: *Ego te absolvo à censuris*, deinde: *à peccatis tuis, in nomine &c.* Ego doctorum virorum exemplum secutus, in ejusmodi festinandi occasione, soleo uti hâc formulâ: *quod minus injunxi, suppleat amarissima Passio Domini nostri JESU Christi, cujus auctoritate ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.* Deinde datò signò recedendi cum *vade in pace*: uno Pœnitente sensim recedente, vix unquam omitto dicere illam precatiunculam: *Passio Domini nostri JESU Christi, &c.* eò, quòd magnorum Doctorum Sententiâ, per ea verba eleventur omnia opera Pœnitentis in satisfactionem Sacramentalem, atque ob eam causam possit minor imponi pœnitentia à Confessario, de quo vide dicti cap. *preced. q. 2.*

III. Eadem verba: *Ego te absolvo à peccatis tuis, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen:* sunt etiam forma necessaria ex institutione, & communi usu Ecclesiæ. Et singulariter illa verba: *à peccatis tuis*, esse de necessitate præcepti graviter obligantis omnium opinione testatur Tannerus *disp. 6. q. 1. dub. 2. n. 39.* Idque apertè indicare videtur Concilium Tridentinum *sess. 14. c. 3.* ubi cum dicit; formam hujus Sacramenti in illis Ministri verbis positam esse: *Ego te absolvo*: addit particulam *&c.* ut significa et, se se noluisse definire illam questionem: an verba illa: *à peccatis tuis &c.* sint de essentia formæ, attamen non debere omit-

ti, sed ad integritatem & magis explicitam sententiam debere addi etiam reliqua verba. Unde eum, qui ea verba ex mera libertate temerè omitteret, meritò peccati mortalis condemnant post alios Tannerus *cit. Gobat. n. 150.* & noster Marchant. *Tribun. 1. p. tract. 6. tit. 2. q. 2.* Ratio est: tum quia talis Confessarius contra omnem consuetudinem, imò præceptum Ecclesiæ temerè ageret: (nam si ex indeliberatione, præcipitania, festinatione fieret, communiter excusant DD.) tum quia sinè necessitate, & contra justissimam voluntatem Pœnitentis, exponeret Sacramentum certè probabili periculo nullitatis: quandoquidem illa verba: *à peccatis tuis*: esse de essentia formæ absolutionis, doceant gravissimi DD. Durandus, Petrus Sotus, Paludanus, Major, Gabriel, Basilius Martino, apud Dianam mox citandum § *seq.* Et sanè valde rationabiliter: eò, quòd illa duo verba: *absolvo te*: etiam dum pronuntiantur in confessionali super præsentem Pœnitentem modò confessum, adhuc sint indifferentia ad significandam absolutionem vel à peccatis, vel à censuris: forma autem absolutionis debet determinatè significare absolutionem à peccatis, quia non plus efficit, quàm quod determinatè significat: Et quid si alicui sola venialia confesso, sed occultis mortalibus obstricto, præcisè dicas: *absolvo te*? nonnè verba ista ex modo significandi, videbuntur referri ad sola venialia confessa, & non ad mortalia oblita? quod vides, quàm pe-
gicu-

riculosum esset, moribundo præsertim (verum huic utrique absurdo, & periculo occurritur, si Sacerdos proferat illa verba: *absolvo te*: cum intentione absolvendi *ab omnibus, à quibus potest & debet*, quam intentionem certè habere debet, & habet omnis prudens Confessarius,) & nonnè vides, quàm securius addas: *à peccatis tuis*? Caveant ergo scioli, qui, ut ostendant se doctos, & aliquid legisse, vel didicisse in scholis, superciliosè dicunt: *absolvo te*, non dignati addere saltem reliqua verba: hi deridulo rogandi essent, ut amore DEI dignentur cum Concilio Tridentino addere, saltem unicum &c.

IV. Absolutio à censuris plerumque innoxie, **593** committitur in Germania, quippè in quâ à sæcularibus plebeis contrahitur longè rarissimè, & utique absolutio à suspensione omittenda est, quando pœnitens est Laycus, imò aliquando Clericus Minoribus initiatus, hâc enim ætate Laici obeunt omnia officia Ministrorum, uti observat Gobat n. 164. Et quidem quando pœnitens absolvendus est à censura, excommunicatione v. g. pro solo foro interno conscientia sufficiet proferre solum ista verba formæ præscriptæ. *Absolvo te à vinculo excommunicationis*: quando autem absolvendus pro foro externo etiam à Confessario ex delegatione auctummi Pontificis, ut Regulares Mendicantes, aut in casu particulari ex delegatione Episcopi, speciales formulæ præscriptæ in Rituali usurpandæ sunt ex magna decentia saltem. Ab ex-

communicatione sic. Dominus noster **JESUS** Christus te absolvat, & ego auctoritate summi Pontificis Domini nostri Papa N. (vel Episcopi) mihi concessâ, absolvo te à vinculo excommunicationis, quam incurristi, (aut incurrisse declaratus es, aut si quam incurristi: nimirum in dubio ad cautelam) propter tale factum, vel causam N. & restituo te communioni, & unitati fidelium, in nomine &c. A suspensione. Absolvo te à vinculo suspensionis, quam propter tale factum, vel causam incurristi (seu incurrisse declaratus es) in nomine Patris &c. Ab Irregularitate, post absolutio nem à Censuris additur. Eâdem auctoritate dispenso tecum in irregularitate, quam ob talem causam incurristi N. & habilem reddo, & restituo exercitii Ordinum & officiorum tuorum, in nomine Patris &c.

§. III.

Forma præcisè essentialis

594 **S**acramenti Pœnitentiæ consistit in his tantum verbis: *Ego te absolvo: vel absolvo te.* Ita Communissima Doctorum: mei omnes, & quadraginta quatuor recitati à Diana p. I. l. tr. 6. resol. 11. atque certissimum asserit Suarez de Censuris disp. 10. sect. 2. Et sumitur satis manifestè ex Conciliis, Florentino in Decreto Unionis, & Tridentino sess. 14. c. 3. utroque asserente, formam Sacramenti pœnitentiæ consistere in illis verbis Sacerdotis: *Absolvo te: Ego te absolvo, &c.* sine dubio volens exprimere totam

tam formam essentialem, & nihil certò essentiali involvere obscura particulâ &c. sed solùm verba reliqua esse addenda ex more Ecclesiæ expressioris significationis gratiâ, ut jam supra dictum. Ratio est: quia forma hujus Sacramenti consistere debet in iis verbis, quibus sufficienter significatur persona judicis, actus judicialis, effectus, & persona rei: sed hæc omnia sufficienter significantur in illis tantùm verbis: *absolvere*: vel, *Ego te absolvo*. Nam *persona Judicis* significatur explicitè, per pronomen *Ego*, aut implicitè per ipsum verbum indicativum, *absolvo*. *Actus judicialis, & effectus*, scilicet absolutio animæ à peccatis significatur per ipsum verbum activam *absolvo*: quod, quia profertur super confessione peccatorum hîc & nunc facta, sufficienter determinatur ad significandam animæ absolutionem à peccatis hîc & nunc confessis. *Persona rei* explicitè significatur per pronomen *Te* in accusativo: quod omninò spectat ad essentiam formæ: cùm in verbo *absolvo*, non nisi valdè dubiè contineatur reus: possètque verificari non tantùm de peccatis hujus præsentis, sed etiam absentis.

f. Jam vides ly à peccatis tuis, jam conti-
neri in verbis, *absolvo te*. Nam circumstantia personæ hîc & nunc contentis peccata sua satis determinat, & significat, absolutionem Sacerdotis cadere super peccata illius, licèt id non exprimatur, sicut ex necessitate præcepti exprimi debet, ait Layman cit. n.7. Quare Sua-
rez

rez cit. sect. 1. n. 7. eumque secutus Tamburinus Opusc. Expedi Confess. lib. 2. in fine habent pro certo, si tu intendas absolvere à peccatis simul & censuris moribundum, dicens: *absolve te ab omnibus censuris & peccatis tuis*, evolet autem anima, priusquam tu dicas: à peccatis tuis, fore nihilominus absolutum à peccatis: quia illa verba, *absolve te*, significant determinatissimè & efficiunt remissionem peccatorum. De quo raro casu videre potes Gobat Casu 4. à n. 150.

596 ¶ Denique explicita invocatio Sanctissimæ Trinitatis, in nomine Patris &c. non est de essentia hujus Sacramenti, sicut est de essentia Baptismi. Quia, cum Baptismi sit janua Ecclesiæ & solennis professio fidei principaliter versantis circa mysterium altissimum SS. Trinitatis, congruum erat, ut exprimeretur in ejus forma. In Sacramento autem Pœnitentiæ non proficitur pœnitens fidē, sed supponit jam professā.

597 II. Forma essentialis absolutionis consistit in dictis verbis; *Absolve te*: formaliter tantum sumptis, quoad prædictam significationem Sacramentalem in iis sufficienter fundatam: non autem materialiter sumptis quoad sonum vocis: neque ea verba materialiter sumpta sunt de essentia formæ, & Sacramenti pœnitentiæ, seu non sunt necessaria necessitate Sacramenti, secundum omnes, cum eadem significatio Sacramentalis æquè benè possit fundari in aliis verbis synonymis & æquipollentibus eundem

dem sensum & significationem facientibus, cujusmodi sunt omnia verba & locutiones, quibus sufficienter exprimitur actus judicialis absolutionis, ac quibus Sacerdos significat absolutionem illam per modum sententiæ à se prolatam in hunc pœnitentem, tanquàm reum peccata sua confessum. Quare valida est forma: *Solve te: remitto tibi: Quæ* duo verba expressè habentur in Scripturâ: *Quodcunque solveritis &c.* Item: *condono tibi peccata tua; libero te à peccatis tuis: impendo tibi absolutionem Sacramentalem &c.* & his similia.

I. *Mundo te à peccatis tuis: non videtur esse* forma sufficiens hujus Sacramenti, quia iis verbis non significatur sententia judicialis, nisi valde impropiè: certè non significat magis & specialius mundationem animæ à peccatis per Sacramentum Pœnitentiæ, quàm Baptismi: saltem est forma maximè dubia: ideòque eâ utens utique peccaret mortaliter, quia exponeret Sacramentum manifesto periculo nullitatis.

III. Neque requiritur ad essentiam hujus formæ, ut proferatur in modo indicativo *absolve te &c.* sed omninò etiam sufficit modo imperativo, & alio, quo sufficienter significatur & exprimitur actus judicialis absolutionis: v. g. *absolve me: sis absolutus: jubeo, placet, te esse absolutum: vade absolutus: vade liber, vade in pace, &c.* quicunque similis modus, quo Judex etiam in foro externo sententiam profert. Omnibus enim ejusmodi modis semper se gerit Sacerdos, ut Judex:

- dex: nec mutatur sensus, & significatio essentialis formæ, sed accidentaliter, & gramaticaliter tantum.
- 600 §. At verò non sufficit, sed invalida est absolutio prolata in modo optativo, & forma deprecationis tantum: v. g. *Absolvat te DEUS: Solvat te Christus. DEUS remittat tibi peccata tua &c.* Ratio ex dictis patet. Quia hoc Sacramentum exercetur per modum iudicii, ut definit Trident: *sess. 14. c. 5.* quo scilicet Sacerdos, cognita causâ fert sententiam autoritativè, tanquam propriâ autoritate ad hoc habitâ & collatâ à Christo: ideòque forma absolutionis Sacramentalis essentialiter debet importare sententiam Confessarii per se autoritativè absolventis: sed huic sensui omninò repugnat forma deprecatoria, vel impetratoria: sic enim non verè dicitur absolvere ipse Sacerdos, sed tantum postulare absolutionem ab alio, DEO, vel Christo dandam: eòque ipso non personam Iudicis, sed potiùs Advocati ageret. Christus autem dixit: *Quorum remisistis: Non pro quibus oraveritis:* alioquin sufficientissima, jam haberetur forma in preculis præmissis illis. *Misereatur &c. & Indulgentiam &c.*
- 601 IV. Eadem tamen ipsa verba: *absolvo te,* materialiter sumpta sunt necessaria necessitate præcepti, seu, ut alii loquuntur, necessitate Ministri, secundum communem Doctorum. Hæc enim forma expressè præscribitur in Conciliis Florentino & Tridentino, roboratur totius Ecclesiæ consuetudine, & usu, & colligitur ex ipia

ipsa Scriptura. Quamvis enim Christus non præscripserit hanc determinatam formam materialem verborum, sed æquè dixerit: *Quorum remisistis*; ac quodcunque solveritis: attamen Ecclesia rationabilissimè determinavit verbum *absolvo*: potius, quàm *remitto*. Quia nimirum, ut sæpè dictum, Sacerdos in hoc Sacramento gerit se ut Judex: atqui soli Judici, secundum proprium usum loquendi proprium est *absolvere*: Remittere autem competit etiam aliis, utpotè creditoribus, & injuriatis quibusvis: atqui quilibet Minister in administratione Sacramenti debet servare communem usum & consuetudinem Ecclesiæ suæ: ergò illa forma materialiter sumpta, est necessaria necessitate *Ministri*, seu præcepti: adèò, ut peccaret graviter Sacerdos, scienter ex mera libertate utens aliâ verborum formâ quantumvis æquipollente.

§. Attamen retentò verbò, *absolvo*: accidentalis mutatio vel additio, valida, & in casu necessitatis etiam licita esse potest. Ut, si quis simul plures absolvens dicat: *Ego vos absolvo*. Valida item, vix tamen licita esset forma: si quis reverentiæ causâ dicat Magnati, vel Regi: *Absolvo* Dominationem vestram, Majestatem vestram, &c. Vasquez, alii communiter.

§. IV.

Formæ hujus essentialis quis sensus?

Sensus generalis aggregatus, & adæquatus sufficiens hujus formæ, quo à Sacerdote, proferri potest, est hic. *Ego te absolvo, ac libe-*

ro ab omni vinculo peccatorum tuorum. Sive illud sit primò: reatus culpæ mortalis, vel venialis peccatorum, quæ in confessione explicasti: sive 2. sint peccata omiſſa, quæ explicare non potuiſti, vel non debuisti, quæ tamen ritè dispositus actualiter vel virtualiter animò detestaris: sive 3. sit reatus vel obligatio pœnæ temporalis, quæ tamen non ſemper tota per hoc Sacramentum remittitur, ſed ſecundùm diſpoſitionem pœnitentis, & opera ejus ſatisfactoria & ſpecialim pro pœnitentia impoſita, & virtute clavium elevatâ: Sive 4. ſint peccatorum reliquiarum, id eſt, vitioſarum affectionum & malarum inclinationum, quæ per gratiam ſanctificantem Sacramento collatam ſanantur: ſive denique ſit obligatio conſitendi in eo, qui antè per contritionem, vel amorem DEI ſuper omnia à peccato mortali liberatus, & ſanctificatus eſt. Ita poſt alios Layman *c. 3. n. 8.* Hoc enim generali & aggregato ſenſu, omni ferè eventu verificabitur forma abſolutionis, aded etiam, ut ſi quis in Confessione generali proferat ſola peccata, à quibus antè ritè abſolutus fuerat, vix tamen accidit, ut non interim aliquod peccati vinculum retineat, à quo per novam abſolutionem liberetur, liberandus quoque à quovis aliò, etiam actualium culparum, ſi adhuc aſſet, uti ſapienter obſervavit Navarrus apud Layman *eodem n. 8. à medio.* Verum ſenſus proprius ac principalis ejus ſacræ formæ nobis aſſignandus & tuendus eſt. Itaque:

II. Sensus proprius, & principalis hujus for-
mæ est renassio culparum, seu ipsius culpæ. *Omn-*
nes. Nam hi termini: *absolvo te à peccatis tuis:*
ex vi institutionis divinæ, primario, & directe
important absolutionem animæ a culpa. Qua-
re imprimis falsus est sensus Magistri: *Ego te ab-*
solvo: id est, ego te absolutum ostendo, vel de-
claro. Hunc enim sensum anathemate dam-
nat Concilium Trident. *Sess. 14. Can. 9. Si*
quis dixerit absolutionem Sacramentalem Sa-
cerdotis non esse actum judiciale, sed nudum
ministerium pronuntiandi, & declarandi dimis-
sa esse peccata, &c. anathema sit. Etiam Chri-
stus dixit Sacerdotibus: *Quorum remiseritis*
peccata: non: quorum ostenderitis peccata es-
se remissa. Deinde falsus est sensus Richardi,
& Hugonis Victoris. *Ego te absolvo à pœna*
æterna, & temporali peccatis debita. Christus
enim non dixit: *Quorum remiseritis pœnam:*
sed *peccata.* Et certè reatus pœnæ æter-
næ non manet, nisi propter culpam mor-
talem: nec remittitur nisi remissâ culpâ: ergò
non tantùm pœna, sed etiam culpa mortalis re-
mitti debet per hoc Sacramentum. Denique
nec sensus primarius, & universalis est: *Ego te*
absolvo à debito, & obligatione confitendi pecca-
ta tua: Quòd scilicet, ipso DEO peccata homi-
ni remittente, remaneat tamen obligatio eadem
confitendi, a qua obligatione sinè dubio liberat
legitimè confessum ritè absolvens Sacerdos;
nam forma hujus Sacramenti significativè & va-

lidè cadit super peccata venialia, ubi tamen nulla est obligatio, nec consequenter significari potest absolutio ab obligatione confitendi: atque inde sequeretur, hòc Sacramentò per se non causari gratiam sanctificantem, cum ad significandam absolutionem ab obligatione confitendi, nulla requiratur gratia sanctificans, sed solum ad absolutionem à peccato & culpa.

604 III. Sensus proprius adæquatus hujus formæ est: *Potestate mihi commissa, mediante Sacramento per se collativo gratia justificantis, seu remissiva peccatorum, remitto tibi peccata tua, saltem quantum est ex parte gratia, aut ipsius Ministri, vel Sacramenti.* Hoc enim triplici in quantum addito, necessariò semper verificabitur forma in omni excogitabili casu, vel eventu. Percurro breviter. 1. Verbalis, verissimus, & propriissimus est sensus: *Absolvo te à peccatis tuis*, quando confitens peccata sua mortalia, cum sola, sed vera supernaturali attritione absolvitur. Tunc enim verè & actu remittuntur ei peccata aliàs non remissa, nec confessa: unaque cum peccatis simul liberatur ab obligatione ea confitendi ulterius. 2. Verus adhuc est sensus: *absolvo te à peccatis tuis*: quando confitentis jam peccata remissa sunt per contritionem perfectam, vel amorem DEI super omnia nimirum: *quantum est ex parte gratia*: & specialiter: *quatenus adhuc recentia sunt* quoad obligationem ea confitendi. Sensus enim erit: *Confero tibi gratiam per se remissivam peccatorum*

tuorum, si adhuc adessent: simulque libero te ab obligatione ea denud confitendi. Tenetur enim peccator, non tantum justificari coram DEO, sed etiam coram hoc tribunali Sacramentali, juxta illud Christi. *Quorum retinueritis peccata, retenta sunt*: Censentur autem peccata adhuc Sacerdotibus retenta quamdiu ab eis non remissa sunt. Verissimè ergò dicit Sacerdos: *Absolvo te à peccatis tuis*: sensu prædicto. Unde in nova lege, contritio, vel amor DEI super omnia, justificat quidem, sed non nisi cum voto Sacramenti, & onere eadem subiiciendi clavibus, juxta dicta *cap. 2. q. 1. 3.* Adhuc verus est sensus: *Absolvo te à peccatis tuis*: Quando confitentis peccata etiam jam legitime confessæ & remissa sunt: nimirum iterum, *quantum est ex parte gratia*. Sensus enim verissimus est: Confero tibi gratiam sanctificantem per se remissivam peccatorum tuorum, si adessent, quia ea demum clavibus submittis. De hoc, vide latius dicta *cap. 1. sect. 4. à n. 48.* *Qualiter peccata semel legitime confessæ, sint materia sufficiens Sacramenti Pœnitentiæ.* 4. Adhuc vera est forma: *Absolvo te à peccatis tuis*: quando fictè confitentis peccata nullo modo remittuntur neque gratia confertur (nimirum: *quantum est ex parte Sacramenti, vel Ministri*) Sensus enim sic restrictus est (ex natura rei vel saltem ex intentione Sacerdotis, quandoque fictionem agnoscens de quo alibi) *Ego te absolvo à peccatis*: confero tibi totum, quod est

collativum gratiæ, & remissivum peccatorum, ita, ut ex parte Sacramenti, & Ministri nihil desit, quò minùs Sacramentum valeat & peccata tua remittantur nisi fortè ex parte tua: & tunc, si reipsà non absolvaris, *perditio tua ex te.* Quemadmodum enim donans verè dicit: dono tibi hunc librum v.g. quia, quantum est ex parte sua, & ipsius actùs sui verè transfert illam rem in alium: etsi alter per suam non acceptationem ponat obicem translationi, maneatque expers dominii & juris possidendi & utendi eo libro: sic intellige in proposito: & vide dicenda cap. 6. *sect. 3. q. 3. Quomodo Confessarius teneatur absolvere dispositum, & non alium.*

605 IV. Effectus ergò hujus formæ & Sacramenti Pœnitentiæ (sicut & contritionis perfectæ, &c) Primarius, & directè significatus est: 1. Infusio gratiæ sanctificantis. 2. Remissio peccatorum perfectæ, sic, ut nunquam redeant. 3. Secundarius autem effectus, & quasi indirectè significatus, est remissio pœnæ, & commutatio pœnæ aternæ in temporalem, & pœnæ temporalis majoris in minorem, &c. 4. Reviviscentia omnium meritorum per peccatum mortale mortificatorum: de quibus omnibus ex professo satis dixi cap. 2. q. IV.

per totam. Relege, si placet.



QUÆSTIO II.

Qualiter proferenda est forma absolutionis ?

SUMMARIUM.

- 607. Forma absolutionis necessariò debet esse vocalis.
- 609. Invalida est absolutio data absenti.
- 610. Quæ censetur esse presentia moralis & sufficiens?
- 612. Quid agendum confessario, qui absolutionis oblitus, ejus primùm recordatur, dum Pœnitens recedit, vel jam recessit ? usque ad n. 618.
- 619. Absolutio regulariter danda est absolutè.
- 620. Invalida est data sub conditione de futuro.
- 621. Sub conditione autem de presenti, vel præterito valet.
- 622. Et ex causa rationabili quandoque sic dari debet.

ASSERTIO.

Forma absolutionis necessariò debet esse vocalis, seu ore prolata; atque ad Pœnitentem presentem, saltem moraliter directam: atque absoluta, independenter à conditione suspensiva in futurum.

§. I.

Necessariò debet esse vocalis, &c.

Nimirum absolutio Sacramentalis essentialiter in verbis ore prolatis consistit, adè, ut nec valida, nec licita sit absolutio scripto, vel nutibus data. Communissima DD. cum D. Thoma, Scoto, aliis. (Contra paucos aliter opinantes) Ratio est: quia hanc formam ita esse institutam à Christo, ut voce tantùm proferatur, constare videtur ex traditione Apostolica.

ac perpetua consuetudine & usu Ecclesiæ, quæ nunquam legitur absolutionem in scripto, vel nutu datam admisisse ut validam, minus permisisse ut licitam. Certè absolutionem verbalem tantum clarè expriment Concilia generalia. Nam Trident. *Sess. 14. cap. 3.* expressè dicit, formam hujus Sacramenti consistere in iis Ministri **VERBIS**. *Ego te absolvo*, &c. Et Florentinum in *Decreto Unionis* agens de forma hujus Sacramenti, ait: **ESSE VERBA ABSOLUTIONIS**, quæ **PROFERUNTUR** è Sacerdote, dum **DICIT**, *Ego te absolvo*, Nihil refert, quòd confessio in necessitate possit fieri in scripto, quia habet se tantum ex parte materiæ, in qua non requiritur tam expressa significatio, sicut in forma.

608 ¶ Contrarium tamen, & absolutionem etiam in scripto datam valere docuerunt *Medina*, & *Petrus Sotus* apud Layman *cit. sed* meritò reprobantem. Interim tamen, quia res non est omninò definita de fide, in extrema moribundi necessitate, situ solus, & mutus Sacerdos scribere potens adesses, nonnè absolutionem scripto dares sub conditione, *si valeas?* credo quòd sic. Sanè recens Author, Joannes Pontius noster (quem ad manum non habeo) apud *Dianam p. 11. Tract. 6. resolut. 14.* opinatur, si homini animam agenti nequeat adesse, nisi Sacerdos mutus, hunc posse, imò teneri absolvere aut nutibus, aut scriptis in charta verbis. *Ego* istereà meum iudicium suspendo: in casu mi-

hi contingente, facturus, quod DEUS inspirârit.

§. II.

Ad præsentem Penitentem directa.

Invalida, & illicita est absolutio data absentî, 609
 sive is: 1. Absens confiteatur, & simul absol-
 vatur absens, puta per litteras, vel per nuntium,
 sive 2. præsens confiteatur, & absolvatur absens,
 (hæc duo extra controversiam:) sive 3. absens
 confiteatur, & absolvatur præsens præcisè ra-
 tione confessionis in absentia factæ. Ita com-
 munit DD. cum Scoto in 4. d. 17. & cum isto
 addito, puto negari à nemine. Omnia constant
 ex Decreto Clementis VIII. Anno 1602. quo in
 Congregatione Sanctæ, & Generalis Inquisitio-
 nis damnavit, & sub excommunicationis pœna
 ipso facto incurrendâ, ac summo Pontifici re-
 servatâ, omninò doceri & in praxin redigi pro-
 hibuit saltem ut falsam, temerariam, & scan-
 dalosam hanc propositionem: *Licere absentî Sa-
 cerdoti per litteras, vel per nuntium peccata
 Sacramentaliter confiteri: & ab eodem absente
 absolutionem accipere.* Atqui ad falsitatem hujus
 propositionis hypotheticæ copulativæ requiri-
 tur, ut utraque pars sit falsa: & *licere absentî
 confiteri:* sive deinde absens, sive præsens absol-
 vatur: & *licere absentem absolvi:* sive deinde
 præsens, sive absens confiteatur. En habes
 omnes tres partes. Et quamvis ista propositio
 damnata duas partes habens, quantum est ex vi

verborum posset intelligi in sensu conjuncto seu
 copulato, quasi Pontifex tantum damnet hæc duo
 simul, quod quis possit simul & confiteri absenti,
 & absens absolvi ab absente: attamen debere
 etiam intelligi in sensu disjuncto, sic, ut Ponti-
 fex etiam disjunctivè utrumque damnet, & posse
 confessionem fieri ab absente, & posse absolvi
 ab absente, constat ex ipso intento Pontificis.
 Nam alioquin, qui separatim solum diceret,
 confessionem posse fieri absenti, non fuisset
 damnatus à Pontifice Clemente: atqui ipse hanc
 propositionem vel maximè voluit damnare, de
 hac enim maximè ejus ætate fuit disputatum
 contra aliquos, (*Paludanum, Petrum Sorum,*
Joan. Medinam apud Layman *n. 9.*) ita asse-
 rentes, ex eo, quòd aliàs etiam in judiciis rectè
 feratur sententia in reum absentem, si præsens si-
 fti non possit: absolutio autem se habeat per mo-
 dum sententiæ judicialis: ergo, &c. Addit Lu-
 go *d. 17. n. 64. S. Congregationem Officii* de-
 clarasse, non subsistere interpretationem illam,
 qua dicitur Confessionem posse fieri absenti, dum-
 modo absolutio detur præsentem. Ratio est: quia
 ex una parte absolutio de rigore formæ, vi parti-
 culæ demonstrativæ *Te*, tam necessariò exigat
 præsentiam confessi absolvendi, ac in consecra-
 tione particulæ *Hoc. & hic*, exigunt præsentiam
 materiæ consecrandæ: ex altera autem parte
 eadem absolutio secundum sensum, & praxin
 Ecclesiæ haud dubiè ex institutione Christi pro-
 fectam, necessariò refertur ad reum formaliter in

interiori conscientia foro presentem, ac se-
 stentem actuali accusatione, ac confessione sua:
 secus est, & nihil tale statutum in judiciis ex-
 ternis. Dixi tamen notantissime: *Præcisè ra-
 tione Confessionis in absentia facta.* Quid si
 enim Pœnitens per litteras, vel internuntium
 peccata sua absens confessus fuisset, modò au-
 tem præsens verbis, vel signis sufficientius con-
 fessionem suam ratificet, significans nimirum
 hæc esse sua peccata, se de his dolere, se accu-
 sare, & absolutionem petere, utique validè, &
 in necessitate festinandi, maximè mortis immi-
 nente periculo &c. etiam licitè absolvi poterit
 à Sacerdote præsentem: at non ratione illius con-
 fessionis in absentia factæ; sed ratione ratihabi-
 tionis, & veræ novæ præsentis confessionis vir-
 tualis ad eundem omninò modum, quo quis
 chartam, in qua peccata sua antea absens domi
 scripsit, nunc Sacerdoti legendam traderet, si-
 gnificans se ea cum dolore confiteri ac super iis
 absolvi velle: quod ob causam singularem validè
 & licitè fieri posse, jam supra *cap. 3. sess. 2.* di-
 ctum est. Neque hoc casu obstat Decretum
 Clementis VIII. quod solum loquitur de eo, qui
 merè absens, & nullo modo præsens confessus
 est, præcisè ratione confessionis in absentia fa-
 ctæ, ita ut absolutio cadere deberet super ipsam
 Confessionem absentem, quâ talem.

§. III.

Ad saltem moraliter presentem &c.

Sine dubio enim necessaria non est presentia
 Na s omni-

omnimoda physica, ut nimirum Pœnitens absolvendus proximè adgeniculetur, vel assistat absolventi; sed sufficit aliqua moralis præsentia: At quænam illa? Placet regula tradita à Thoma Tamburino *l. 5. de Sacramentis c. 2. n. 11*. Præsentia moralis requisita ac sufficiens Pœnitentis ad absolutionem sacramentalem, est illa, intra quam solent communi vocè, etiam altiori homines cum hominibus loqui, quali nimirum solet uti iudex forensis pronuncians sententiam in Curia contra aliquem reum. Talis enim meritò censetur præsentia propria in hoc Sacramento instituto per modum iudicii. Molfesius, Leander, alii apud eundem Tamburinum, etsi non omninò acquiescentem, determinant intra viginti passus: & mihi placet, si adhuc videatur, vel aliquando sensu percipiatur. Bonacina, Leander, alii absolutè censent, satis esse, si Sacerdos adhuc videat Pœnitentem, aut aliquo sensu percipiat. Hoc tamen generaliter nimis laxè dictum meritò improbat idem Tamburinus *ibidem*. Nunquid enim, si tuus Pœnitens post confessionem in maximo templo, abeat ad extremam partem longissimè distantem, sic tamen, ut adhuc videre possis, validè illum absolves? Etsi enim hæc præsentia in templo sufficiat ad audiendam Missam, in qua solum requiritur assistentia moralis: ac certè præsentia moralis non erit pro absolutione, quæ majorem propinquitatem requirit, talem scilicet, ut dictum, quæ requiritur in iudice reum præsentem absol-

vente,

vente, vel condemnante, adeoque humano modo cum illo colloquente.

Atque ex his collige, quid sentias de illo, qui **IR** in conferentia casuum retulit, se pœnitentem fœminam antea confessam, interim aliquâ facultate petitâ, absolvisse ex Choro, flectentem ad summum Altare, idque approbante postea aliquo Reverendissimo ProEpiscopo. Si enim major erat distantia, quàm intra quam soleant homines etiam altiore voci loqui; v. g. longè ultra 20. passus: mihi prorsùs dubius, si non certò nullus est valor illius absolutionis. Item collige, quid censere debeas in communi quæstione: an Sacerdos lethaliter vulneratum, vel aliàs moribundum in platea jacentem possit absolvere ex fenestra, ob periculum, ne interim, dum descendat, ille moriatur. Poterit enim sinè dubio, si fenestra parùm distet, eâ scilicet distantia, quâ aliàs cum hominibus communi vel altiori voce etiam loqueretur. Undè si paulò longiùs distet, eò altiori voce loquens absolvat, & sub conditione mente conceptâ: & animo postea, si supervivat, servatis servandis, absolvendi directè: Item collige, quid sentias de illo, qui moribundum confessum, interlocutionibus aliis distractus, oblitus est absolvere, & abiens jam in platea recordatus, cum jam ab ædibus distaret 20. circiter passus se obvertit versus illam domum, pronuntiavit formulam absolutionis super infirmum directam. Certè non valuit absolutio, quippe directâ ad eum, qui non

non fuit ullo modo moraliter præsens: sicut non valeret, si subito vocatus ad moribundum jam in extremis constitutum, jam proximus ipsius ædibus, vel intra domus januam pronunties formam, metuens, ne prius moriatur, quam ad ipsum pertingas. Leander cum Tamburino &c. Tandem collige, quid agendum Confessario in frequentissimo casu sequenti, quem seorsim explico.

§. Casus non rarus explicatus.

- 612 **C**ontingit non raro, ut Confessarius, auditâ confessione, nimium distractus aut occupatus circa instructionem, vel admonitionem Pœnitentis, obliviscatur absolutionis, recorderetur autem primum, cum jam recedit, vel recessit Pœnitens. Quid tunc aget?
- 613 I. Si quidem ita longè recessit, ut planè sit extra conspectum & sensum Confessarii, ut omninò physicè & moraliter absens censeatur, non poterit ampliùs è confessionali absolvi: propter decretum, & rationem datam N. II. quid ulterius agendum, dicam inferiùs n. 4.
- 614 II. Si verò Pœnitens adhuc sit verè moraliter præsens juxta dicta N. III. utpotè intra non multos passus intra conspectum, vel sensum aliquem Confessarii, & incommodum sit, illum revocare vel adire; omnino poterit & validè & licitè absolvi: juxta communem DD. non enim sic absolvitur, ut absens, sed ut præsens moraliter & corpore & animo: nam habet jus ad absolu-

solutionem, quam credit, se jam accepisse, et si de ea accipienda amplius non cogitet, & censetur tamdiu servare intentionem virtualem vel interpretativam accipiendi absolutionem, usque dum eam recipiat: quod si enim sciret Pœnitens, se non esse absolutum, utique rediret, & absolutionem peteret: neque voluntas prior revocata est, sed tantum cessavit ob falsam existimationem se jam esse absolutum: neque verum est illum, qui putat se esse absolutum, amittere desiderium absolutionis: quis enim credat amitti ab illo, qui putaret, essentiam absolutionis consistere in illis verbis: Misereatur &c. Indulgentiam &c. Ego te absolvo ab omni vinculo excommunicationis &c. Ita contra *Suarez*, *Vasquez*, *Filliucium* alios cum *Coninck*, aliis *Lugo hic d. 22. sect. 3. n. 52.* Gobat n. 289.

III. Quod si tamen Pœnitens eo casu possit commodè revocari ad confessionale, omnium consensu consultissimum erit revocare, ac debere revocari, rectè docent *Reginaldus in praxi l. 8. num. 32.* alique citati. Gobat *ibidem n. 288.* sic habet: Ego sine scrupulo absolverem illum, qui est adhuc inter cancellos confessionalis, nec arbitrarer esse necessariò jubendum iterum flectere, tamen si tutiora secutus, aliquoties jufferim. At jam distantem decem, vel viginti passibus, revocarem ad me, si sine notabili incommodo fieri possit, uti potest, quando vix quisquam præter pœnitentem existit in templo, & mihi non esset perspectum, esse innocentem ani-

animam. Et si illum videre nequirem, attamen prudenter credens esse adhuc in templo non procul à me, sequerer in his circumstantiis doctrinam Bonacinae viri sanè prudentis, etenim necesse nullò modò est oculis usurpare illum, cui peccata dimittis. Hæc Gobat, sanè practicè & prudenter. Docet autem Bonacina *hic d. 6. q. 7. propositione 6.* absolutè posse absolvi, qui nondum recessit à conspectu Confessarii, seu quando non est ita remotus, ut non dubitet Confessarius de ejus presentia: utpotè certò sciens esse adhuc intra paucos passus, v. g. eluctantem inter confertam & comprimentem turbam volentium confiteri. Quare multominùs scrupulus habendus Confessario, quando more solito absolvit, sed interim Pœnitens (uti sæpè solent rustici, ac pueri) statim, auditâ & acceptâ pœnitentiâ, erupit ex confessionali: non enim tantillo tempore potuit excedere præsentiam mortalem.

- 616 IV. Quando tandem tuus Pœnitens omninò excessit præsentiam mortalem, aut tu oblitus absolutionis recordaris, primò post aliquot horas, sitque tibi tuus Pœnitens tunc iterùm præsens, tutissimè ages, si candidè fassus tuam oblivionem, dicas te jam velle illi impertiri absolutionem, si velit, absolutè tamen non est necesse eum sic monere; sed simpliciter potes adolvere, quippè virtualiter adhuc retinentem voluntatem percipiendi absolutionem sibi debitam, ut paulò ante ostensum est. Coninck,

Luge,

Lugo, Gobat *ll. cc.* Quarè rectè fecit Sacerdos quidam oblitus absolutionem dare Pœnitenti, ob ejus extraordinaria quæsitâ, postea intra Sacrum, eundem communicaturus; oportunè, recordatus, dum porrigit hostiam dixit priùs: *Ego te absolvo à peccatis tuis, &c.* & mox *Corpus Domini.* Idipsum per se loquendò, posset fieri post quatuor, vel sex dies, si tunc rursùs incideres in talem Pœnitentem, nisi fortè rationabiliter timeres, ne is interim incidisset in aliquod peccatum mortale. Tunc enim deberes monere non solum de oblita priùs absolutione, sed etiam de novo dolore eliciendo, & confessione faciendâ, per se loquendò, si nullum ex ea monitione incommodum timeas. Verùm, quia plerùmque talis monitio accidit pergravis hujusmodi hominibus, non sinè offensa, periculo scandalì, aut saltem malè sentiendi & loquendi de tali Confessario; ideò plerùmque omittit tali admonitione, res tota DEO commendanda erit. Certè eam monitionem omittendam esse, quando timetur scandalum, aut grave detrimentum proprium vel alterius, cum Suarez, Vasquez, & communi testatur Lugo *cit. n. 57.* aut gravis offensus Pœnitentis. Coninck, Bonacina *citati* alii.

§. Denique sermo tantùm fuit de absolutio-
 ne à peccatis. Nam quando oblitus es absolvere
 ab excommunicatione, aliâve censurâ, illum,
 quem poteras, & debebas absolvere, absolvas
 etiam procul distantem, vel omninò absentem
 quia

quia absolutio à censura non exigit præsentiam absolventi: ac proinde, si nequibas tunc absolvere, postea petità & acceptâ potestate à Superiore, absolves absentem. Ex communi Suarez d. 32. sect. 6. Lugo d. 22. sect. 3. n. 51. alii.

§. IV.

Atque absoluta, independenter à conditione suspensiva in futurum.

618 **R**egulariter absolutio danda est absolutè: invalida est data sub conditione de futuro: sub conditione autem de presenti vel præterito valet, & ex causa licet, ac quandòque expedit, imò & necessaria est. Communissima, ut patet.

619 **I.** Regulariter danda est absolutè. Omnes. Ratio est: aut enim iudicium Confessarii de dispositione Pœnitentis certum est, aut probabile, aut dubium: si certum, aut probabile, sinè dubio absolutè danda est absolutio: si dubium iudicandum erit in favorem rei, & adhuc absolutè danda absolutio. Quia in dubio melior est conditio possidentis. Et in dubiis tutior est pars eligenda: Pœnitens autem, factâ confessione acquirit & possidet jus ad absolutionem (quo in dubio spoliandus non est) quamdiu non constat esse indispositum. Et tutius est ipsum absolvi, quàm non absolvi: ergo in ejusdem favorem se resolvere & judicare debet Juxta Sacramentalis, reùmque absolvere, sicut alius Juxta in iudicio externo. Quòd si Confessarius se

NON

non resolvens dubius maneat de dispositione Pœnitentis, & licita absolutione, eo statu utique non poterit licitè absolvere absolutè, sed ex defectu sui, non Pœnitentis.

II. *Invalida est absolutio data sub conditione* 620
de futuro v. g. Absolvo te, *si restitues, si talem occasionem peccandi dimittes: si concubinam intra tot dies dimiseris &c.* Omnes. Ratio est: quia ad hoc, ut absolutio valeat, debent omnia requisita adesse in instanti ultimo saltem prolationis verborum (Sacramenta enim per modum causarum naturalium statim causant totum effectum; quem possunt; neque ullò modò est in potestate Sacerdotis suspendere effectus Sacramenti in futurum,) at conditio de futuro nondum existit in prolatione verborum, quando Sacramentum deberet causare suum effectum: ut supponitur: ergo tunc Sacramentum nullum est, & manebit nullum in æternum, vide de hoc generatim dicta in prima parte c. 2. à n. 128.

III. *Sub conditione autem de presenti, vel præterito valet:* v. g. absolvo te: *si verè doles: si vis restituere, offensam dimittere, occasionem vitare &c.* aut: *si jam restituvisti, inimico reconciliatus es, si concubinam tandem ejecisti &c.* Omnes. Ratio est: quia absolutio data sub conditione de presenti, vel præterito, conditione subsistente, transit in absolutam, eamque infert hoc modo v. g. (absolvo te, si verè doles: sed verè doles: ergò verè te absolvo) atqui absolutio data ab-

soluè Pœnitenti disposito sinè dubio valet, atque ordinariè necessaria est: ergo &c

622 IV. *Et ex causa licet, & quandoque expedit, imò & necessaria est.* Per accidens ergo, & ex rationabili causa tantùm licitè datur absolutio sub conditione de præsentì, vel præterito: pro quo REGULA communis est: Absolutio sub conditione impendi licitè potest & debet, quotiescunque, si omninò non daretur, damnum immineret animæ; & absolutè daretur, nullitas, & irreverentia Sacramenti timeretur: utpote quando Confessarius ex parte sua prudenter dubitat: 1. an Pœnitens sit rectè dispositus quoad dolorem, propositum &c. juxta dicta suò locò. 2. An habeat materiam sufficientem in pueris rudibus, utpote an talis sit præditus sufficienti usu rationis, an verè peccaverit, nec ne? item quando Pœnitens adfert sola dubia peccata in materia mortali, nec ullum certum explicare potest: quæ omnia patent ex antea dictis. 3. An Pœnitens adhuc vivat vel jam expiraverit? 4. Quando ipse Confessarius dubitat, an hunc Pœnitentem absolverit nec ne, de quo mox *q. seq.* item an habeat jurisdictionem in hunc Pœnitentem, vel in ejus peccata: de quo *cap. seq.* ubi de jurisdictione dubia. Ratio est: quia cùm Sacramentum sit institutum ad bonum, & salutem animæ, debet applicari omni possibili modo, quo potest sinè irreverentia Sacramenti: at in ejusmodi casibus sub conditione applicatum omninò potest proficere ad bonum, ac salutem

ludem animæ, & sic non exponitur irreverentiæ, quia conditio apposita periculum nullitatis excludit: ergo &c. Ubi valde notandum, absolutionem licitè dari posse, & debere sub conditione, non ratione dubii præcisè, cùm illud plerumque possit & debeat resolvi in favorem Pœnitentis, ut suprâ *N. I.* dictum; sed ratione perplexitatis de peccato ex utraque parte. Ex una scilicet parte timet Sacerdos periculum nullitatis Sacramenti: ex altera verò parte timet periculum salutis animæ Pœnitentis: utrumque evitat absolutionem dandò sub conditione. Cæterum quamvis consultum sit, ut in ejusmodi casibus verbis exprimatur conditio. *Si es dissipatus: si es capax: si adhuc vivis, si non es absolutus: si possum, &c.* aut universaliter, in quantum possum, & tu indiges: attamen in rigore sufficere, si mente retineatur & concipiatur, docent DD. communiter cum Diana p. 10. tract. 11. resol. 55. addit Gobat n. 272. Cùm quilibet Confessarius incipiat excipere confessiones cum intentione saltem virtuali, & implicita faciendi id, quod facit Ecclesia, seu quod Christus instituit: Ecclesia autem vult, & Christus statuit, ut in talibus casibus fiat absolutio sub conditione: idè in talibus casibus sub conditione implicita aut virtuali absolvit quilibet non sceleratissimus Confessarius, etsi nec mente expressè cogitet de conditione, quia omnis probus habet intentionem satisfaciendi intentioni Christi & Ecclesiæ. Sic ille. Quæ doctrina, sicut post

factum, Sacerdoti scrupulum eximere potest;
ita in facto, & praxi consulendam non censeo.

QUÆSTIO III.

Quando Absolutio danda?
quando repetenda? (Specialiter respe-

ctu excommunicati, & moribundi.)

623. Absolutio quando danda? Usque ad n. 627.
627. Quando repetenda? Usque ad n. 632.
632. Mortaliter peccat absolvens excommunicatum à peccatis, non præmissâ absolutione à censura.
633. Valet tamen talis absolutio utrinque bonâ fide facta.
634. Et talis Pœnitens etiam absolutus manet ab ipsa excommunicatione, si Confessarius fuerit potens ab ea absolvere.
636. Valide, & licite absolvitur moribundus loquens & sensibus destitutus, si det signa doloris & confessionis,
637. Ad absolutionem petendam directâ.
639. Etiam quando ea dedit Sacerdote adhuc absente, coram aliis, etiam uno postea testante.
640. Et quidem absolutè, si signa doloris sunt vel fuerunt certa, vel probabilia: sub conditione verò, si dubia.
641. Quando signa censeantur, certa, probabilia, vel dubia?
642. Confessarius non tantum potest, sed etiam tenetur talem absolvere.
644. An, quando, & qualiter absolvi possit moribundus, qui nullum dat, vel dedit signum doloris, aut confessionis? Usque ad n. 649.

§. I.

Quando Absolutio danda?

- 623l. **R**egulariter danda est absolutio statim confessione, & iis, quæ ad ipsam ordinantur,

expeditis. Omnes. Est enim absolutio totius
judicii Sacramentalis complementum ultimum ;
unde perfectis , seu expeditis omnibus , quæ ad
hoc judicium spectant , statim danda est Senten-
tia absolutionis : adeò ut

II. Ante confessionem absolutam , & ad 624
eam requisita , per se loquendò non liceat absol-
vere , ut per se clarum est ; nisi quandoque in
casu necessitatis , vel periculi apparentis : ut si
ægrotus valde debilis timeatur moriturus , parte
peccatorum auditâ , & dolore debito concepto ,
debet Confessarius absolutionem dare , etiam
uno , vel altero tantùm peccato audito : reliqua
postea auditorus , cùm poterit , ac cum onere
reliqua , cùm potuerit supervivens , confitendi ;
ut de confessionis integritate suò locò dictum.

III. Post confessionem auditam & reliqua re- 625
quisita , peccat Sacerdos graviter sinè justa cau-
sa differens absolutionem , quia jus Pœnitentis
non sinè aliquo ejus incommodo violat , vel de-
fraudat in re tam gravi. Secùs , si ex justa cau-
sa fieret , ut quandoque fit in confessionibus ge-
neralibus per plures dies continuandis : vel ut
interim præstet Pœnitens id , quod antea sæpiùs
admonitus vel jussus , facere vel omittere hacte-
nùs semper neglexit , ut ideo de præsentì suffi-
cienti dispositione meritò dubitetur , v.g. ut oc-
casionem proximam peccandi tollat , ut resti-
tuat , satisfaciat , seu reconciliet se cum inimico :
ut interim conatum emendandi adhibeat &c.
juxta dicta c. 2. sect. 4. de proposito requisito.

626 IV. Qualis autem requiratur similtas ab-
 lutionis cum confessione, & quanta distantia
 esse possit inter utramque, ut validè, & licitè fiat
 Sacramentum, satis dictum est *part. I. c. 1. à*
n. 81. Quomodo materia & forma Sacramento-
rum debeant esse simul.

§. II.

Quando Absolutio repetenda?

627 I. **R**epetenda est absolutio in eadem confes-
 sione, tunc tantùm, quando Pœnitens
 post primam abolutionem de novo adfert ali-
 quid, quod à principio necessariò confitendum
 fuisset: Utpote 1. Novum peccatum specie di-
 versum. 2. Circumstantiam speciem mutan-
 tem. 3. Aut etiam notabiliter aggravantem, seu
 necessariò confitendam, juxta dicta suo loco.
 4. Aut númerum notabiliter excedentem ejus-
 dem peccati confessi. Ratio est: quia in his
 casibus materia necessaria abolutionis necdum
 erat subjecta clavibus, adeoque remanet onus
 eadem denuò subjiciendi Pœnitenti, & conse-
 quenter Confessario ab iisdem denuò absolvendis.
 Exempla primi. Si dicat se oblitum unius for-
 nicationis. Secundi. Si confessus se bis forni-
 catum, postea recordatus dicat semel esse fa-
 ctum cum Ligata. 3. Si confessus se furatum
 decem florenos, postea, reflectens dicat fuisse
 10. ducatos. 4. Si confessus se fornicatum
 quinquies circiter, postea recordatus dicat fa-
 ctum esse decies &c. &c. Intellige semper de sic
 priùs

prius confessio bonâ fide. Aliàs enim tota confessio esset repetenda cum repetitâ absolutione. Jam contrâ, & oppositâ ratione.

II. Non est repetenda absolutio, quando Pœnitens post primam absolutionem adfert aliquid à principio non necessariò confitendum: aut in necessario aliquo confessio majorem numerum modicè excedentem super numerum bonâ fide prius expressum. Exemplum *primi*. Si adfert solum peccata venialia: aut peccati mortalis confessi circumstantiam merè, & non notabiliter aggravantem. Cùm enim hæc non sint materia necessaria, non debet super illis inordinate repeti absolutio: quod notent Confessarii nimium condescendentes scrupulosis, qui ad quævis peccatilla post absolutionē datam allata, vel circumstantias leviter aggravantes absolutionem temerè repetunt, non sinè irreverentia Sacramenti. Exemplum *secundi*. Si quis confessus se blasphemâsse, v.g. sexies plus minus, postea reflexus dicat factum esse septies: qui tam parvus excessus jam moraliter comprehendebatur in priori numero confessio: ideòque jam legitime & confessus, & absolutus: juxta dicta *cap. 3. de numero peccatorum explicando*.

III. Est repetenda absolutio, saltem sub conditione mente concepta, quoties Confessarius rationabiliter dubitat, an protulerit formam absolutionis: idque sub mortali: si Pœnitens fuit confessus mortalia, vel saltem unicum peccatum mortale: quia in tali dubio Pœnitentem merito

ritò graviter invitum, si nosset, injustè periculo salutis exponeret: secùs si fuisset solum confessus venialia, & nosset ipsum innocentem esse animam: tunc enim Pœnitens non ita graviter (sicut in priori casu) censetur velle urgere jus suum, quod habet ad absolutionem. Caterùm, cùm constat te protulisse formam consuetam, ex eo solum, quòd voluntariè vel involuntariè distractus protuleris, non habes rationabilem causam dubitandi, an reverà integrè protuleris. quippè cùm integra essentialis forma consistat in duobus verbulis: *absolvo te*: nec consequenter ex hoc habebis causam, multò minùs obligationem repetendi.

630 ¶. At si voluntariè distractus proferam formam absolutionis, peccòne mortaliter? Certè sic: si taliter distractus soleas errare in pronuntiatione formæ; at si bene exercitatus longo usu, citra periculum erroris substantialis ita evageris, non audent te noxæ mortalis damnare Tamburini. *l. I. de Sacramentis. c. 2. §. 1. n. 5.* & Gobat *n. 177.* Neque ego te condemno.

631 IV. Et mortale ex genere suo in eadem confessione, super eadem peccata repetere formam absolutionis, etiam sub conditione, nisi adsit rationabile dubium de valore prioris absolutionis, secundùm communem Doctorum, obligationem datam generatim de repetitione formæ Sacramentorum *part. 1. n. 98.* Quanquam plurimi ex talibus repetitoribus excusentur ab omni, aut certè gravi peccato, ex eo, quòd non appre-

prehendant vanitatē sui scrupuli, dubiive inanis, aut in eas compingantur angustias, ut apprehendant peccatum sive repetant, sive non repetant, & quia tunc non habent otium examinandi, an liceat, vel non liceat, rectē sanē eligunt minus malum pro majori; minus enim malum est iterare Sacramentum, quando non esset iterandum, quàm non repetere, quando esset reverā repetendum. Quare Tambur. l. I. Sacram. c. I. §. 3. absolutē damnat solum peccati venialis eum, qui laborans dubio levi merōque scrupulo; an formam substantialem ritē protulerit, repetit sub conditione, ut amoveat à se scrupulum illum. Non enim gravem, sed solū levem imprudentiæ injuriam irrogat Sacramento, dum repetit ex metu offendendi DEUM, & nocendi proximo.

§. III.

Specialiter, quoad absolutionem excommunicati.

Confessarius peccat mortaliter excommunicacione innodatum absolvens à peccatis non præmissâ absolutione à censura. Communis DD. cum Suarez *disp. 10. de Censuris*. Ratio clara est; quia in re gravi violat præceptum Ecclesiæ: cum irretitus hâc censurâ peccat mortaliter suscipiendô quodcunque Sacramentum, adeoque etiam Pœnitentiæ, non præmissâ prius absolutione à censura. Quòd si tamen excommunicatus animam agens periclitetur de

vita: dic solummodo illa verba *absolvo te: cum expressa intentione tollendi tam censuram, quàm peccata.* Tunc enim priùs naturâ tolletur censura, quàm peccata, teste eodem Suarez *ibidem:* vel potius dic: *Absolvo te à censuris & peccatis tuis:* Tunc enim, etsi contingeret eum mori, antequam proferas, à peccatis, erit tamen certo absolutus ab his, ut ex eodem Suarez, & Tamburino *c. I. §. 3. n. I. ante finem* annotavi.

¶ *Quantquam autem etiam absolutio ab omni censura, etiam suspensione, & interdicto regulariter absolutioni à peccatis præmittenda sit, non tamen peccabis, saltem graviter, postponendò, cum hæ duæ censuræ non privent usu passivo Sacramentorum, sicut &, quando per oblivionem non præmisisti absolutionem ab ipsa excommunicatione, si ea potestate præditus sis, teneris eam subicere, non tamen repetere absolutionem à peccatis propter rationem mox dicendam.*

- 633 II. Valida tamen est absolutio à peccatis non præmisâ absolutione ab excommunicatione, quoties pœnitens suæ excommunicationis ignarus, vel oblitus bona fide procedit. (Secus sine dubio est, si excommunicationem sibi cognitam celaret, & sic malâ fide absolutionem à peccatis extorqueret: tunc enim ob defectum dispositionis, & ipsa confessio invalida, & repetenda esset) cum onere tamen postea petendi absolutionem à censura, cum ei innotescet. *Isa* contra multos Canonistas & Casistas, *Navar-*

rus, Toletus, Suarez, Layman cit. aliisque re-
 latis Lugo *disp.* 16. *sect.* 5. Diana p. 2. *tract.* 4.
resol. 78. Tamburinus *opusc. Expedit. Confess.*
l. 2. c. 10. §. 3. Ratio est: quia durissimum vide-
 tur pœnitentem excommunicationis suæ incul-
 patè oblitum vel ignarum obligare, & ita con-
 stringere, ut non possit unquam justificari in Sa-
 cramento, nisi per contritionem perfectam: ne-
 que id intendere præsumi potest pia Mater Ec-
 clesia: quippè cujus potestas est *non in destructionem, sed in adificationem*, & remedium ani-
 marum: ille autem rigor contra hominem non
 potentem sibi de remedio providere, esset in me-
 ram destructionem: cum enim inscius sit suæ
 excommunicationis, nunquam quæreret sibi
 absolutionis remedium: & sic semper incapax
 maneret recipiendi Sacramentum Pœnitentiæ.

III. Confessarius absolvere potens à censuris, 634
 cum pœnitentem excommunicationis suæ ob-
 litum vel ignarum absolvit, præmissâ consuetâ
 formulâ, *Absolvo te ab omni vinculo excom-
 municationis &c. in quantum possum, & tu indi-
 ges*, & postea à peccatis: non tantùm à peccâ-
 tis, sed etiam ab ipsa excommunicatione libe-
 rat: quare postea recordatus suæ censuræ pœni-
 tens non indiget novâ absolutione. *Coninck.*
 alii cum Lugo *cit. sect.* 15. n. 623. latè. Tam-
 burin. *supra cit.* Ratio est: quia Confessarius
 semper habet, (certè habere debet) intentionem
 absolvendi quantum licitè potest, servan-
 dique omnes partes officii sui, quas non serva-
 ret,

ret, si intenderet absolvere à peccatis, & non à censuris, juxta dicta *N. I.* Loquor autem semper de Confessario potestatem habente absolvendi à censuris. Nam si Confessarius eà potestate careat absolvendi talem excommunicationem oblitam, illam non auferri nimis certum est: quare quando eam in mentem revocabit pœnitens, legitimo Superiore, vel alio potestatem habente indigebit.

- 635 IV. Quin insuper: si Confessarius probus rectè volens implere suum officium, ac potens absolvere à censuris, absolvat pœnitentem illis solis verbis: *Absolvo te à peccatis tuis*: nullà præmissâ formulâ absolutionis à censuris, ut fieri solet in brevibus confessionibus, & in articulo mortis, adhuc pœnitens excommunicationis suæ ignarus, vel etiam conscius, sed confiteri non potens in mortis articulo, ab ea absolutus manet. *Suarez, Tamburinus*, suprà citati. Ratio est: quia in illo solo: *Absolve te à peccatis tuis*, involvitur absolutio à quocunque vinculo nato ex peccatis, adeoque etiam à censuris, ut *quæst. 1. §. 4.* dictum: cum ergò probus Confessarius supponatur semper velle rectè & licitè fungi suò officio, supponitur etiam velle ab illo censuræ vinculo absolvere: tutissimè autem aget, si iis verbis expressè intendat absolvere, & à censuris, & à peccatis: aut etiam expressè dicat: *Absolvo te à censuris, & peccatis tuis* &c. ut jam *N. I.* dixi.

§. IV.

*Specialiter: quid de absolutione moribundi
jam ratione, & sensibus destituti?*

I. Validè, & licitè absolvitur moribundus lo-⁶³⁶
quelâ, sensibus vel ratione destitutus, si
signis ostendat dolorem, & voluntatem confi-
tendi, ac Sacramentum absolutionis recipien-
di: quo nimirum præcipuè, & ferè unico casu
sufficit confessio virtualis, etsi desit formalis. Est
jam communis, recepta, & tuta Sententia. At-
que ita expressè tam de Baptismi, quàm de Pœni-
tentiæ Sacramento docent Concilia, Aurasica-
num *Can. 11.* Carthaginense. 3. *Can. 34.* Car-
thag. 4. *Can. 76.* Verba relata invenies apud Au-
thores passim, nominatim Layman *cap. 8. n. 4.*
optimè explicantem, authoresque latè recitan-
tem. Idémque docet Rituale Romanum editum
à Paulo V. Tit. de Pœnit. §. *ult.* ubi sic habet.
*Quod si inter confitendum, vel etiam antequam
incipiat confiteri, vox, & loquela agrum deficiat,
nutibus & signis conetur (Sacerdos) quoad ejus
fieri poterit, peccata confitentis cognoscere: qui-
bus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis,
vel etiam si confitendi desiderium, sive per se, si-
ve per alios ostenderit, absolvendus est.* Hæc
ibi cautissimè præscripto modo agendi cum ta-
libus ægrotis. Ratio autem sapiùs tacta est.
Quia formalis confessio, seu specifica & particu-
laris expressio peccatorum absolutè non est de
necessitate, seu valore Sacramenti, sed per se &
directè

directè solùm est de necessitate præcepti divini : quod non obligat, nisi quatenùs servari potest: ergò cum servari non potest, (ut certè non potest in casu proposito) sufficiet confessio virtualis, seu qualiscunque etiam generalis confessio peccatorum, ex animi dolore profecta: seu ipsa voluntas dolorosa confitendi, signò externò sufficienter manifestata: qualis certò adest, quando pœnitens ab ipsomet Sacerdote petit absolutionem, aut coram eo saltem edit signa contritionis, ac doloris in ordine ad absolutionem directà.

637 §. Quare (nota semel pro semper.) non satis est aliquem ante mortis periculum, vel etiam in ipso mortis periculo signum aliquod pietatis vel etiam pœnitentiæ edidisse, nisi talis manifestatio doloris directà fuerit ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu absolutionem sacramentalem à Sacerdote petendam, hoc enim solo respectu manifestatio doloris induit rationem confessionis virtualis, & accusationis sui coram Sacerdote, ac materiæ proximæ Sacramenti, sinè qua Sacramentalis absolutio validè ministrari nullo modo potest. Advertunt tamen DD. cum Layman c. 8. num. 4. Quòd, nisi contrarium constet, signa pœnitentiæ ac doloris ab infirmo in præsentì periculo mortis edita præsumantur directà esse ad Sacramentalem absolutionem: quare etsi moribundus non possit absolvi ex eo, quod antea sanus, de morte nihil cogitans sapissimè de more pectus pulsaverit, sublatis in Cœlum

lum oculis dixerit: miserere mei DEUS: si tamen talia signa edat jam morti vicinus, præsumi plerumque potest, quòd iis voluntatem confitendi & Sacramentalem absolutionem petendi manifestare voluerit: ideòque saltem sub conditione absolvi poterit, ut dicam infra *N. III.*

¶ Frustrà aliquando dubitatum erat: utrùm ⁶³⁸ Sacerdos, qui sano corpore, nihil de mortis periculo suspicatus, Missam inchoàrat, & sub Gloria decantato decidit moriturus, absolvi potuerit à peccatis, ideò solùm, quòd generalem cum Ministris confessionem coram DEO, & Ecclesia fecerit. *Confiteor &c.* Certum enim non potuisse absolvi, cùm ea nullo modo fuerit confessio Sacramentalis, seu non directa ad accipiendam absolutionem Sacerdotis in foro Pœnitentiæ, ut rectè resolvit Layman. *ibidem.* Jam ulterius,

II. Absolvendus est ejusmodi ægrotus non ⁶³⁹ solùm, quando signa doloris, & voluntatem confitendi ostendit coram ipso Sacerdote præsentem, sed etiam eo adhuc absente, coram aliis (etiam unico) postea testantibus Sacerdoti saltem jam præsentem apud infirmum. Ita communis DD. cum *Suarez, Tannero, Layman, Lugo citatis.* Nequè hic obstat suprà allegatum Decretum Clementis VIII. damnans confessionem factam Sacerdoti absenti. Nam in hoc nostro casu confessio aliquatenus fit Sacerdoti præsentem, per alios nimirum tanquam per interpretes, & testes. Ac ipsemet ille Pontifex anno 1613. 16. Aprilis coram Cardinale Bel-
lar-

larmino & Archiepiscopo Armachano declaravit absolutionem hoc casu fore validam: adeoque decretò suò non esse comprehensam. Atque adde ulterius absolvendum esse ejusmodi ægrotum, quando dicta signa dedit coram alio, qui postea absens & coram adhuc absente Sacerdote de iis testatur, eumque advocat. Quamvis enim, propter idem decretum, tunc tutius esset, quòd Sacerdos testem illum ad ægrotum secum reduceret, in sua præsentia denuò testaturum, eo tamen relicto potest Sacerdos ægrotum absolvere. Ita enim expressè supponunt Concilia supra citata. Et Rituale Pauli V. diù post Clementem VIII. editum absolute loquitur: *Sì confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est: nihil restringens, per alios ægrotò præsentès tantum: nec nos ergo restringamus.* Nam moribundi extrema necessitas, ac charitas urget nos, ut quantum possumus, ei consulamus. Quòd autem sæpè dictum Decretum etiam huic casui & sententiæ nihil obstat, latè & solidè ostendunt Coniunctio de *Sacramentis disp. 7. q. 10. Lugo disp. 17. sect. 4. et 5. contra Thomistas, eisque adhaerentem Dianam apud eundem Lugo citatum.* Ratio autem est: quia quando pœnitens ille coram alio ostendit voluntatem confitendi, vel signa doloris ad absolutionem directa edidit, jam incepit virtualiter confiteri: atque tamdiu moraliter continuat confessionem, quousque absolvatur: imò quamdiu vivit: ergò reverà, si tu postea præ-

præfens præsentem absolvas, diceris absolvisse
confitentem tibi præfenti, licet ille alius inter-
nuntius non adfit: sicut in simili concessimus
suprà de eo, qui confessionem scriptam misit
Confessario absenti, sed postea præfenti ratificat.

III. Absolvendus est ejusmodi penitens ab-
solutè, quando nimirum signa doloris certa, vel 640
probabilia sunt, vel fuerunt: sin verò dubia, sub
conditione. Ita cum *Vasquez*, *Fillincio*, aliis,
benè probat Lugo modò *citatus sect. 3. & 5.*
de utroque nostro casu *num. preced.* posito. Ra-
tio patet ex dictis *quæst. preced.* Quia quando ju-
diciu Confessarii de dispositione penitentis,
& requisitis ad absolutionem certum, vel proba-
bile est, absolutè conferenda est absolutio: at in
casu proposito Confessarius operatur ex judicio
& assensu moraliter certo, vel saltem probabili,
ideoque absoluto: ergò absolutè &c.

¶ Signa autem in proposito casu sufficien-
tia ad absolutionem ægroti, sunt in triplici diffe-
rentia: *certa, probabilia, dubia.* 1. Signa cer-
ta sunt, quæ ex natura sua ordinantur ad confes-
sionem, & Sacramentum, ut si infirmus dicat
coram Confessario vel aliis, se velle confiteri,
dolerè de peccatis, petere veniam peccatorum:
&c. Et tunc non est dubium esse sufficiens
signum ad absolutionem absolutè dandam. 2. Si-
gna probabilia sunt, quæ quidem significant do-
lorem, ac penitentiam, sed exhibentur, sinè
mentionè, vel clara relatione ad confessionem vel
Sacramentum: Ut si infirmus pectus tundat,

Miserere mei DEUS; DEUS propitius esto mihi peccatori &c. Et tunc in infirmo extrema necessitate confligente semper præsumi debent etiam referri ad absolutionem, & Sacramentum, tanquam medium necessarium ad liberationem à peccatis, & reconciliationem cum DEO: ideoque adhuc sunt sufficiens signum ad absolutionem, etiam absolutè dandam, (etsi longè tutius sub conditione: si sis dispositus) quia in tali casu extremæ necessitatis sufficere debet tacita petitio absolutionis & Sacramenti, qualis hic à Christiano præsumenda est. 3. Signa dubia tandem sunt, quæ de se sunt indifferentia, & de quibus meritò dubitari potest, an orientur ex pœnitentia & dolore de peccatis, an verò ex naturali dolore, angustia, vehementia morbi, mœrore vel metu mortis &c. Ut si infirmus rogatus, num velit confiteri, solùm lachrymetur, suspiret, oculos attollat, aut manum Sacerdotis, vel alterius interrogantis stringat &c. (Adhuc enim dubium est, an fiat ex vi morbi nervos contrahentis, præsertim in phræneticis, an ex alio capite.) Et tunc sinè dubio absolutio dari absolutè non potest, ob periculum nullitatis Sacramenti: attamen probabilissimè adhuc dari potest sub conditi one, saltem mente retentà: *sic Etè sis dispositus*: Quia sic absolvere nihil nocere potest; multum autem nocere posset non absolvere in tanto periculo æternæ damnationis. Sicut enim in Baptismo, quando certa materia (aqua naturalis) haberi nequit, licitum est proferre

peccatum in specie explicare valens; sed quia ex obligatione præcepti propter honorem tanti Sacramenti, ut ejus integritas servetur, nisi speciale aliquod peccatum explicetur, extra dictum extremæ necessitatis casum, neque petenda, neque conferenda est absolutio, tempusque expectandum, quo convenientius ad institutionem hujus Sacramenti confessio institui possit. Sed jam instat quæstio difficilior.

¶ *Quid si infirmus talis nullum dat, vel dedit speciale signum doloris ac voluntatis confitendi?*

644I. ¶ **I**nfirmus, seu moribundus loquelâ, sensibus vel ratione destitutus, qui nullo, nec certo, nec probabili, nec dubio signo ullo modo ostendit dolorem ac voluntatem confitendi, seu Sacramentum suscipiendi, nec validè nec licitè unquam absolvi potest, neque sub conditione. Ita communissima, & in his terminis mihi omninò certissima sententia DD. Ratio est: quia nullo casu validè, vel licitè conferri potest Sacramentum sinè aliqua sua parte essentiali: atqui confessio externa formalis vel virtualis saltem, est pars essentialis (certè conditio simpliciter necessaria) Sacramenti Pœnitentiæ: in proposito autem casu nulla omninò est confessio externa ne virtualis quidem: cum nullo omninò signo ostendatur animi dolor, & confitendi voluntas, uti expressè supponimus: ergò talis validè & licitè nullo modo absolvi potest: non absolutè, (certissi-

(certissimum apud omnes) neque sub conditione: quia ut Sacramentum sub conditione licite conferatur, requiritur, ut saltem sit spes valoris (sic enim in casu necessitatis liceret sub conditione baptizare in cerevisia, minimè in vino: quia in illa, minimè in hoc est spes valoris Sacramenti absolutionis: ergò, &c.) Exempli gratia. Reperio in via hominem vulneratum, vel infirmum animam agentem: nescio, an sit Catholicus vel hæreticus: benè, an malè vixerit: nec ullum prorsùs probabile aut dubium signum deprehendo, quo saltem sperare possem fortè profuturam absolutionem: non possum absolvere citra sacrilegium ob rationem datam.

II. Quòd si verò Confessario vel ex se, vel aliundè constet talem moribundum Catholicum esse, piè ac Christianè vixisse, nullo alio habito signo de ejus dispositione, dolore ac voluntate confitendi, pia est sententia adhuc sub conditione posse, & ex charitate debere absolvi à Sacerdote. Fundamentum est. Quia ipsa antea facta bona vita Catholici hominis Confessario sensibilibiter cognita videtur esse signum sensibile sufficiens præsentis dispositionis: quòd nimirum de peccatis doleat, ac Sacramento potiri, maximè velit ac desideret, dummodò posset. Si enim aliàs in vita sua officium Christiani hominis præstitisse constet, utique præsumendum est, etiam præstare velle in fine vitæ & extrema necessitate. Si in vita sua satisfacere voluit præcepto Ecclesiæ annuâ confessione & Communione, quidni

præsumendum sit eum jam multò magis velle
satisfacere præcepto Christi, in hac extrema vi-
tæ periodo, ac necessitate? Pia hæc sententia mo-
derno tempore valde invalescit, præsertim, ut
audivi, in Belgio. Eam absolutè docent *Homa-
bonus, Molfessius, Lotterius, Bartholomæus de
Sancto Fausto*, aliique apud Dianam p. 3. *tract.*
3. *resol.* 8. Et mordicus noster *Heriacx hic.*
*Bonagrata Habensis Capucinus in Summa Ca-
suum*, aliique. Et ex parte *Marchant. infra*
N. IV. allegandus. Atque variis argumentis
confirmant: imò referunt practicasse *Clemen-
tem VIII.* qui cuidam ruenti de fabrica S. Petri,
absolutionem dedit dicens: *Si es capax, Ego
te absolvo à peccatis tuis, &c.* (Quod tamen
alii credere nolunt) si & tu praticare velis, per
me licet. Etiam ego talem semper absolverem,
non tamen ex hoc nudo fundamento, sed alio
mox infra proponendo. Nam

646. III. Hæc pia sententia in rigore Theologico,
si nihil addatur, vel supponatur aliud, mihi nun-
quam placere potuit, aut vera videri, & etiam-
num non potest. Eam enim nullus antiquus
Doctor Scholasticus docuit, ac Recentiores com-
muniter rejiciunt, ac modò Patres Societatis
omnes etiam prohibiti deinceps docere istam
sententiam, teste P. Gobat *Casu* 19. n. 62. *Sua-
rez, Vasquez, Coninck*, aliisque relatis Lugo
disp. 17. *sect.* 3. Eadem enim hic urget ratio
allata *N. I.* Nam reverà eo casu deest omnis
confessio nova externa, quam esse partem essen-
tialem,

tialem, & quasi materiam Sacramenti Pœnitentiæ definit Concilium Tridentinum *sess. 14. Can. 9.* Novum Sacramentum utique requirit novam proximam materiam sensibilem: atqui sola antea bona vita, nec est nova materia, ut clarum est, nec novum signum materiæ alicujus præsentis, nè generaliter vel confusè quidem: ergo non potest esse signum sufficiens ad novum Sacramentum absolutionis etiam sub conditione dandum. Plures rationes, & auctoritates videre potes apud Authores citatos, & singulariter latè, & optimè R. d. l. m. Dominum Abbatem Ralslerum *Tract. de Pœnitentia c. 5. §. 34.*

¶ Dixi tamen notanter: *Si nihil addatur, 647 vel præsupponatur aliud.* Nam singulariter addit P. Gobat *cit. Casu 19. num. 601.* Talem moribundum absolvi posse, etsi modò non det, nec ullus expressè testetur illum dedisse signa doloris ad confessionem directa, dum modò prudenter præsumi possit reipsâ dedisse. Ratio est: quia generatim, saltem in necessitate (præsertim extrema) fas est administrare Sacramentum, quandò deficientibus aliis probationibus prudenter præsumitur adesse omnia ad valorem Sacramenti essentialiter requisita: potest autem præsumi prudenter de quolibet bono Christiano qui prævidet periculum instantis mortis, quòd dederit signum contritionis in ordine ad absolutionem. *Illud namque prudenter præsumitur factum, quod plerùmque fieri solet: juxta Legittas in legem. In obscuris ff. de Reg. Juris.*

Atque hac ratione non formaliter secundum se, sed præsumptivè vita benè acta Catholici erit signum sufficiens doloris ad Sacramentum directi, & aliquo signo manifestati, ita ut vita benè acta solum sit motivum præsumendi eum dolorem esse à moribundo signo aliquo sensibili manifestatum: ipse autem dolor sic sensibiliter manifestatus sit materia proxima absolutionis: & fortè Authores plerique istius piæ sententiæ, hoc ipsum tantum volunt. Itaque paulò clariùs loquendò, & in re propè coincidendò, dico:

- 648 IV. Adhuc talis moribundus Catholicus sub conditione absolvi licitè potest, atque ex charitate debet, non quidem ex eo præcisè fundamento, quòd sola anteacta bona vita sit signum sufficiens præsentis dispositionis, ac confessionem virtuales sensibilem constituat in ordine ad absolutionem: sed quod talis prudenter, & rectissimè præsumatur aut exhibuisse, aut potius de facto exhibere fortè, aliqua signa doloris in ordine ad Sacramentum, quamvis ego illa non intelligam: adeoque saltem signa dubia in ipso adverto, juxta dicta *suprà num. 640.* Ita ex professo noster Marchant. *suprà cit. Tribun. p. 1. Tract. 4. tit. 4. quest. 3. dub. 7.* Cujus formalia, etsi plusculà, in re gravissimi momenti non piguit exscribere. Etsi, namque in tali peccatore ita oppresso nullum signum appareat, quod materiam confessionis faciat mihi sensibiliter præsentem in ordine ad absolutionem, nec mihi proinde, certò constet peccatorem, sic

fic obmutescens de peccatis, aut salute cogitare, imò nec appareat eum ratione uti, potest, tamen fieri, ut non solum intus de peccatis, doleat confiterique desideret, sed etiam aliqua, edat signa per se sensibilia, etsi mihi incognita: ut sunt suspiria, gemitus, apertiones oculorum, fixi intuitus, aut alii in corpore motus: qui etsi, doloris naturalis aut naturæ patientis sint ordinariè signa, nihilominus ab ipso peccatore, quandoque ordinantur, ut internæ pœnitentiæ nutus. Unde absolvendò eum sub conditione, & muneri & charitati in hac extrema, necessitate satisfacio; & conditio omnem irreverentiam & defectum, qui subesse posset, tollit: & in hac anxietate tanta animam DEO commendo intentione communi Ministris, Ecclesiæ, quæ nullum ex hac vita sinè arrha suæ pacis exire velle debet, ut ait Augustinus, &c. Hactenus Marchant, qui hoc ipsum propriâ experientiâ confirmat ac commendat: ac rursus *infra Tract. 6 tit. 7. q. 7. conclus. 2.* Eadem ratione permittit absolvi sub conditione moribundum talem, etsi nescirem, an Catholicus sit vel hæreticus. Quem lege, & si placet, in praxi sequere: at in examine ita hoc ultimum respondeas, cave. Quia ubique certò explodèris. Lege potiùs utilissimè Patrem Gobat *Alphab. Confessar. casu 19. per totum.* de hoc toto casu moribundi optimè disserentem præsertim à 612. variis casibus particularibus elucidantem, Me plura exscribere piguit, quia opusculum hoc

inter manus jam nimium ampliùs excrevit, quàm ab initio volebam & disposueram.

C A P U T VI.

De Confessario, ac Ministro Sacramenti Pœnitentiæ.

QUÆSTIUNCULÆ PRÆ- AMBULÆ.

649 I. **Q**uid est Confessarius? Est Sacerdos præditus potestate ligandi, atque solvendi in foro Sacramentali. Dicitur autem ea potestas ligandi, & solvendi *Potestas clavium*, per aptissimam metaphoram; quia sicut clavis reserat domum aut cistam, ita illa potestas tradita Sacerdotibus Confessariis reserat & aperit Cœlum. Et quia duplex est ista potestas, scilicet *ligandi, & solvendi*, Matth. 16. seu aperiendi & claudendi Cœlum, idèo vocatur potestas *clavium*, non potestas *clavis* in singulari. Rursus, quia ista potestas in Ecclesia exercetur extra & intra confessionem, idèo aliud dicitur forum externum spectans ad Prælatos Ecclesiæ; aliud internū, & Sacramentale spectans ad omnem Confessarium. Et jam cape definitionem Confessarii: simulque discè, quid sit subijcere clavibus aliquid, hoc vel illud dictum vel factum: est enim subijcere potestati ligandi & solvendi apud Judicem sacramentalem, scilicet Confessarium, seu quod idem est: est confiteri illud Sacramentaliter. Quid sit confiteri Sacramentaliter, jam dudum audiisti.

II. *Quæ sunt requisita generalia ad Confessariû, 650*
ut validè, & licite absolvat? Tria sunt. *Potestas,*
Scientia, & Bonitas. Prima deficiente semper
 invalida, & per se illicita est absolutio, nisi scilicet
 ignorantia invincibilis à peccato excusaret. Se-
 cundo & tertio deficiente, semper illicita, &
 aliquando etiam invalida est absolutio, prout in
 particulari latè patebit ex dicendis deinceps.

III. *Quotuplex potestas requiritur in Sacerdo- 651*
te ad validam, & licitam absolutionem? Duplex:
Ordinis, & Jurisdictionis. *Potestas Ordinis* est:
 quam Sacerdos accipit in ordinatione sua per se-
 cundam materiam & formam, scilicet imposi-
 tionem manuum Episcopi, & verba illa: *accipe*
Spiritum sanctum, quorum remiseric pecca-
ta &c. diciturque potestas in Corpus Christi
 mysticum, nimirum ad absolvendum fideles
 à peccatis suis: & residet in ipso caractere Sa-
 cerdotali, de quo vide dicta parte 2. c. I. *Pote-*
stas Jurisdictionis est autoritas jus dicendi, seu
 sententiam ferendi in alium tanquam subditum
 in foro externo, seu ut loquuntur, Sacramen-
 tali. Est enim absolutio à peccatis actus judi-
 cialis, qui necessariò requirit subditos, & exer-
 cere non potest, nisi in subditos: de qua mox la-
 tius infra.

¶ Nota hic: alia est quæstio: quotuplex 652
 potestas conferatur Sacerdoti in sua ordinatione?
 Estque etiam duplex: *in Corpus Christi verum,*
 & *Corpus Christi mysticum:* De hoc vide part. 2.

IV. *Quomodo differunt hæc dua potestates Or-*
dinis,

dinis, & Jurisdictionis? Differentia clara est, Nam potestas Ordinis in Corpus Christi mysticum, est quidem vera potestas absolventi à peccatis, sed radicalis tantum & in actu primo; quam Sacerdos ordinatus nondum potest exercere, nisi ab extrinseco accedat jurisdictio, seu autoritas in alios tanquam subditos, ob rationem modò datam *num. preced.* datúrque ea potestas Ordinis in ipsa ordinatione omni Sacerdoti, neque unquam tolli potest, sed in caractere indelebili residens imòbilitèr adhæret animæ etiam separata à corpore, ut alibi dictum. Potestas jurisdictionis in subditos, confertur per externam concessionem Ecclesiæ per ejus Prælatos, Papam, Episcopos &c. nec datur omnibus Sacerdotibus, & data potest auferrì, ac tolli, & defacto sæpè aufertur, vel mutatur: & nisi adsit, invalida est absolutio, ut patebit.

653 ¶. Cæterum potestas jurisdictionis in Sacerdote supponit approbationem: & in usu suo requirit bonitatem, scientiam, debitumque officium Confessarii seu ministri. De quibus nimis varia dicenda, ad confusionem vitandam, per Sectiones distinguemus. I. De approbatione Confessarii, & jurisdictione generatim. 2. De casibus reservatis. 3. De bonitate & scientia ministri. 4. De officio, & obligatione Confessarii. Demum *cap. 7.* seorsim dicam de sigillo sacramentali, quippe non solum ministrum Confessarium, sed etiam alios concernente. Sit in nomine Domini

SECTIO I.

De Confessarii Approbatione, & Jurisdictione generatim.

QUÆSTIO I.

Quis est Minister Sacramenti Pœnitentia
validè administrandi?

SUMMARIUM.

655. Quis Minister Pœnitentia quoad Valorem?

659. Debet habere jurisdictionem, &

660. Approbationem ab Episcopo.

661. An, & quando sine huius approbatione quis censetur approbatus?

665. An, quos, & à quibus absolvere possit non approbatus?

Est solus Sacerdos jurisdictionem ordinariam, vel delegatam in Pœnitentem habens, atque ad id approbatus ab Episcopo expressè, vel tacitè, ut validè absolvat saeculares à mortalibus extra articulum mortis. Est tota certissima. Explico generatim: nam specialis explicatio tradenda est per totum caput.

§. I.

Solus Sacerdos

I. Verus est & idoneus Minister Sacramenti Pœnitentiæ. Certum de fide. Ex Scriptura & Conciliis, ac novissimè definitum in Concilio Trid. *sess. 14. Can. 10.* Ratio est: quia sicut soli Sacerdoti legitimè ordinato in sua ordinatione confertur potestas ordinis in Corpus Christi-

Christi verum, & mysticum, per quam remittuntur peccata fidelium: juxta illud Joan. 21. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis &c.* sic etiam illi soli ex institutione Christi ea potestas competit, ut alteri non Sacerdoti competere non possit. Et hinc

656 II. Nullo casu, vel dispensatione humanâ hoc Sacramentum validè administratur à non Sacerdote. Illud Jacobi 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra*: si intelligatur de Confessione sacramentali, accipiendum est accomodè hoc sensu. Confitemini alterutrum, id est: unus alteri potestatem habenti. Quòd verò ex Augustino (nescitur ubi fortè falso impositum) refertur c. i. *de Pœnitentia d. 6. Tanta vis Confessionis est, ut si deest Sacerdos, confiteatur proximo*: Undè aliqui DD. olim censuerunt: si desit Sacerdos, præsertim in mortis articulo, cuius alteri, etiam Laico confitendum esse, (id ipsum habebatur in prima regula S. P. N. Francisci) id minimè intelligendum est in ordine ab absolutionem sacramentalem, sed solum ad excitandum contritionem, majorémque sui confusionem, seu humiliationem. Quare talis Confessio nullo in præcepto est, sed ad summum in consilio, si spectatis circumstantiis salubriter fieri possit: puta Laico viro prudenti, probò, taciturno, aperire vulnèra animæ, vel ad sui confusionem, vel ad consilium vel solatium petendum: alioquin nec licita quidem, cum per se loquendo fas non sit seipsum infamare. Reginaldus l. I. c. 1. n. 8. Layman c. 9.

III. Quisquis ergo, sive Laicus sive Clericus 657
 non Sacerdos Sacramentum Pœnitentiæ ministrat (sicut & celebrans) non solum nihil facit, & gravissimè peccat sacrilegiò, verum etiam gravissimas pœnas incurrit. Imprimis fit suspectus de hæresi, & ut talis puniendus est ab Inquisitoribus, eisdemque à fidelibus denuntiandus. Addit Urbanus VIII. talem, si vigesimum annum ætatis implevit, debere tradi Curix sæculari, ut debitis pœnis plectatur. Tandem ipso facto contrahit irregularitatem ex abusu sacri Ordinis, saltem si non Sacerdos sit Clericus: nam de Laico controvertunt DD. utrinque probabiliter, sed negativè mihi probabiliùs.

IV. Quòd si tamen non Sacerdos nequaquam 658
 se fingat Sacerdotem, nec velit usurpare officium Sacerdotis, sed ut merus Laicus putans, (prout reverà quidam putarunt) posse Laicum vel non Sacerdotem absolvere moribundum à peccatis, talis non incurreret irregularitatem, ut ex Hurtado notat Tamburinus *hic* 2. §. de Sacram. cap. 5. n. 5. idque non solum propter bonam fidem sic operantis, sed quia ad hanc irregularitatem incurrendam, (sicut & ad alias pœnas) requiritur, quòd non ordinatus exercent illum actum tanquam ordinatus. Similiter nec incurreret, qui absque omni intentione Sacramenti administrandi, seu sacramentaliter absolvendi, fingens se Sacerdotem, solum Confessionem alterius audiret, ex curiositate, levitate, vel malitia etiam, quamvis & tunc pœnas arbitrarias meritò non effugeret. §. II.

Jurisdictionem ordinariam, vel delegatam habens in Pœnitentem: remissivè.

659 **N**on omnis Sacerdos à peccatis absolvere potest, sed necessariò requiritur etiam Jurisdictio actualis in subditos absolvendos. Absolutio enim est actus judicialis, qui requirit subditos, & Jurisdictionem in illos. Certum de fide: Definitum in Concil. Florent. in Decreto Unionis: & Trident. sess. 14. c. 7. ubi decernit: *nul- lius momenti eam absolutionem esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, vel delegatam non habet Jurisdictionem.* Idem habetur c. *utriusque sexus de Pœnitentia & Remiss.* Et sumitur ex facto Christi Joan. 20. Ubi Discipulis suis priùs jurisdictionem contulit, dicens: *sicut misit me Pater, & ego mitto vos: & deinde potestatem solvendi & retinendi peccata. Accipite Spiritum sanctum &c.* Quare duplex est Minister Sacramenti Pœnitentiæ. *Ordinarius*, ordinariam scilicet habens jurisdictionem, Papa, Episcopus, Parochus: & *Delegatus*, jurisdictionem habens delegatam ex commissione alterius ordinariam habentis, vel privilegio Pontificis, ut *Regulares Mendicantes.* Verùm de hac Jurisdictione ordinaria & delegata, necessariò seorsim agendum inferius.

*Ad id approbatus ab Episcopo expressè,
vel tacite.*

Concil. Trident. *sess. 22. c. 15.* de hoc ita sta-
tuit: *Decernit sacra Synodus, nullum, etiam
Regularem posse Confessiones Sacularium, etiam
Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari,
nisi aut Parochiale Beneficium; aut ab Episcopis
per examen, si illis videbitur necessarium esse, aut
aliis idoneis iudicetur, & approbationem, qua
gratis detur, obtineat: Privilegiis & consueta-
dine etiam immemoriali, non obstantibus. Sic
Concilium. Videndum hic breviter, quos Con-
fessarios concernat hoc Decretum: deinde §. se-
quenti, respectu Quorum.*

I. Nullum &c. Nemine excepto. Quare
nullam veritatis speciem habet, quod docent
*Henriquez, Lamas, alii nonnulli, Doctorem
vel Licentiatum in Theologia, aut Jure Canoni-
co, ipso jure approbatum censeri: cum Con-
cilium tam claris verbis generalibus dicat: Nul-
lum posse &c.* Ubi lex non distinguit, nec nos
distinguere debemus secundum jura, & fieri pos-
sit, ut licet tali scientia non desit, desit tamen re-
rum experientia & prudentia ad excipiendas
Confessiones, cujus rei examen & iudicium Epi-
scopo committitur: quanquam æquitatis ratio po-
stulet, ut tales, qui publicam in Academia ap-
probationem habent, ob quam de eorum scien-
tia magna præsumptio sit, examini novo non

subjiciatur, uti cum aliis monet Layman. *cit. num. 12.*

662 II. *Et jam Regularem.* De his specialia dicam seorsim *infra q. seq.*

663 III. *Nisi Parochiale beneficium habeat.* Qui Parochiam seu beneficium quodvis, cui cura animarum annexa est, obtinuerunt, eo ipso ad Confessiones audiendas approbati censentur, ut aliâ approbatione opus non habeant, ac proindè non tantùm in sua Parochia, uti contendit Barbosa in Trident. *sess. 23. c. 15.* sed etiam in tota Diocesi de consensu aliorum Parochorum Confessionem audire possunt, imò & extra illam, si eis delegetur Jurisdicção, aut eligantur in Confessarium ab aliquo habente facultatem eligendi sibi Confessarium, quamdiu Parochiam retinet. Quampriùm autem Parochus esse desiit, desinit quoque ejus approbatio, adeò ut neque tempore Jubilæi sinè nova approbatione possit absolvere, nisi fortè fuisset priùs approbatus independentè à beneficio Parochiali, uti ex communi docent Barb. *cit. & Gobat Alphab. Confess. n. 45.*

664 IV. Insuper Parochi ante Concilium Trident. poterant delegare & facere potestatem audiendi suos Parochianos Sacerdoti cuilibet, etiam non approbato: at nunc post Trident. non amplius possunt. Ita contra multos Thomistas, (quos secuti fuerunt Prælati Austriæ.) Communis DD. Lugo *disp. 21. num. 6. Diana p. 3. tract. 4. resol. 146.* Etenim & verba Tridentini exigentia approbationem Episcoporum nimis clara & generalia

ralia sunt; & usus communis firmat hanc sententiam: & tandem evincit Decretum S. Inquisitionis sub Alexandro VII. inter propositiones damnatas & hanc prohibens. *Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.* Hactenus quoad ipsos Confessarios. Jam respectu Pœnitentium.

§. IV.

Ut validè absolvat Seculares à mortalibus extra articulum mortis.

I. **U**t validè absolvat. Non tantum illicitè, 565 sed invalidè etiam absolvit, qui non est re ipsa approbatus. Communissima DD. Suarez *disp. 28. Sect. 4.* testatur hoc esse certum & indubitatum in Ecclesia propter Decretum Trident. nimis clarè dicens: *nullum posse, nec ad hoc idoneum reputari &c.* Dico autem *re ipsa approbatus.* Nam ex communi Diana *p. 11. tract. 4. resol. 16.* meritò negat esse probabile, valere absolutionem ab eo datam, qui falsò putatur approbatus, cum non sit, aut cujus approbatio revocata fuit, Sanch. *l. 3. Matrim. d. 21.* aut si (Sæculari saltem, de Regularibus infra) petenti approbatio injustè negetur: Lugo *cit. d. 21. n. 50.*

II. *Seculares.* Quoad Confessiones autem 666 Regularium Concil. Trident. nihil immutavit: unde sicut jure communi poterant ante Concil. ita & nunc possunt Regulares confiteri cuivis Sacerdotis etiam non approbato ab Episcopo, quem

quem Prælati secundum morem Ordinis eius constituerit, juxta communissimam DD. cum Navarro *c.4. n.7.* Suarez *cit. sect.4. n.4.* Rodriguez *tom. I. QQ. RR. q.26. a.4.* Layman. *n.1.* Intellige autem, quantum ex vi Concilii. Nam speciali jure Gregorius XV. & Urbanus VIII. statuerunt, ut omnium Monialium Confessarii ab Ordinariis approbentur. Et extat Declaratio Cardinalium apud Ascanium Tamburin. *de Jure Abbatum tom. 2. disp. 6. quesito: 6.* confessiones Monialium nullas esse, quas post publicationem & scientiam Bullæ Gregorianæ fecerunt. Confessariis non approbatis ab Ordinario, seu Episcopo.

667 III. *A mortalibus.* Nam ad absolutionem à venialibus (sicut & à mortalibus jam semel legitime confessis) non requiri approbationem. (quidquid aliqui Scotistæ subtilizent) docet communis DD. & bene probat Lugo *d. 18. de Pœnit. sect. 3.* Ratio est: quia odiosa restringenda sunt, non extendenda: & Concilium totà illà Sessione loquitur de Confessione mortalium, ut patet maximè *c.4.* ergò & hîc, & nulla omninò est ratio extendendi Decretum etiam ad Confessionem venialium: & denique potestas hæc in ipsa ordinatione confertur Sacerdoti, sive ab ipso Christo, ut vult Vasquez: sive ab Ecclesia, ut alii volunt, de quo aliquid suò locò.

QUÆSTIO II.

Quid, & quotuplex est Approbatio?
Specialiter de Approbatione
Regularium.

SUMMARIUM.

668. Approbatio quid?
669. Est actus diversus à collatione jurisdictionis.
670. Et ab ea separabilis.
671. Approbatio est duplex: expressa, & tacita.
672. Episcopi non possunt Regulari legitime presentato, & idoneo approbationem negare citra peccatum injustitia.
674. Nec eam semel justè concessam revocare, vel approbationem ad examen denuò vocare.
675. Nisi subsit justa nova causa.
676. Minus revocare vel suspendere possunt jurisdictionem Mendicantium semel legitime approbatorum sine justa nova causa;
677. Sive articulare ad certas personas vel tempora.
678. Nec jurisdictionis à Pontifice Regulari approbato adveniens limitatur ad solam approbantis Diocesim.
679. Non potest tamen talis Regularis in alia Diocesi sine ejusdem Episcopi approbatione & licentia audire confessiones.
680. Sed debet prius ei legitime presentari à suo superiore
681. An validè absolbat contra vel sine legitimo consensu sui Superioris ab Episcopo approbatus?
683. Regularis non potest validè absolbere alios Religiosos, vel Religiosas sui vel alterius Ordinis sine licentia Superioris cujusvis Ordinis respectivè.
684. Nec etiam potest uti jurisdictionem Pontificiâ sine licentia sui Superioris.
685. An, & cui Religiosus extra Monasterium commorans possit confiteri.

Quid, & quotuplex?

668 I. **A** Pprobatio est publicum, & authenticum iudicium de idoneitate & sufficientia Sacerdotis ad audiendas Confessiones factum ab habente potestatem Episcopalem, vel quasi Episcopalem. (Quod ultimum addo, ut etiam comprehendantur Prælati exempti Regularium, qui potestatem quasi Episcopalem habentes examinare & approbare possunt Confessarios pro Regularibus sibi subditis tantum.) Ratio est: quia sicut soli Episcopi, vel quasi Episcopi conferre possunt Jurisdictionem, sic merito pro Jurisdictione approbare soli posse debent. Quare etiam Concilium Tridentinum supra approbationem pro Sæcularibus restrinxit ad solos Episcopos. Et jam advertere potuisti differentiam approbationis à Jurisdictione: Nam

669 II. Approbatio non est ipsa collatio Jurisdictionis, multò minus ipsa Jurisdictio) sed sunt actus diversissimi. Nam approbatio est actus intellectus ac iudicii, quo Episcopus vel Superior solum iudicat hunc Sacerdotem esse idoneum & sufficientem ad audiendas confessiones. Collatio autem Jurisdictionis est actus voluntatis & decreti, quo Superior confert, dat, & vult hunc Sacerdotem habere potestatem audiendi confessiones, & absolvendi fideles tanquam sibi subditos in hoc foro. Qui actus patenter sunt diversi ex natura sua, etsi sæpè soleant concurrere. Quos enim iudiciò athenicò approbat

Epi-

Episcopus ad Parochiam vel locum certum, conferetur regulariter suam jurisdictionem conferre. Ubi etiam vides, quod collatio Jurisdictionis necessario præsupponat approbationem. Nemo enim rectè conferre potest jurisdictionem, nisi ei, quem prius, naturâ saltem; judicavit idoneum, & sufficientem.

III. Insuper etiam sunt actus separabiles. 670
 Nam approbatio, & jurisdictionis collatio diverso tempore, & à diversis fieri potest, & sapissimè fit. Potest namque Episcopus aliquem quoad idoneitatem approbare, & jurisdictionem ad multum tempus differre, aut ob justam causam omninò denegare. Et Regulares Mendicantes pro Confessionibus Sæcularium approbationem quoad idoneitatem debent accipere ab Episcopis: collatio autem jurisdictionis fit ipsis non ab Episcopis, sed immediatè à summo Pontifice per Privilegium & concessionem diplomatibus per modum legis expressas, quibus summus Pontifex confert jurisdictionem Mendicantibus à Superioribus legitimis electis, admissis & præsentatis ad Confessiones audiendas, suppositâ tamen approbatione Episcoporum, tanquam conditione necessario prærequisitâ ad hoc, ut Mendicantes possint uti jurisdictione sibi à Pontifice in privilegiis concessâ.

IV. Duplex est approbatio; *Expressa, & tacita* 671

ta. Approbatio expressa modò definita est, quæ verbò, vel scriptò datur. Approbatio tacita est, quæ ipso facto aliquo, vel facti conniventia concedi-

ceditur. Sic ipso facto tacite approbatur is, cui beneficium Parochiale confertur, de quo suprâ. Talis quoque tacita approbatio ceneri debet, quando Episcopus vel habens potestatem approbandi alicui dicit: Audi illius confessionem, vel audi quosvis tibi confiteri volentes: item quando Episcopus scit hoc, aut illud genus Sacerdotum in sua Diœcesi sine sua expressa licentia excipere confessiones, & tamen dissimulat, cum possit se opponere, juxta dicenda in simili de jurisdictione tacite collatâ. Sic quando Episcopi acceptant præsentationes nostrorum Patrum, non peticâ eorum præsentia, nec examine indicto, etsi approbatio in scriptis, uti solet, diu postea sequatur, censentur interim tacite approbati, ut sine scrupulo confessiones audire valeant. Quinimò Sacerdotes nostri de novo adventantes ad Conventum, etiam ubi pro approbatione se examini sistere debent, si tamen interim opus sit, ipsique alibi approbati sint, confessiones interim audire poterunt sive ex tacito consensu Ordinariorum, sive denique ex privilegio peregrinantium, de quo infra.

§. II.

Quid specialiter de Approbatione Regularium Mendicantium.

672^l. **E**piscopi non possunt alicui, & maxime Regulari legitime præsentato, & per examen idoneo reperto approbationem sine justa causa denegare citra peccatum injustitiæ. Communis

munis DD. cum Coninck *diff. 8. dub. 7.* Layman *cap. 11. num. 3.* Ratio generalis respectu omnium est: quia approbatio hæc non est gratia vel privilegium, quòd ex libera concedentis voluntate dependeat, sed est autoritativa declaratio & testificatio, personam hanc habilem, seu dignam & idoneam esse, cui jurisdictio & potestas ad audiendas confessiones conferatur: atqui tale testimonium Sacerdotibus ad id munus ordinatis, si Scientiâ & Prudentiâ sufficienter instructi comperti sint, de jure debetur: idque singulariter Regularibus Ordinum Mendicantium à Prælatiis suis præsentatis, quibus ex Sedis Apostolicæ privilegio competit quorumcunque fidelium confessiones audire: ideòque ex Summi Pontificis voluntate, & tacito mandato, si legitime præsentati idonei reperiantur, eis approbatio specialiter debetur.

¶. Quin insuper, petitiâ & injustè denegatâ⁶⁷³ approbatione, eo ipso censeri admissum & approbatum jurisdictionem obtinere, & confessiones audire posse, certum erat jure veteri Concilii Viennensis *Clementina, Dudum de Sepulchris.* Ubi Pontifex concedit Fratribus Prædicatoribus, ac Minoribus idoneis & injustè ab Episcopis rejectis licentiam audiendi confessiones. Atque huic Decreto & Concessioni minimè derogasse Concilium Tridentinum *quæst. præced. allegatum* approbationem Episcopi requirens, docuerunt varii. Navarrus, Miranda, Rosella, alii, ac latè nostri Rodriguez *QQ. RR. tom. 1. q. 29. art. 1.*

Chassaing. in *Privilegiis Regularium tract.* 5. c. 2. *propof. I.* Variis juribus & argumentis confirmantes: atque probabilem censuerunt etiam nonnulli è Societate JESU, Layman. *sapè cit. tract.* 6. *cap. 11.* Castro Palao *hic tract.* 23. *disp. un.* Contrà tamen Privilegium illud esse clarè revocatum per Trident. docent alii communissimè & maximè de eadem Societate. Suarez, Vasquez, Coninck, Reginaldus, Fillincius; Card. de Lugo, Perez, Amicus, Arriaga, Tamburinus apud Nicolaum du Boys in singulari tractatu de propositionibus damnatis sub Alexandro VII. ad *propofit.* 12. sic habentem. *Satisfacit præcepto annuæ confessionis, qui consistit in Regulari Episcopo presentato, sed ab eo injustè reprobat.* Quâ propositione damnatâ Pontifex oppositæ Sententiæ probabilitatis fundum pertudit.

674 II. Episcopi approbationem Regularium (imò & aliorum) semel justè concessam non possunt revocare: neque semel legitime approbatum ad examen revocare sinè justa causa. Communis DD. apud modò citatos. Ratio est: quia approbatio de sufficientia & idoneitate semel legitime facta, ut supponimus, transit in rem judicatam adeoque sic semel approbatus jam est in possessione sui juris, quo sinè nova justa causa privari justè non potest. Unde *c. accepimus de atat. & qualit. Ordinand.* dicitur: *Semel idoneus reputatus debet pro tali haberi semper, aliâ causa non interveniente.* Neque aliud vult Decretum Pii V. in Bulla Romani Pontificis. Ubi

de Regularibus approbatis ad audiendas confessiones ita disponit: *Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in civitate & Diocesi, prævio examine approbati fuerunt, ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem Successore, pro majori conscientia sua quiete examinari de novo poterunt.* Sic Pontifex Sanctus, supponens nimirum rationabilem inquietudinem conscientia ex iustis causis ortam, & quæ merito movere possint virum gravem, qualis est Episcopus, Ergo non ad libitum, multò minùs ex malevolentia, ait Tamburinus.

¶ *¶* Cæterùm ubi subest iusta nova causa dubitandi, de idoneitate alicujus Personæ particularis (rarò vel nunquam erit de tota Communitate aliqua) non modò Episcopum Successorem, sed etiam illum, qui primò approbavit, approbatum ad examen posse revocare, nimis clarum est. Utpote, si manifesta appareat inidoneitas ex pluribus ejus actibus, & experientia personarum fide dignarum: aut si primi examinatores nimis perfunctorii fuissent in examine, & similibus; aut denique approbatus in primo examine non satis subsistens, ob necessitatem aliquam ad interim admissus, indicto certo termino, ad pleniùs examen reverti debet.

III. Minùs ergo Episcopi possunt revocare vel suspendere ipsam jurisdictionem Regularium Mendicantium semel legitimè approbatorum ad confessiones audiendas, absque simili iusta nova causa, quam ad Examen justè revocari possunt.

possent, cum ii, suppositâ approbatione & idoneitate, jurisdictionem non ab Episcopis, sed privilegiô immediatè à Summo Pontifice habeant. Extat de hoc authentica Declaratio Cardinalium apud Barbosam *de potest. Episcop. allegat. 25. num. 30.* & Ascanium Tamburinum, *de jure Abbat. tom. 2. disp. 6. quest. 12.* sic habens. *Illustrissimi Cardinales statuunt Archiepiscopos, Episcopos, ac locorum Ordinarios, ad quos Confessarios approbandi jus spectat, Confessarios Regulares alias ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis confessionibus suspendere posthac minime licere, nisi ex nova causa, eâque ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non servatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, ac locorum Ordinarios, confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis, eâdem sacrâ Congregatione inconsultâ, nullo pacto adimere posse. Roma 20. Novembris 1615.* Ubi notas particulas, *minime licere: nullo pacto posse: importare nullitatem, seu invaliditatem revocationum contra hoc decretum ab Ordinariis attentarum, ut bene probat Lugo de Pœnit. disp. 21. num. 64. post alios.*

677 ¶ Sed neque posse Episcopos eorum Regularium approbationem, aut jurisdictionem arctare ad certas personas vel tempora, expressè declaravit sacra Congregatio Cardinalium die 2. Junii 1587. His verbis: *Regulares, qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis*

nariis, eorumque Examinatoribus reperti, & probati fuerint generaliter quòque & indistinctè absque limitatione temporis, certorumve locorum, aut generis personarum admittantur in Diocesi propria, &c. Sed videmus hoc moderno tempore ab aliquibus Ordinariis hoc non observari.

IV. Jurisdictionis à summo Episcopo adveniens 678
Regulari approbato ab uno Episcopo in hac Diocesi simpliciter non limitatur personis subditis ejusdem Diocesis, à cujus Episcopo approbatus est, sed amplior est, potissimum quoad duo. 1. Nicolaus V. Sixtus IV. Paulus III. apud Rodriq. tom. I. q. 61. a. 6. concesserunt, quòd Regulares in una Diocesi degentes, non obstante, quòd ab Episcopo illius Diocesis solummodò approbati sint, omnes tamen quantumvis extraneos, & aliorum Diocesium, undecunque ad suas Ecclesias, vel ad se venientes absolvere possint. 2. Gregorius XIII. Patribus Societatis (& consequenter per communicationem Privilegiorum, etiam reliquis Mendicantibus) concessit, ut ii ab uno saltem Episcopo approbati, iter agentes, possint fidelium confessiones audire in locis, in quibus commodus ad Episcopum non patet accessus, seu in quibus non existit Episcopus: ergò approbatio, quam ab Episcopo accipiunt Regulares, & superveniens ex privilegio jurisdictionis simpliciter & præcisè ad eandem unam Diocesim non coarctatur.

§. Sed hic jam supervenit maximi momenti, & valde controversum

§. III.

Dubium Regulare?

Utrum aliquis Privilegiatus ab uno Episcopo juxta formam Tridentini, accipiat Jurisdictionem pro tota Ecclesia, ad ubique audiendas confessiones, &c.

Affirmativam docuerunt DD. non parvæ Authoritatis, asserentes Regularem ab uno Episcopo juxta formam Tridentini approbatum, hoc ipso accipere jurisdictionem pro tota universali Ecclesia, ut sine alia præsentatione, examine & approbatione nova aliorum Episcoporum, ubique terrarum possint confessiones audire. Sic Henriquez *lib. 6. cap. 6. §. 7.* asserens idem docere omnes Theologos ex familia Dominicana & Augustiniana. Suarez *hic disp. 28. sect. 7.* Joan. Sanchez. *Select. disput. 44.* aliique plurimi congesti apud ipsos, ratio fundamentalis datur. Quia regularis juxta formam Tridentini approbatus accipit jurisdictionem à Summo Pontifice universalis Ecclesiæ Pastore immediate, & non ab aliquo Episcopo, ut dictum fuit: sed hæc jurisdictio ut est à Summo Pontifice, est illimitata quoad personas, atque ad omnes fideles extenditur: neque enim illa jurisdictio à Summo Pontifice promanans in privilegiis ullam quoad personas limitationem adjunctam habet: ergo illi ubique, & quorumcunque confessiones audire poterunt. Sententia plausibilis, sed secluso Concilio Tridentinò. Et ideo

Omni-

Omninò vera, & tenenda est Sententia oppo-679
 sita negativa, nempe Regularem, etsi alibi ab alio
 Episcopo approbatum, non tamen posse audire
 confessiones, & absolvere fideles in alia Dicece-
 si, sinè ejusdem Episcopi approbatione, vel li-
 centia (expressa nimirum vel tacita.) Ita com-
 muniò Doctorum cum Laynan *cir. cap. II.*
num. 8. Lugo disp. 21. n. 29. Sumitur mani-
 festè ex Concilio Tridentino decernente: nullum
 Sacerdotem, etiam Regularem posse audire con-
 fessiones, nisi ab *Episcopis* approbationem obti-
 neat: audis: *Nullum Sacerdotem*, nisi approbatum
 ab *Episcopis*? nimirum claro & planissimo sensu;
 à quolibet Episcopo in sua Dicecesi. Cur enim
 plurali numero (*Episcopis*) utatur Concilium,
 nisi quia plurium Episcoporum approbatione in-
 diget Sacerdos, si in pluribus Episcopatibus seu
 Dicecesibus ad confessiones audiendas exponen-
 dus sit? Ut proinde non valeat expositio contra-
 ria, nimirum ly *ab Episcopis*, sumi non copulativè
 respectu ejusdem Confessarii, sed copulativè res-
 pectu omnium, scilicet: *ut quilibet Sacerdos ab*
aliquo Episcopo obtineat approbationem. Huic
 enim interpretationi repugnat, nostrumque sen-
 sum convincit ratio, quæ movit Concilium ad
 hanc constitutionem. Quia ad cujusque Epi-
 scopi officium spectat providere in sua Dicecesi,
 ut idonei Confessarii exponantur: quâ in re non
 semper fidem habere potest aliorum Episcopo-
 rum judicio, sed sæpè meritò timere, ne vel ali
 Episcopi minùs idoneos approbent: vel tamesi

Omini

in alia Diocesi approbati idonei fuerint ad confessiones audiendas, non tamen sint in sua, ubi alia consuetudines, peccatorum reservationes, aliud hominum ingenium, alia instituta commercia sunt: ait prudenter Layman *cit. num. 8.* addens: *Quapropter si Episcopus nolit in sua Diocesi Sacerdotes ad confessiones exponi, nisi eos, qui à se, vel Vicario suo prius approbentur, credibile est, si aliter exponantur, quamvis alibi approbati, eorum absolutiones irritas esse.* Sic Laymannus: excipiens tamen illud privilegium, quo Regulares aliqui eâ concessione Sedis Apostolicæ, semel approbati ab Episcopo, in aliis Diocesisibus iterum approbati non debent: item, si Episcopus contentus sit, ut aliunde accedentes Sacerdotes in sua Diocesi ad audiendas confessiones exponantur, si approbationis ab aliquo Episcopo sibi collatæ testimonium exhibeant. Ex dictis jam patet ad fundamentum oppositæ sententiæ, & amplius patebit §. sequenti.

§. IV.

Qualiter Regulares approbati ab Episcopo acquirunt & exercere possunt Jurisdictionem à Pontifice Privilegiò collatam?

TAmetsi Confessarii Regularium privilegiati & approbati accipiant à Pontifice immediatè jurisdictionem in omnes fideles illimitatam in actu primo, eam tamen in actu secundo completè nec acquirunt, nec exercere licitè & validè possunt, nisi sub modificationibus seu

con-

conditionibus in jure, vel privilegio expressis, cujusmodi potissimum sunt tres, & quarta ex his consequens. Propono & explico breviter.

Prima modificatio est: ut Regulares Episco- 689
 po cujuslibes Diœcesis antequàm in ea confes-
 siones audiant debite præsentati, & si voluerit,
 ejus examini se subjiciant, & approbationem
 obtineant: ut constet Episcopo cuilibet, an per
 idoneos Ministros hoc Sacramentum in sua
 Diœcesi administretur. Hæc conditio sumitur
 ex jure communi *cit. Clement. Dudum*: & ex-
 pressius ex Tridentino paulò suprâ allegato, &
 declarato.

Secunda modificatio est: ut dicti Regula- 682
 res Episcopis præsententur autoritate & legi-
 timo consensu suorum Superiorum, uti constat
 ex eadem *Clement. Dudum*. Quare, si Confes-
 sarius Regularis absque mandato vel consensu le-
 gitimo Superioris approbatus ab Episcopo con-
 fessiones audiat, secundùm omnes illicitè absol-
 vit, absolvendòque peccat: & certò etiam invali-
 de absolvit, si contra voluntatem Superioris se
 præsentans approbetur ab Episcopo ad jurisdi-
 ctionem à Pontifice privilegio concessam: sic
 enim nihil accipit: quia Pontifex non censetur
 conferre illam jurisdictionem, nisi præsentato à
 suo Superiore Regulari, tanquam sub conditio-
 ne sine qua non. Conferitur enim jurisdictio
 illa in gratiam Religionis, & Regulari quatenus
 Regularis, & obedientiæ ac regimini Superio-
 rum subditus est.

682 ¶. At, quid si Sacerdos Regularis citra consensum vel contra voluntatem Superioris se præsentans Episcopo, ab eo approbetur, ut jurisdictionem actualem ab ipso Episcopo accipiat in ejus Diocesanõs subditos, eo modo: quo Sacerdotibus sæcularibus conferre solet Episcopus? R. Omnino Episcopus potest ei valide suam jurisdictionem conferre etiam incio, ac invito suo Superiore Regulari, ipsèque Religiosus recipiens jurisdictionem valide absolvit ejusdem Episcopi subditos tantum, etiã & recipiendõ & absolvendõ peccet. Ita post alios Layman. *cap. 10. n. 19.* pluresque citans Tamburinus *l. 5. Pænit. c. 5. §. 2. n. 29.* Ratio est: quia Episcopus potest conferre suam jurisdictionem in oves suæ Diocesis, cuilibet idoneo, qui se aliquo modo ei subicit: certè potest conferre alteri non subdito, v. g. Sacerdoti alterius Diocesis, incio vel invito Episcopo alterius illius Diocesis, cur non etiam Religioso, incio vel invito suo Superiore? Etiã Religiosus iste peccet contra obedientiam & voluntatem Superiorum ita se subjiciendõ Episcopo in tali ministerio. At, quam graviter peccabit? Layman *cit.* significat, peccare semper mortaliter, sive invito positivè, sive solum incio citra positivam ejus prohibitionem hoc faciat, quia semper in re gravi utitur suâ voluntate independentè à voluntate Superioris. Nimiùm probaret hæc ratio, ut tutè vides. Rectius ergo Tamburinus *cit. num. 33.* censet, tunc tantum peccare mortaliter ita accipiendõ jurisdictionem,

nem, & Sæcularium confessiones audiendò, quando ei Superior legitimè per positivam prohibitionem præciperet graviter, ne id faciat, tunc epim solummodò verè faceret contra obedientiam Superiori debitam, aliàs ad summum peccabit venialiter. Nam ex certa consuetudine saltem, non peccant Religiosi contra obedientiam, vel dependentiam à suis Superioribus. Nisi hi legitimè suam voluntatem exprimant in contrarium.

Tertia modificatio est, quòd iurisdictio à Summo Pontifice concessa Regularibus ab Episcopo approbatis, exerceri non possit valide in ipsos Regulares tam Religiosos, quàm Moniales, nisi de consensu & licentia Superiorum cuiusvis Ordinis respectivè. Sic enim declaravit Clemens VIII. Bulla. *Romani Pontificis data 1599. 23. Novembris.* Ubi declarat, in omnibus indultis nunquam fuisse mentem Sedis Apostolicæ ulli Religioso, vel Moniali dare licentiam confitendi alicui contra dispositionem suorum Superiorum: *Sed (inquit) nostra intentionis existere, quod iidem Fratres & Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subjecti sint, Apostolica Auctoritate tenore presentium perpetuò declaramus.* Quare tam invalidè, quàm illicitè Regulares Privilegiati, prætextu privilegiorum & indultorum generalium absolvendi quoscunque fideles, absolvunt personas Religiosas, viros vel fœminas, contra-

voluntatem, vel citra omnem expressam, vel tacitam, seu præsumptam suorum Superiorum licentiam. *Contra ergo validè, & licitè absolvent.* 1. Quando Superiores expressè eam licentiam confitendi ac absolvendi concedunt. 2. Quando est consuetudo tolerata in Monasteriis, præsertim Monialium, ut advenientibus Religiosis Fratribus confiteantur. 3. Quando in calu, saltem interpretativè præsumi potest legitimè de consensu & voluntate Superioris: idque maximè, quando Religiosi mittuntur foras, aut de jussu vel licentia Superiorum aliquanto tempore degunt in locis, ubi non sunt Confessarii sui Ordinis, qui à Prælatis suis Jurisdictionem habeant, de quo rursus aliquid inferius. 4. Denique, si expressum aliquod emanet privilegium vel indultum tale, ut in Jubilæis. Certè in Jubilæis nostro tempore hætenus promulgatis patentè & communiter, quoad hoc, jurisdictioni huic Regularium derogatum fuit: adeoque potuerunt sibi eligere quemcunque Confessarium Regularem, Sæcularem, Approbatum ab Episcopo loci: ut nullus scilicet à libertate confitendi sua peccata, tempore universalis indulgentiæ, excluderetur. Si ergò deinceps edantur Jubilæa similis tenoris, par potestas concessa erit. Adde tacitum consensum Superiorum, qui dum Jubilæum suis subditis proponunt, satis ostendunt, eam libertatem se approbare, ait Tamburinus *cit. cap. 5.*

§. 4. num. 4.

684 Quarta modificatio ex prædictis consequent

quens est: quod Confessarii Regulares subditi cā
amplā jurisdictione, etiam respectu Sæcularium
non possint uti, nisi de licentia & deputatione
suorum Superiorum, expressā vel tacitā. Nam
hanc amplam facultatem Pontifex concedit &
delegat ipsi Ordini, ut Prælati Ordinum com-
mittere eam possint suis Regularibus Sacerdoti-
bus, quos ad hoc munus idoneos judicaverint:
sine quorum proinde expressa vel tacita licentia,
nec licitè, nec validè quā facultate uteretur Sacer-
dos Regularis subditus, etiam ab Episcopo jam
approbatus. Ex communi DD. Rodriquez *Q. Q.*
RR. tom. 1. q. 60. a. 3. aliisque citatis Layman.
c. 10. n. 19. & latè Gobat *num. 629.* Atque
hinc fit, quòd Prælati Regulares suis Sacerdoti-
bus subditis jam approbatis, & expositis eam ju-
risdictionem ex causa, etiam non notoria, denuò
auferre possint, & à confessionibus audiendis su-
spendere. Quanquàm si Prælatus alicui Con-
fessario interdicit, ne confessiones audiat, non
ideò statim existimandus est ei jurisdictionem
auferre velle, ut validè Sacramentum admini-
strare nequeat, sed plerumque solum exercitium
prohibere, ut licitè non possit, nisi ipse contra-
rium exprimat, vel ex circumstantia seu causa pro-
hibitionis id præsumi debeat: utpote si ob insci-
tiam vel aliam indignitatem, eum ab officio Con-
fessarii suspendit, vel deposuit. Vide Lugo Mi-
randa *Man. Prælat. tom. 1. quest. 45. cap. 13.*
Rodriquez *cit. q. 60. a. 2.* Layman. *num. 19.* &
alios apud istos.

685 §. Ex dictis de approbatione emergit dubium singulare. Quando Religiosi de licentia Superiorum peregrinantur vel commorantur in locis, ubi non sunt Sacerdotes proprii Ordinis, solet eis fieri licentia (saltem tacita in ipsa licentia exterius commorandi imbibita) ut tunc confiteantur Sacerdoti alteri, seu Regulari alterius Ordinis, seu Sæculari. Hoc casu, possuntne Regulares in Confessarium sibi eligere Sacerdotem simplicem, nondum ab aliquo Episcopo approbatum? Negat Valquez cum paucis. At cum multis affirmat Suarez, etimque secutus Tamburin. *cit. c. 5. §. 2. num. 17.* Ratio est: quia ex una parte Concilium Tridentinum in hoc decreto requirens approbationem Episcopi, non comprehendit Confessarios Regularium, seu Religiosorum, sed clarè *Sæcularium, etiam Sacerdotum tantum*: ex alia autem parte à Superioribus isti Religiosi peregrinantes non restringuntur ad Confessarios approbatos ab Episcopo, (alioquin enim sine dubio non possent) ergo neque à nobis restringi debent. Ais: ergo multò magis ego Religiosus extra Conventum degens facio meo Sacerdoti simplici confiteri potero? Omnino potes, si tua licentia diutius extra Conventum manendi eam tacitam licentiam extra confitendi imbibere videatur: quamvis id in nostro Ordine in praxi non auditum testetur. L. Portellus *v. Confessarius n. 14.* Alioquin certò non poteris ei confiteri mortalia ad absolutionem directam: bene autem potes tali confiteri
 venia-

venialia aliqua, ut ab his directè, & indirectè à mortalibus absolvaris: ut jam alibi insinuatam, & *sect. seq.* insinuatam ampliùs.

QUÆSTIO III.

Quid? & quotuplex est Jurisdictio generatim? *speciatim.*

Jurisdictio ordinaria quid? quorum? à quo? respectu quorum?

SUMMARIUM.

686. *Jurisdictio ordinaria quid?*

687. *Quibus competat?*

691. *A quo habeatur?*

693. *Quinam ei subjiciantur ratione domicilii, vel quo? domicilii?*

694. *Aut Privilegiò status.*

695. *Vel juris dispositione.*

Jurisdictio Confessarii est autoritas, potestas, seu facultas jus dicendi, seu sententiam ferendi in alium tanquam sibi subditum in foro conscientiaë, quod ipsum significatur verbis Christi, & pro definitione servire possunt. *Est potestas ligandi, & solvendi in foro conscientiaë Sacramentali.* Vide dicta initio capituli. Triplex est divisio Jurisdictionis communiter assignata, & recepta à DD. 1. *Ordinaria & delegata.* 2. *Certa, probabilis, & dubia.* Ad quas revocatur error communis. 3. *Universalis, & restricta;* ad universalem commodè revocamus illam generalem jurisdictionem pro articulo mortis. De ordinaria *speciatim* dicam hâc quaestione. De reliquis seorsim per distinctas quaestiones sequentes.

§. I.

Jurisdictio Ordinaria Quid?

686 **J**urisdictio ordinaria dicitur, quæ alicui competit ratione muneris, officii, vel beneficii ad quod assumitur. Unde & dicta *ordinaria*: quia talibus sic assumptis *ordinariè* semper ipso officio vel beneficio collato, censetur conferri. Quapropter etiam hæc jurisdictione semel legitime collatâ, sine legitima causa vel propria resignatione, nemo privatur: quod sæpe aliter fit in jurisdictione delegata. Neque de hoc hic plura dicere operæ pretium est.

§. II. *Quorum?*

687I. **T**res sunt Judices ordinarii, habentes nimirum jurisdictionem ordinariam in hoc tribunali: Papa, Episcopi, Parochi. *Papa* ex vi Electionis suæ in Pontificatum competit jurisdictione in Ecclesiam universalem, tanquam supremo, ordinario, & universali Pastori, ac Vicario Generali Christi. *Episcopis* ex vi Electionis & Confirmationis suæ competit jurisdictione ordinaria in suas Dioceses, & Diocesanos: eò ipsò enim, quò legitime electi & confirmati sunt, etsi consecrationem Episcopalem nondum acceperint, si Sacerdotes sint, per se Sacramentum hoc suis Diocesanis omnibus administrare, aliòsque ad id delegare possunt. *Parochis*, similiter ex vi legitimæ Institutionis suæ competit jurisdictione ordinaria in suos Parochianos. Eò ipsò enim, quò

quò Parochiale beneficium eis confertur, jurisdictionem in foro sacramentali accipiunt.

II. Ordinariam etiam jurisdictionem habent 688
& ordinarii appellantur, qui prædictorum vices gerunt ex vi muneris, officii vel Beneficii sui. Ut pote 1. Papalem, Vicarii Generales Papæ, Legati à latere, supremus Pœnitentiarius. 2. Episcopalem, Vicarii Generales Episcoporum, & Pœnitentiarius, ubi Pœnitentiaria est in officium erecta. 3. Parochialem, vicarii Parochorum, ubi Vicariæ sunt in officium, vel beneficium seorsim institutæ, uti sunt Vicariæ Capitulorum, Monasteriorum &c.

III. Quasi talem ordinariam jurisdictionem habent 689
Prælati Ordinum exemptorum. Ut potè. 1. Quasi Archi-Episcopalem, vel Patriarchalem, Generales totius Ordines. 2. Quasi Episcopalem, Provincialem respectu totius Provinciæ: Abbates exempti respectu suorum Monasteriorum, Præpositurarum, Prioratum, &c. 3. Quasi Parochialem, Guardiani, Priores, Rectors, alii immediati Superiores Ordinum respectu sibi commissorum &c.

IV. Ad jurisdictionem ordinariam etiam revo- 690
canda est illa, quam ex perpetua Ecclesiæ consuetudine obtinet quilibet Sacerdos, etiam simplex in tribus casibus: 1. Super venialia tantum. 2. Super mortalia, à quibus Pœnitens jam antea legitime absolutus fuit. 3. Super omnia omninò peccata in articulo mortis. Quamvis enim hæc jurisdictio non competat ex officio, ipsi tamen Sacerdo-

cerdotio perpetuò annexa est : hoc tamen discrimine, quòd primam & secundam facultatem Ecclesia auferat Sacerdoti excommunicato non tolerato, scilicet nominatim denunciato, ac notorio percussori Clerici secundum communem sententiam, ut proinde ea facultas Sacerdotibus non jure Divino, sed ex Ecclesiæ concessione competat : tertium verò pro articulo mortis non auferit, quia non expedit propter Sacramenti hujus necessitatem : at tamen absolutè loquendò posse auferre, tanquam non jure Divino, sed Ecclesiastico tantum competentem, docent communius DD. cum Valentia *hic d. q. 10.* Suarez *d. 26. sect. 5.* Layman *c. 10. n. 2.* alii. Contra tamen eam facultatem jure Divino competere cuius Sacerdoti, ut proinde ab Ecclesia auferri nequeat, docent alii, non pauci, etiam Marchant noster infra citandus. Eò, quòd Concilium Tridentinum *sess. 4. c. 7.* de hac facultate loquens dicat : *in Ecclesia semper custoditum* (non ab Ecclesia institutum, sed custoditum utpote tanquam ab Apostolis traditum, & institutum à Christo) ut in articulo mortis omnes Sacerdotes absolvere possint ab omnibus, sed controversia est speculativa. Practica hujus facultatis dabo sufficienter infra *q. 6.*

S. III. A Quo?

691 J. **A** Christo Joan. 20. immediatè jurisdictionem generalem super omnes fideles acceperunt Apostoli communiter : sed specialiter S. Petrus

Petrus reliquorum etiam Apostolorum Caput & Pastor constitutus, insuper accepit jurisdictionem generalem in se, & in omnibus suis Successoribus perpetuò duraturam, ut nunquam Ecclesia visibili Pastore, & summo Capite destitueretur: atque ab ipso conveniente ordine Hierarchico potestas spiritualis jurisdictionis in reliquos DEI Sacerdotes ac Ministros descenderet & derivaretur. Quare post Apostolos, omnes alii Ministri jurisdictionem à summo Pontifice immediatè, vel mediatè accipiunt: hoc nimium ordine. Ipse summus Pontifex legitimè electus ex vi institutionis, & promissionis à Christo Petro factæ immediatè à Christo jurisdictionem ordinariam generalissimam in omnes fideles, totamque Christi Ecclesiam accepit: ab hoc immediatò accipiunt Patriarchæ, Archi Episcopi, Episcopi, respectu suarum Diocesium: sicut & Prælati exempti Generales, respectu suarum Religionum: mediatè verò à Pontificè, & immediatè ab Episcopis jurisdictionem in sibi commissos accipiunt reliqui Pastores inferiores, Parochi, Vicarii &c. sicut & à Prælati Generalibus Ordinum, accipiunt alii Prælati inferiores, Provinciales, locales &c. respectu sibi commissorum Regularium. Nam respectu sæcularium, nullam ordinariam jurisdictionem habent Prælati Regulares Mendicantes, sed tantum delegatam privilegio à summo Pontifice, sicut & cæteri Confessarii Regulares approbati.

Respectu Quorum?

- 692 **J**urisdicção ordinaria competit suprà §. 2. enumeratis per se respectu suorum subditorum tantum. Tribus autem potissimum modis aliquis fit subditus, & subijcitur jurisdictioni ordinariæ hujus Episcopi, vel Parochi. **I.** *Ratione domicilii, vel quasi domicilii.* **2.** *Privilegiò statús.* **3.** *Juris dispositione, vel interpretatione.*
- 693 **I.** *Ratione domicilii, vel quasi domicilii.* Parochorum ordinariæ jurisdictioni subijciuntur, qui inter limites Parochiæ *domicilium* habent perpetuum, vel *quasi domicilium*, utpote familiam vel habitationem, ubi ratione beneficii, officii, negotii, vel mercaturæ magnâ anni parte, commorantur & habitant: unde qui habet duo domicilia in diversis Parochiis, aut in una domicilium, in altera quasi domicilium, utriusque Parochi jurisdictioni subijcitur, ut ab utrolibet, quando libuerit, absolvi possit, ut cum aliis docet Navar. in caput plasnit n. 77. At, quid si quis habeat domicilium in confinibus duarum Parochiarum propè æqualibus, cujus Parochi jurisdictioni subijcebit? **R.** Illius Parochiæ ad quam respicit primaria porta domûs: nisi aliter jure vel consuetudine constitutum sit.
- 694 **II** *Privilegiò statús,* ordinariæ jurisdictioni subijciuntur, qui alicui statui vel familiæ unijuntur, cujus Superior ex privilegio ordinariam jurisdictionem habet. Ut Novitii Religiosi tẽ-

pore Novitiatus, loci Superiorem Ordinarium habent. Item famuli & domestici Monasteriorum loci Superiorem Ordinarium sortiuntur. Item qui in familiam Cardinalium & Episcoporum admittuntur, ipsis etiam ut Ordinariis subiacent in hoc tribunali sacramentali. Omnia ex communi DD.

III. *Juris dispositione, vel interpretatione, vel* 695
 si mavis, tacita voluntate Ordinariorum per consuetudinem confirmata, ordinarium Judicem in hoc tribunali sortiuntur iter agentes & peregrinantes, qui possunt confiteri Parocho loci, ad quem pervenerint, quando sive ex obligatione, sive ex devotione Sacramenta suscipere volunt. Idque etiam de Confessione annua declaravit Eugenius IV. quando eo tempore, quo debent satisfacere praecepto annuae Confessionis, vel Communionis Paschalis, ad proprium Parochum accedere commodè non possunt: ita tamen, ut in propriam Parochiam reversi testimonium annuae Confessionis & Communionis, Parochis id postulantibus exhibere debeant. Ita ex communi, pluribus allegati Layman tract. 6. cap. 1 c. num. 9. Dummodo non fiat in fraudem: ut si quis directâ intentione discederet ad alium Parochum, ut evitaret proprium: excepto, nisi accederet ad aliquem privilegium approbatum, v. g. Ordinis Mendicantium. De quo vide c. 3. q. ultima.

IV. *Eadem juris interpretatione communi* (vel 696
 potius consuetudine, de qua infra) vagabundi, qui nusquam domicilium, vel quasi domicilium:

ideo-

ideoque nullum Sacerdotem proprium Ordinarium habent, ordinarium sortiuntur, & confiteri possunt ubique locorum, quò pervenerint, ac proinde, quocunque loco existant tempore, quò Sacramenta suscipere debent, vel volunt à loci illius Parocho, aut alio delegato recipere poterunt. Ex communi Layman *cit. num. 7.* addens in fine: *Pertinet autem ad curam Episcopi in cujus Diocesi vagabundi plerumque morantur, ut eos tempore Paschali ad sacram Confessionem & Communionem compellat à Pastoribus locorum, vel aliis facultatem habentibus accipiendam.*

QUÆSTIO IV.

Jurisdictio delegata quid? à quo? quotuplex? quibus modis?

SUMMARIUM.

697. *Jurisdictio delegata quid?*

698. *Quis possit eam delegare?*

699. *Delegari potest directè, vel indirectè.*

700. *Quibus, & qualiter fiat delegatio à jure vel privilegio?*

704. *Quibus, & qualiter à consuetudine? &*

709. *Quibus, ac qualiter ab homine?*

§. I. Quid?

697 **J**urisdictio delegata dicitur: quam Sacerdos in Pœnitentem acquirit, non ex vi beneficii vel officii alicujus proprii, sed solum ex commissione alterius ordinariam jurisdictionem habentis, & consequenter in proposito: Confessarius delegatus est, qui non ex vi officii vel muneris sui, sed

sed ex commissione alterius ordinariam jurisdictionem habentis, habet & exercet jurisdictionem in Pœnitentem. Tales sunt omnes Confessarii Ordinum Mendicantium respectu secularium: atque alii, qui ab Episcopis ad audiendas confessiones exponuntur absque collatione alicujus beneficii vel officii Parochialis, utpote Capellani simplices. Item Confessarii Religiosi, qui à Superioribus deputantur pro suis subditis Regularibus. Et hinc patet.

§. II. A Quo?

Omnis, & solus jurisdictionem habens ordi- 698
nariam potest eam delegare alteri, utpote Episcopus, Parochus, Prælatus Regularis &c. quisque respectu suorum subditorum. Idque possunt, etiam si ipsi Sacerdotes non sint, adeoque per se absolvere non possint, tamen conferre, & magis delegare possunt aliis jurisdictionem suam, cum ea collatio, vel delegatio non sit actus Ordinis, sed Jurisdictionis. At verò, qui jurisdictionem delegatam tantum habet, non potest eam ulterius delegare alteri, cum totam potestatem suam ipse ex aliena voluntate habeat: exceptò tamen, nisi hoc ipsum expressè delegato concessum sit à delegante, ut ob causam suo loco alium substituere possit: aut ex probabili Epikeia ita interpretanda esset voluntas delegantis. Utpote, si Parochus impotens deleget alium pro suis Parochianis tempore Paschali, qui se inveniat insufficientem multitudini consentium, si occurrat alius approbatus, qui illum juvare velit, & fa-

cilis recursus ad Parochum non sit, poterit is delegatus subdelegare ex justa interpretatione voluntatis Parochi, qui ipsum delegans utique noluit obligare ad impossibile, sed supponitur vel le ut congruè suis ovibus satisfaciatur. Vide Marchant. *Tribun. p. I. tract. 2. tit. 1. q. 2. sine.* Reliqua jura de subdelegatione Confessariorum pro hoc foro parum, vel nihil concernunt.

S. III. Quotuplex?

199 **D**uplex est delegatio, seu dupliciter delegatur jurisdictio, *directè & indirectè.* Jurisdictio delegata directè dicitur, quando alicui committitur potestas, ut ipse per se directè Pœnitentem absolvat. Et hæc fieri potest soli Sacerdoti Characterem, & potestatem Ordinis habenti. Jurisdictio indirectè delegata dicitur, quando alicui conceditur, ut Sacerdotem aliquem nominet vel eligat, qui ipsum, vel alios absolvat. Factâ potestea eâ electione vel nominatione, eo ipso jurisdictio indirectè collata censetur Sacerdoti nominato, electo, ac velut presentato. Unde quamvis ipsa delegatio jurisdictionis necessariò ad Sacerdotem terminetur, ministerium tamen medium hujus delegationis, scil. electio vel nominatio Sacerdotis, etiam Laicis, imò & foeminis committi potest. Hòc modò aliquando Laicis committitur, vel permittitur, ut eligant sibi Confessarium quemcunque approbatum, ut in Jubilæis, in Bulla cruciata &c. Sic & Abbatissis sæpe concessum est, ut Confessarios pro se, & suis Monasteriis

steriis eligant, vel assumant, qui ipso facto, ex vi principalis concedentis censetur indirectè delegatam jurisdictionem obtinere: sicque indirectam potestatem jurisdictionis habent omnes Confessarii electi eorum, qui potestate eligendi sibi Confessarium gaudent, de quibus mox intra.

§. IV. Quibus modis?

DElegatio potestatis directa, indirecta, tribus modis fieri consuevit: 1. A jure, vel privilegio. 2. A consuetudine. 3. Ab homine.

I. A Jure, vel Privilegio.

I. **C**elebris talis directa est delegatio Fratrum⁷⁰⁰ Minorum, & Prædicatorum, reliquorumque Mendicantium facta à summis Pontificibus, tum in jure *Clementina cap. Dudum de sepulturis*, tum in extravaganlibus bullis ac privilegiis, ad audiendas Confessiones fidelium undecunque ad se accedentium, de qua jurisdictione per occasionem plura dixi mox suprà *q. 3 §. 4.*

II. Talis est delegatio indirecta Confessario⁷⁰¹ rum, qui audiunt Confessiones eorum, quibus Confessarii electio à jure permittitur. Celebrior est illa, quam facit Gregorius IX. *15. Decret. tit. 38. de Penit. & Remiss.* dicens: *Ne pro dilatione penitentia periculum imminuat animarum, permittimus Episcopis & aliis Superioribus, nec non minoribus Prælatiis exemptis, ut etiam præter Superioris sui licentiam, providum & discretum sibi eligere possint Confessarium.* Sic Pontifex. Ubi

nomine Superiorum, nec non minorum Prælatorum exemptorum, intelliguntur Generales, Provinciales, Guardiani, Priores, Rectores, Præpositi, Præfides, qui veram jurisdictionem Ecclesiasticam habent in Religionibus exemptis.

702 III. Ad juris etiam delegationem indirectam pertinet electio Sacerdotis alicujus approbati, quando Sacerdos proprius est notoriè ignarus & imperitus in iis, quæ sunt sui muneris: tunc enim (saltem licentiâ petità, etsi non obtentâ) licet alteri idoneo confiteri, hoc ipso à jure indirectè de-delegato. Hoc jus colligit Navarrus ex Urbano II. *p. cap. placuit de Pœnit. dist. 6.* Ubi sic loquitur Pontifex. Placuit, ut nulli deinceps Sacerdotum, quemlibet commissum alteri Sacerdoti ad pœnitentiam suscipere liceat, sine ejus consensu, cui primò se commisit, nisi pro ignorantia illius, cui Pœnitens priùs confessus est. Et sic exponitur *ibidem caput Sacerdos*, ex Gratiano. *Aliud est favore, vel odio proprium Sacerdotem contemnere, quod sacris Canonibus prohibetur: aliud cacum vitare, quod hâc autoritate quisque facere movetur: ne sicacus, caco ducatum prabeat, ambo in foveam cadant.* Atque ita præter Navarrum docent D. Thomas, Medina, Vasquez, Hurtadus, Diana, alii, ac noster Marchant *suprà cit. tit. 2. q. 3.* censens Sententiâ esse verissimam autoritate Canonum nixam, ac fundamentali ratione: quòd Judex totus ignarus pro non Judice habeatur. Quantumvis multi contrarium sentiant.

703 IV. Ad eandem delegationem indirectam, & inter-

interpretativam pertinere credibile est, electionem idonei Confessarii, quando Pœnitens non potest confiteri proprio Sacerdote sine moraliter certo periculo, damno, vel ruina spiritali, seu lapsus in peccatum mortale: ut si mulier sciret hunc Sacerdotem esse sollicitatorem, prævidens probabilissimè se ab eo sollicitandam &c. si alium privilegiatum facilè adire nequeat, potest eligere quemcumque idoneum in sua Diocesi approbatum, maxime si licentia petita, etsi non impetrata sit. Ita post *Sylvestrum, Medinam, Toletum, &* alios. Marchant loco cit.

¶ Dixi utrobique (saltem licentiâ petita, etsi non impetrata) In his enim duobus casibus ignorantia & improbitatis tantæ, iniquissimè negantur licentia à proprio Sacerdote, vel Parocho. Quin addit Marchant: *etiam non petita*, quando commodè peti non potest sine aliquo detrimento, uti sunt graves aversiones Sacerdotis proprii, odia, detractiones, &c. Si enim sine gravi incommodo licentia peti non potest, eodem jure censeberis absolutus. Caterum, extra hos duos casus ignorantia notoria, & gravis periculi ex malicia proprii Sacerdotis, vera mihi est sententia Soti, Suarez, Layman, aliorum; nimirum, invalidè absolvi quempiam ab alieno, si proprius Sacerdos licentiam petitam, etiam injustè denegeret, quamvis negandò graviter peccare possit. De quo dixi aliquid cap. 3. quest. ultima §. 3. sub finem.

II. A consuetudine probata.

704 **C**ensetur delegari iurisdictio directè, vel saltem indirectè, quando aliqui communiter consueverunt eligere Confessarios approbatos, scientibus Superioribus, nec prohibentibus: tunc enim censetur tacitè consentire, & jurisdictionem ejusmodi Confessariis electis delegare. Quare delegatio talis est à consensu tacito Superiorum: & non ab ipsa consuetudine ut causâ delegante, sed tantum ut signo taciti consensûs & delegationis Superiorum. Et hinc:

705 I. Hâc consuetudine & tacitâ delegatione eligunt sibi confessarios Parochi, aliique Sacerdotes curati communiter, & sibi invicem vel aliis Sacerdotibus approbatis confitentur, ex consensu tacito Ordinariorum id scientium & aliud non statuentium. Eâdemque consuetudine & tacito Superiorum consensu etiam, in nostra Religione Fratres confitentur aliis in Ordine approbatis Sacerdotibus præter deputatos pro Conventu, quod alioquin valere non posset ob defectus jurisdictionis, quod valde notandum.

706 II. Eâdem Consuetudine in omnibus Religionibus receptâ, si plures ejusdem Ordinis Religiosi peregrè mittantur, unus alteri, qui Sacerdos est, & Confessiones audire solet, confiteri potest. Itémque si Religiosi, præsertim Sacerdotes iter faciunt, aut diutiùs extra Monasterium morantur in loco, ubi non habent copiam Confessarii proprii Ordinis, ex præsumpta licentia & consensu Superioris sui, alteri Sacerdoti Regulari vel

Sæculari confiteri plerumque possunt, saltem ea peccata, quæ in Ordine suo reservata non sunt, Roderiquez *Q. Q. Regul. tom. 1. q. 62. a. 5.* Layman c. 10. n. 20. alii communiter.

III. Ad eandem consuetudinem, ex tacito consensu eorum, quorum interest, revocari potest jurisdictione, quâ Parochi vel curati expositi in hoc loco excipiunt confessiones cujusvis peregrini vel vagabundi adventantis: de quibus dixi *quest. preced. sub finem*: Eâdemque excusari potest mos, quo Rustici alique peregrinantes ad loca sacra, etiam non valde remota ibidem confiteri solent Parochis, vel Sacerdotibus expositis, dummodò non fiat in fraudem propriorum Parochorum, idque maximè pro confessione annua. Et rectè resolvit Gobat *Alphab. Confessar. Casu 3. num. 83.* Si in pago remoto, aut etiam vicino, in quopiam die festo sit proposita indulgentia plenaria, posse ad eam lucranda te illo conferre, & confiteri Parocho illius loci, nisi expressè constet proprium tuum Parochum, nolle ratam habere talem confessionem. Ratio est: *Quia in obscuris inspicit debet illud, quod plerumque fieri solet*: at certè vix tricesimus Parochus erit tam durus, quin tunc faciat suis copiam taliter confitendi alteri, saltem extra tempus obligationis. Atque hæc notoria consuetudo, quamdiu se expressè non opponit tuus Parochus, est signum sufficiens sensibile ejus consensûs & ratificationis de præsentibus.

IV. Tandem ad eandem consuetudinem per-

missam tacito consensu spectare videtur, quod alicubi, etiam apud nos in locis peregrinationum in magno concursu hominum ex diversis Parochiis, rogati à nobis Parochi ac Sacerdotes sæculares curati excipiunt Confessiones quorumvis, absolventes nimirum à peccatis, à quibus alioquin absolvere possunt (non utique à casibus Papalibus reservatis, à quibus nos Privilegiò absolvimus.) Certum enim est, id non posse fieri ex nostra delegatione, cum ipsimet merè delegati Ministeriales respectu Sæcularium, alios subdelegare minimè possimus. Fit ergo ex consuetudine notoria, & saltem tacito consensu vel Ordiniorum, vel Parochorum aliorum priorum illorum fidelium, qui sine dubio contentissimi sunt, suos Parochianos apud nos confiteri eo modo, quo commodè possunt, adeoque in defectu nostrum, etiam aliis. Quanquam tutissimum foret petere expressum consensum Ordinarii, prout alicubi fieri vidi.

III. Ab Homine.

709 **F**it delegatio, quando habens jurisdictionem ordinariam verbò, vel scriptò, aut signò sufficienti committit jurisdictionem alicui pro sibi subditis directè vel indirectè v. g. Papa in Jubilæo pro Parochianis: Prælatus Regularis pro sibi subditis Religiosis vel Monialibus, &c. Ad ejusmodi autem jurisdictionem ab homine delegandam necessariò requiritur consensus actualis præsens signo aliquo manifestatus, & nullo modo sufficit ratihabitio de futuro, seu quòd Ordinaris

narius delegare potens postea ratam habiturus sit Confessionem & Absolutionem ab altero factam: Certissima & communissima DD. cum Navarro *cap. 9. num. 6.* Suarez *disp. 25. sect. 1.* Sanchez *lib. 3. Matr. d. 35. n. 24.* Layman *c. 10. num. 16.* alii passim. Ratio clara est: quia Sacramentum Pœnitentiæ invalidè confertur ab eo, qui nullam jurisdictionem actualem habet eo tempore, quo Sacramentum confert & absolvit: atqui eo tempore non potest habere jurisdictionem actualem; nisi de actuali præsentis voluntate delegantis, aliquo sensibili signo sibi cognito: quia consensus futurus primùm, non potest conferre jurisdictionem pro tempore præsentis, quo datur absolutio; neque valor ac effectus Sacramenti, potest pendere ab eventu futuro: ergo requiritur consensus actualis præsens, expressus vel tacitus, & non sufficit ratihabitio de futuro. Ex quo soluta manet coincidens quæstio: an ad hanc delegationem *ab homine* sufficiat præsumptio vel interpretatio voluntatis ac facultatis Superioris vel delegantis: ex dictis enim respondendum cum distinctione.

I. Sufficit præsumptio de consensu seu voluntate delegantis præsentis, si reverà adsit. Quando nimirum præsumptio vel interpretatio fundatur in signis vel motivis multùm probabilibus & quasi certis, quòd talis sit voluntas delegantis v. g. Superioris, vel Parochi in præsentis. Ut si audias confessiones, vel tu confitearis alteri, Superiore, Ordinario, vel Parocho præsentis vel scientis

te non tamen contradicente, sed tacente, cum tamen contradicere vel impedire, si vellet, facile posset: jam tacite jurisdictionem conferretur, ut proinde valide absolvas, vel absolvaris. Nam qui sic tacet, non solum consentire videtur juxta Regulam juris, sed etiam ipso suo silentio, tanquam signo sensibili externo consensum suum exprimere: at si revera dissentiat in animo, taceat tamen, & non impediat actu ipso, quia vel timet offensas seu rixas, vel putat illum aliunde habere potestatem, aut jussit illum prohiberi per ædituum v. g. sed is non prohibuit &c. omnino invalida erit absolutio. Quia præsumptio qualiscunque debet cedere veritati. *cap. Nuper de Bigamis.* Suarez, Coninck, Lugo, alii cum Layman *cit. n. 16.* rectè concludente; quòd præsumptio consensûs præsentis, licet rationabilis sit, tamen nihil confert ad valorem Sacramenti, si re ipsâ consensus (signo quocunque declaratus) & consequenter jurisdictionis Commissio defuit. A fortiori ergo

- 711 II. Nullo modo sufficit præsumptio, vel interpretatio quantumvis rationabilis & certa de futuro tantum consensu, & rati habitione delegantis, quòd scilicet. quando resciverit, futurus sit contentus: ob rationem datam: jam enim Sacramentum seu absolutio antea collata defectu jurisdictionis invalida fuit, neque consensus seu subsequens rati habitio efficere potest, ut modò primùm convalescat, ut meritò concludat Navarrus apud Layman *cit. Sacramentum quod ab ini-*

io nullum est, nullâ ratihabitione, etiam Papa, validum fieri potest. Et Regula veluti Generalis est: Nunquam sufficit ratihabitione futura, vel præsumptio de consensu futuro, quando agitur de valore actûs præsentis: etsi sufficiat, quando agitur solum de honestate actûs seu de licito: quo bene notato, facile solves objectiones & instantias de aliis Sacramentis, de usurpatione rei alienæ &c.

§. Dices: Nonne secus est in contractibus? 712

Si pro te emam equum, tûque postea, re cognitâ ratifices, certè contractus emptionis conualescit, & obligaberis perindè, ac si ipse emisses, juxta Regulam Juris Canonici in 6. *Ratihabitionem retrahi. & mandato non est dubium, aequiparari.* Cur non idem sit in proposito? R. Ideo non est idem. Quia valor contractûs pendet ex sola voluntate paciscentium: & ideò meritò futura secuta ratihabitione aliquid operatur. At verò valor & effectus Sacramenti principalissimè pendet ex institutione Christi requirente omnia ad valorem requisita necessariò existere tunc, quando Sacramentum conficitur & effectum suum producere debet ut dictum est.

QUÆSTIO V.

Quid jurisdictio certa, probabilis, dubia? ubi etiam de errore

communis.

SUMMARIUM.

713. *Quid jurisdictio certa.*

714. *Quid, & quando censetur adesse jurisdictio ex errore communi: cum, vel sine titulo colorato.*

715. Quid *jurisdictio probabilis*?716. An, & quando *hoc* sufficiat?718. An, & quando sufficiat *jurisdictio dubia*?

§. I.

Jurisdictio certa

713 **E**st, quæ nititur certo titulo ac fundamento, qualis est omnis *jurisdictio ordinaria* eorum, qui beneficia, vel officia curata legitime, & pacifice obtinent: & omnis *jurisdictio delegata* eorum, qui vel à jure, vel ab homine, vel consuetudine probata delegationem expressam, indubitata, directam vel indirectam habent, juxta hæc Sectione hætenus latè satis dicta. Inter hanc primam *jurisdictionem certam*, & secundam *probabilem* quodammodo media est hæc commode explicanda

§. II.

Jurisdictio ex errore communi: cum, vel sine titulo colorato.

714 **E**xplio: Aliquis revera tantum Sacerdos simplex, vel privatus *jurisdictione* habitâ, communiter tamen habetur Pastor, vel Confessarius legitimus ab omnibus in tali loco degentibus. Ecce: *communis error* de *jurisdictione* illius Sacerdotis. Hic Sacerdos *simplex*, aut aliunde *jurisdictionis* incapax ob impedimentum Canonicum, verb. gr. excommunicationem &c. aut per simoniam, aut aliter invalidè ab Episcopo obtinet & possidet beneficium aliquod Parochiale, ob quod creditur communiter verus Parochus

rochus vel curatus, cum non sit: Ecce, est hic communis error *cum titulo colorato*: habet enim titulum, scilicet collationem beneficii Parochialis à potente conferre illum, scilicet Episcopo, sed quia invalidè & nulliter accepit, non habet titulum verum, sed apparentem tantum & putativum, & ideo dictum *coloratum*. Denique si talis neque collationem beneficii validam vel invalidam habeat, à potente conferre illum, & tamen communiter Parochus credatur: puta, quia se talem finxit, falsis litteris, vel testibus, aut fortè (prout alicubi factum est tempore belli Suedici) à non potente conferre, scilicet potestate seculari assumptus est &c. Hic tandem erit error communis tantum, sinè omni titulo, etiam colorato.

Quando ergò adest ejusmodi communis error cum titulo colorato, quo aliquis Sacerdos communiter putatur esse Pastor ordinarius vel delegatus, qui reverà non est, eo ipso habere jurisdictionem sufficientem ad validè & licitè absolvendum, ac Sacramenta alia ministranda, Matrimoniis assistendum, communis & certa est Sententia DD. & modò Theologorum omnium, quos numerosè recitat Diana p. 8. tract. I. *resolut. 94.* Ratio ducitur ex benigna interpretatione voluntatis piæ Matris Ecclesiæ, quæ in communi errore cum titulo colorato, ob utilitatem publicam fidelium, ne scilicet magni sapè oriantur scrupuli, turbationes ac difficultates circa hujus Sacramenti administrationem, aliæque ministeria, quæ jurisdictionem requirunt, uti
 affi-

assistentia Matrimonii &c. voluit hunc defectum supplere, & dare veram jurisdictionem illis, qui capaces illius sunt stante errore communi ac titulo colorato, sequendó decisionem *l. Barbarius ff. de offic. Prat.* Idémque dicendum erit in casibus *quest. precedente* positís, quando aliquis absolvit ex consuetudine alienos, in quam reverà non consentiunt ordinarii Pastores: item quando quis pergit absolvere nesciens potestatem suam esse revocatam. *Navarrus, Sylvester,* alii cum Sanchez *l. 1. Moral. cap. 9. num. 15.* Cæterùm quando adest solus error communis, sed sinè omni titulo etiam colorato, ut si Sacerdos nullam etiam invalidam habeat collationem beneficii tamen communi errore putetur Parochus vel curatus, an tunc etiam supplente Ecclesiâ jurisdictionem, validè absolvat, aliáque munia Parochialia obeat, res controversa est apud DD. Negat Sanchez *l. 3. Matr. de 10. num. 6.* cum plurimis. Affirmat Bonacina cum multis aliis apud Dianam *supra cit. p. 11. rr. 2. resol. 69.* probabiliorem judicat, ac probabilem etiam ceniet Tamburinus. *lib. 5. Poenit. cap. 4. §. 7. num. 17.* Accedit Gobat *cit. casu n. 111.* & cum ipso ego non juberem extra articulum mortis repetere confessiones tali Sacerdote factas, ob probabilitatem hujus sententiæ, sicut nec matrimonia, tali Sacerdote assistente, contracta dissolvi. Denique sermo semper fuit, & debuit esse de Sacerdote. Nam si non Sacerdos, v. g. Diaconus se fingeret Parochum, aut quocumque titulo pu-

tare-

taretur esse parochus, nihil ipsum juvabit communis error. Nam Ecclesia nequit supplere defectus repugnantes legibus Divinis, at potest repugnantes legibus humanis. Vide etiam Layman *cit.* nam non juvat amp' ius immorari.

§. III.

Jurisdictio probabilis

I. **D**icitur, quæ probabiliter tantum opinione Doctorum nititur: ut, quòd mendicans approbatus ab uno Episcopo, possit ubique confessiones audire: quòd in articulo mortis possit absolvere simplex Sacerdos, præsentem proprio Parocho, vel Curato: quòd solus error communis, absque titulo conferat jurisdictionem. *immèdiatè supra.* aliæque innumera sparsim hæcenus indicata, & deinceps indicanda. Qualis etiam censetur jurisdictionis eorum, quorum beneficia curata litigiosa sunt. Quamvis enim à parte rei unus tantum possit esse Parochus, plures tamen jus aliquod in titulum & beneficium aliquod obtinere possunt: & quamdiu aliquis per sententiam titulo spoliatus non est, tamen ob titulum coloratum jurisdictionem probabilem habere censetur.

II. Quæstio ergo est. An Sacerdos opinio-
ne verè probabiliter, putans se posse administrare Sacramentum Pœnitentiæ, & absolvere pœnitentem sive absolutè, sive respectivè pro tali certo casu reservato, possit valide, & licitè administra-

re & absolvere, quasi ab illa opinione probabili acquirat certam jurisdictionem, Ecclesiâ conferente, sicut de errore communi cum titulo colorato dictum est. Negant simpliciter multi DD. *Vasquez, Coninck, Rodriguez, alii* & saltem probabiliter *Suarez, Salas, Bardi, Oviedo* apud Dianam, *p. 9. tract. 7. resol. 7.* qui addit hanc sententiam in praxi non esse deserendam. Lugo *disp. 19. Parit. à num. 29.* subdubitatur. Affirmant autem absolutè multò plures. *Sanchez, Poncius ll. cc. Lessius lib. 2. iustitia c. 29. dub. 8.* Fillucius, *Bonacina, alii* apud eundem Dianam consentientem *p. 8. tract. 1. resol. 93.* & probabiliorē censet *Tamburinus cit. cap. 4. n. 8.* Ratio hujus probabilis sententiæ est. Quia apud omnes constat universalem Ecclesiæ consuetudinem conferre jurisdictionem, seu esse signum jurisdictionis collatæ: ex *cap. Cum contingat, de foro competentis*: sed ex universali Ecclesiæ consuetudine omnes ferè Sacerdotes (exceptis paucis, iisque vel nimis timidis, vel indoctis nimis) absolvunt cum jurisdictione probabili: uti expressè testantur ipsi etiam adversarii, *Suarez. d. 26. sect. 6. n. 7.* dicens: *Est autem universalis Ecclesia usus, ut Sacerdotes securè utantur hujusmodi jurisdictione probabili in hujus Sacramenti administratione.* Et Lugo *d. 19. num. 35.* *Est praxis & usus communis omnium Confessariorum, qui cum jurisdictione probabili absolvunt: ergò, ne infinitæ animæ damnentur, vel cogantur repetere confessiones bonâ fide factas Sacerdoti-*

dotibus, qui ex se non habebant: sed ex probabili opinione Doctorum, putabant se habere jurisdictionem fatendum est, quòd Ecclesia, vel Caput Ecclesiæ tribuat tali Sacerdoti actualem Jurisdictionem, sicut dictum est de illo, qui ex errore communi putatur legitimus esse Confessarius.

III. Hanc sententiam in praxi tutam judico⁷¹⁷ cum limitatione: *Quando subest justa causa utendi jurisdictione probabili, cum commodè non possit usurpari jurisdictione certa.* Cujusmodi justa causa censetur. 1. Ut bono pœnitentis consulatur: ut si moribundus rationabiliter nolit, vel non possit confiteri certam jurisdictionem habenti, poterit audire & absolvere simplex Sacerdos, vel alius jurisdictionem probabilem habens. Item, si quis indigeat consiliò, auxiliò, vel solatiò, singulari secretò, nec expedit, ut certam jurisdictionem habens hoc sciat. 2. Ut damnum evitetur: v. g. pœnitens in aliquam aversionem, vel damnosam suspicionem Confessarii certi incidat, aut ne complex manifestetur &c. 3. In necessitate aliqua congrua. v. g. Quando implendum est præceptum confessionis, si singularis indulgentia lucranda: vel quia diu quis non poterit confiteri: item quando magnus est confitentium concursus, nec adsunt, vel non sunt sufficientes Sacerdotes certam jurisdictionem habentes &c. In his & similibus casibus poterit supplere alius jurisdictionem probabilem habens: v. g. mendicans Regularis alibi, sed non in hac Diocesi approbatus. Hujus-

jusmodi autem iustis, seu rationabilibus causis seclusis, dico :

IV. Cum sola jurisdictione probabili, relicta certâ faciliè habendâ absque ulla rationabili causa, ex mera libertate, absolvens (sicut & scienter se absolvi faciens) peccat mortaliter saltem contra charitatem. Sic rectè Marchant. *cit. tractat. 7. tit. 3. quest. 4.* Franciscus Bardi, Joannes Sanchez, eosque sequens Gobat *num. 115.* Ratio sumitur ex communi doctrina de Sacramentis, in quibus quoad essentialia. nunquam licet uti probabilibus tantum, relictis certis, ob periculum nullitatis: atqui jurisdictio est quid essentialia requisitum ad Sacramentum Pœnitentiæ validè ministrandum: ergò non licet uti jurisdictione probabili tantum, absque ulla justa causa, quando facile haberi potest jurisdictio certa, quia similiter se exponeret periculo nihil faciendi, cum tot, tamque graves DD. contra sentiant, nec sit ullo modo probabile vel verosimile tunc Ecclesiam velle supplere defectum, & conferre jurisdictionem, si reverâ non adsit: Ecclesia enim, supplendò jurisdictionem non potest censi velle favere libertati, curiositati, vel præsumptioni temerariæ, sed solùm congruæ necessitati vel utilitati fidelium, quando nimirum quis tali jurisdictione probabili utitur ex causa rationabili, necessitatis vel utilitatis fidelium, & aliàs certa jurisdictio non est ad manum.

§. IV.

Jurisdiction dubia

Dicitur, cum quis propriè dubitat, an habeat⁷¹⁸ jurisdictionem in hunc pœnitentem, vel ejus peccata, vel ulla, vel aliqua, utpote reservata. Dico autem: *propriè dubitat*; dubio scilicet, ut vocant: *negativo*, cum scilicet tibi nullâ occurrat probabilis ratio pro una vel altera parte. Nam in dubio impropiè dicto, seu ut vocant; *positivo*, cum adest aliqua ratio probabilis pro tua parte, scilicet habere te jurisdictionem, ac posse absolvere, etsi quoque occurrat ratio æquè, vel magis probabilis in oppositum: jam non erit dicenda jurisdiction dubia, sed probabilis, de qua jam supra. Ex communi autem doctrina de conscientia dubia, & jam dictis superioribus, breviter resolve.

I. Qui scit se habuisse aliquando jurisdictionem⁷¹⁹ in hunc pœnitentem; dubitat, autem an adhuc habeat, practicè se resolvendò, absolvit securè. Quia mutatio non præsumitur, sed probanda est. Sic, si bonâ fide cœpisti beneficium possidere curatum, & postea incipis dubitare, an jure possideas, securè pergè absolvere tuos: quia in dubio melior est conditio possidentis.

II. Si simpliciter dubitas, an habeas, unquam⁷²⁰ que habueris jurisdictionem in hunc pœnitentem, & ulla ejus peccata; sinè dubio illicitè absolves absolutè: quia sinè causâ exponis Sacramentum periculo nullitatis, decipisque pœnitentem, qui nollet tibi confiteri, si nosset tuam

PARS III. DE SACRAM. T t du-

dubiam potestatem. At verò in extrema necessitate, si desit alius, certâ jurisdictione præditus, licitè absolvet: quia in necessitate est meliùs conferre Sacramentum dubium, quàm nullum: & sicut tunc deficiente materiâ certâ, oportet adhibere dubiam; ita & ministrum dubium.

721 III. Si scias te habere jurisdictionem in pœnitentem, & ejus peccata communia, dubites autem, an in omnia, utpotè an possis absolvere ab hoc vel illo peccato reservato pro certo cognito: rursùs peccabis absolvendò absolutè ob eandem rationem, nisi te excuset aliqua necessitas. Uti quando, postquam cœpisti bonâ fide audire confitentem, oritur tibi dubium circa unum vel alterum peccatum; aut quando pœnitens, nisi absolvas, deberet finè omni confessione & absolutione communicare: aut nimis diù manere in statu peccati mortalis &c. In his enim, similibusque eventibus absolve sub conditione præmonendo pœnitentem, ut postea accedat aliura Confessarium habentem certam jurisdictionem. Vide plura *sect. seq.* & revide dicta *de absolutione sub conditione danda.*

QUÆSTIO VI. Quid Jurisdictio universalis, & restricta?

Speciatim pro articulo mortis.

SUMMARIUM.

722. *Jurisdictio universalis quid, & quibus conveniat?*

723. *In*

723. In articulo mortis eam habet omnis Sacerdos ad quoscunque casus, vel pœnitentes, etiam simplex.

724. Secus, si tunc adsit Confessarius ordinaria, vel delegata potestate prœditus. Oppositum tamen est etiam probabile.

725. An, & quando absolutus in articulo mortis à casu reservato, vel censura à non habente potestatem, postea convalescens debeat se sistere Superiori?

Jurisdictionis universalis simpliciter, respectu omnium, & personarum, & locorum, & peccatorum ac casuum est solius Summi Pontificis: qui solus est universalis Ecclesiæ Pastor. Excepto tamen articulo mortis, de quo mox infra. Jurisdictio *universalis* secundum quid, ac respectu certarum communitatum, convenit Episcopis respectu suarum Dioecesium: & quasi Episcopalem jurisdictionem habentibus, respectu suorum subditorum: utpotè Generali respectu totius Ordinis, Provinciali respectu totius Provinciæ: idque etiam respectu omnium peccatorum & casuum, salva reservatione Summi Pontificis de quo aliquid *sect. seq.* jurisdictionis restricta proprie dicitur, quæ confertur alicui, cum exceptione aliquarum personarum, & communiùs cum exceptione aliquorum peccatorum ac casuum: cum scilicet quis per reservationem prohibetur ab aliquibus peccatis & casibus certis absolvere, à quibus seclusâ reservatione, per jurisdictionem simpliciter datam, aliàs absolvere posset. Et peccata sic excepta & absolvi prohibita, vulgò dicuntur: CASUS RESERVATI. De quibus seorsim pluribus agemus *sect. seq.* sed prius hic commode explicanda venit illa modo indicata

*Jurisdictio universalis pro articulo
mortis.*

Concilium Tridentinum Sess. 14. cap. 7. ita declarat. *Piè admodùm, ne hâc occasione (scilicet reservatorum Casuum) aliquis pereat; in Ecclesia DEI custodicum semper fuit, ut nulla sit reservatio Casuum in articulo mortis, atque adeo omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes, à quibusvis peccatis & censuris absolvere possunt.* Sic S. Synodus. Ubi duo declaranda: quoniam omnes Sacerdotes, & qualiter absolvere debeant in articulo vel periculo mortis; hæc enim duo semper cœquiparantur, ut jam alibi declaratum.

§. I.

Omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes.

723 **O**mnis omninò Sacerdos caractere Sacerdotali insignitus quoscunque pœnitentes absolvere potest in articulo, vel periculo mortis, & saltem in defectum aliorum Curatorum, etiam Sacerdos simplex, vel aliàs jurisdictione privatus: & in defectum aliorum tantùm, etiam Sacerdos excommunicatus non toleratus, suspensus, degradatus. Communissima DD. apud Layman, Lugo, alios passim. Contra Medicam, Sotum, Navarrum cap. 26. man. num. 26. qui saltem hæreticum denuntiatum omni absolvendi potestate, etiam in articulo mortis privatum esse arbitrantur. Sed non rectè: quia Concilium generalissimis verbis exprimit omnes
Sacer-

Sacerdotes, quoscunque pœnitentes eo articulo perpetuâ Ecclesiæ consuetudine absolvere posse. Addit tamen Layman *cap. 12. num. 13.* hominem in mortis articulo constitutum, nullius culpæ argui posse, si hæretico Sacerdoti, ob hæresis detestationem, tamen si nullum subversionis periculum ab eo timeatur, Sacramentaliter confiteri recuset: modò speret se de peccatis suis contritum esse. Addidi ego *in defectum aliorum tantum*. Nam si adsit alius liber ab his vitijs, invalidè absolvet excommunicatus non toleratus, suspensus, degradatus, ut semper docuit communis DD. & novissimè declaravit Congregatio Cardinalium Decreto authentico, apud Fagnanum *in cap. non est nobis, de sponsal. & Matr.* quamvis ante oppositum docuerit multis allatis Tannerus hic *d. 6. q. 9. n. 64.* Dicastillus, Arauxo apud Gobat *cit. Casu 3. num. 129.* Dixi insuper *saltem in defectum aliorum*. Nam

II. Vera mihi omninò videtur Sententia communis DD. quòd in articulo, vel periculo mortis Sacerdos simplex, nec validè, nec licitè absolvat, si Confessarius ordinariâ vel delegatâ potestate præditus, maximè Parochus adsit, aut facilè advocari possit. Ita Navarrus *cit.* plurimisque congestis Suarez *d. 26. sect. 4.* Sanchez *l. 2. moral. cap. 13. num. 7.* Layman. *cit. n. 14.* Cardinalis de Lugo *d. 18. Pœnit. à n. 24.* Atque ita respondisse Gregorium XIII. refert Molina *his d. 36.* Ratio est; quia Sacerdoti simplici potestas absolvendi à quibusvis peccatis & casibus concedi-

ceditur jure extraordinario, ob rationem necessitatis, *ne hac occasione aliquis pereat*, ait Trident. *cit.* si absolutio tunc negaretur: præsentem autem Parocho, vel Sacerdote curato, Privilegiato, &c. jam nullum est periculum, *ne aliquis pereat*: ergo cessante necessitate, cessat hæc extraordinaria potestas per Regulam traditam ab Abbate: *Cum aliquid conceditur propter necessitatem, durat concessio, quatenus urget necessitas.* Et obsecro, cur Ecclesia permetteret, ut morituris, qui maxime spirituali instructione & auxilio indigent, non proprii Pastores, aut ejus delegati, aliive Curati idonei, sed quicumque etiam simplices, non approbati, ideoque plerumque in praxi saltem imperiti, Sacramentum Pœnitentiæ tam necessarium ministrant. Vide plura apud *citatos.*

724 III. Oppositam affirmativam, fateor, probabiliter omnino tenent multi gravesque Doctores, quos citant, & sequuntur Barbosa in *cit. cap. 7. Trident. num. 12.* Tannerus *suprà n. 63.* Tamburinus *de Sacram. l. 5. cap. 12. §. 1.* insigniter Herincx *d. 6. q. 2.* Eò, quòd Concilium generaliter indistinctè dicat *in articulo mortis, nullam esse reservationem, omnem Sacerdotem, quemlibet pœnitentem absolvere posse, &c.* Quamvis in praxi, omnes sententiam nostram consulant. Et huic ipsi probabilis sententiæ in praxi locus est, quando Pœnitens rationabiliter nolit, vel non possit sine difficultate, horrore, vel incommodo aliquo, confiteri Sacerdoti proprio, aut

aut alteri delegato, curato sed potius huic Sacerdoti simplici: aut quando Sacerdos simplex manifestè esset magis idoneus, ac utilis futurus moribundo, quàm Parochus Rusticus, &c. tunc enim adhuc locum habet aliquo modo causalis Concilii: *Ne hac occasione homo pereat.* Denique rectissimè observat Lessius apud Gobat *cit. num. 130.* Nullo modo est dubitandum, quin constitutus in periculo mortis, possit etiam pro casibus reservatis, eligere suum Parochum prætermisso privilegiato, quia Parochus propriè & ex officio obligatur tunc maximè ei omnia Sacramenta saluti oportuna ministrare. Undè, etsi tunc Privilegium haberi possit, non tamen est dubitandum, quin Concilii mens sit, ut Parochus tunc omnem potestatem habeat.

§. II.

*A quibusvis peccatis, & Censuris absol-
vere possint.*

Hic Doctores communissimè ponunt nota 725
bile discrimen inter casum reservatum, &
censuram seu excommunicationem, &c. Quod
absolutus à casu reservato tantùm in articulo
mortis, si postea convalescat, non teneatur ampliùs se siltere Superiori, quia jam directè & plenè absolutus est, quippè cessante tunc omni reservatione, & plenà ac absolutà jurisdictione collatà Confessario, ut dictum est. At vero eo articulo absolutus ab excommunicatione ab eo, qui aliàs absolvere non potuisset, v. g. Parocho

communi, si postea convalescat, tenetur comparere coram Superiore, v. g. Episcopo, aut ipso Pontifice respectivè: idque ex speciali dispositione SS. Canonum, *cap. eos, qui de Sent. Excomm. in 6.* Ratio specialis videtur esse: quia censura fertur principaliter ad frangendam contumaciam peccantis, & non tantum ad impediendum vel emendandum peccatum, sicut fit in reservatione casuum. Debet autem absolutus à censura denudò comparere coram Superiore, non ut iterum absolvatur à censura, cum ab illa in eo articulo non amplius reservata, æquè jam directè fuerit absolutus, sed ut obedientiam præstet, ejus mandatis pareat, pœnitentiam vel remedium ab ipso accipiat. Idque sub pœna reincidentia, hoc est; si postea non compareat coram Superiore, præter novum peccatum inobedientiæ in re gravi, reincidat in eandem excommunicationem, à qua fuerat in articulo mortis absolutus, prout statuunt varii Canones. *cit. cap. Eos qui* Item *cap. Quamvis cap. Ea noscitur: de Sent. Excomm.* Ita quidem, ut dixi: Communis DD. Layman. *cit. cap. 12. n. 15.* & latè Lugo *d. 20. à num. 215.* Nota tamen obiter, ab illa excommunicatione reincidentia jure communi permittente, posse absolvi Episcopum, & consequenter etiam Privilegium Mendicantem. Verùm Marchant. nos- ter *cit. Trib. p. I. Tract. 4. tit. 4. 1.* probabilissimè docet: Hoc solum verum esse in censuris ad forum externum contentiosum deductis; tunc enim solum absolutus in articulo mortis, postea

postea revalescens tenebitur se presentare Superiori, Pontifici v. g. vel Episcopo, &c. ad præstandam obedientiam, & pro satisfactione congrua foro externo ob commissam contumaciam. Alias in foro conscientiae tantum id omnino negat, tanquam inconsequenter dictum ad textum Tridentini: *In Ecclesia DEI semper custoditum fuit, ut nulla esset reservatio in articulo mortis*: ergo absolutus à censura in articulo mortis, manet absolute liber absque onere denuò comparendi coram Superiore in foro conscientiae, neque hoc forum respiciunt Conones allegati; aut certe illi Canoni, *Eos, qui derogatum est per clarum textum Tridentini*, ut optimè etiam observat Jordanus apud Gobat *num. 136.* & Januarius apud Dianam *p. 9. tract. 6. resol. 36.* & *p. 10. tract. 14. resol. 63.* & *p. 12. tract. de conclusi, resol. 34.* meritò vocantem probabilem sententiam Marchantii. absolute Gobat *cit. num. 136.* dicens: Nequaquam esse audiendos illos, etiam celebres Doctores, &c. Sed quidquid sit. Bonum est. Nos non concernit. Quare meritò Layman *cit. n. 15.* monet consultius esse in mortis articulo confiteri Privilegiato. (uti sumus Mendicantes) qui potestatem habeat absolvendi tanquam delegatus Papæ, certe sine onere postea comparendi: Servatis tamen servandis, utpote priùs iatisfiat parti læsæ, vel de satisfacienda parte juramentum præstetur, si excommunicatio fuit incurfa ob injuriam alteri illatam, v. g. percussionem Clerici, &c. *de quo sect. seq.*

S E C T I O II.

De Casibus reservatis, &c.

Q U Æ S T I O I.

Reservatio quid? à quo? quorum peccatorum? Speciatim respectu Religiosorum.

S U M M A R I U M.

726. *Reservatio quid?*
 727. *Quinam possint sibi reservare casus?*
 730. *Reservari solent & debent solum mortalia atrociora.*
 731. *Externa.*
 732. *Opere consummata.*
 733. *Et certa tantum, non dubia.*
 735. *An absolvi possit Pœnitens ignorans peccatum suum esse reservatum?*
 736. *Casus in Religionibus reservati.*
 737. *An Prælati Regulares non possint alia peccata prohibere sub excommunicatione sibi reservata?*

§. I. Quid?

726 **R**eservatio est negatio jurisdictionis in aliquo peccatum absolvendum, cum tamen facultas sit absolventi cetera. Certum autem est de fide, esse in Ecclesia potestatem reservandi aliqua peccata à Superioribus, à quibus inferiores Sacerdotes non possint absolvere, ut sic fideles ac subditi melius dirigantur, & à peccatis absterreantur, quorum tam difficilem absolutionem vident. Sumitur ex claris verbis Christi. *Quorum retinueritis peccata, retenta sunt.* Et perpicue docet Concilium Trident. Sess. 14. c. 7. *Magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis Patribus*

tribus nostris visum est, ut atrociora quaedam & gravissima crimina, non à quibusvis, sed à summis duntaxat Sacerdotibus absolverentur, &c. CASUS RESERVATUS ergo est peccatum, cujus absolutio non permittitur cuivis Sacerdoti, seu Confessario ordinario: sed ea reservatur, & manet penes Superiorem illius ordinarii Confessarii ac Pœnitentis, aut alterum à Superiore ad id specialiter delegatum. Quæ ex dicendis magis intelliges.

§. II. *A Quo? Quibus?*

Potestas reservandi peccata & casus, residet in ⁷²⁷ Summo Pontifice respectu totius Ecclesiæ, etiam Episcoporum. In Episcopis respectu suæ Diocesis, ac Parochorum, & Prælatorum sibi subditorum.

¶ Parochus nihil potest reservare; cum enim ipse sit immediatus Pastor suorum Parochianorum, utique non reservabit sibi ipsi. Excepto tamen casu, quando ipse delegat aliquem ab Episcopo approbatum locò sui, posset aliquod peccatum reservare ad se remittendum: sed hoc rarum. Denique in Prælatis Majoribus Regularibus respectu suorum Regularium subditorum.

Ratio horum est: quia nunc solus Papa jurisdictionem universalem necessariam ad peccatorum remissionem, ac absolutionem jure Divino in sua electione & ordinatione accipit, reliqui verò Pastores omnes, Episcopi, Prælati Exempti &c.

ti &c. accipiunt jure Ecclesiastico à Papa, qui proinde iis conferre potest, & defacto confert jurisdictionem limitatam, tum respectu personarum, quosdam ab eorum jurisdictione eximendò, tum respectu peccatorum, quorundam absolutionem sibi reservandò.

728 ¶ Defacto autem summus Pontifex nullum peccatum sibi reservat, nisi propter annexam excommunicationem sibi itidem reservatam: ut ex communi docent Navarrus *cap. 26. n. 261.* Layman *cap. 12. n. 2.* Unde quando ipse Pontifex, vel ejus Pœnitentiarius aliquem absolvit ab Excommunicatione Bullæ Cœnæ, v. g. ob hæresin: jam peccatum illud cessat esse reservatum, ut à quovis ordinario Confessario absolvi possit: similiter si quis commisit peccatum in Bulla Cœnæ contentum v. g. qui legit librum hæreticorum &c. ob ignorantiam vel metum gravem excusatus fuit à censura Pontificia (juxta dicta suò locò) peccatum ab inferiori absolvi poterit, quippe eo ipso non reservatum, uti cum aliis notat Layman *cit.* Interim tamen non solum censura seu excommunicatio, sed etiam ipsum peccatum, hæresis v. g. immediatè summo Pontifici reservata est: adeò, ut inferior Sacerdos eà potestate carens Pœnitentem ita excommunicatum bonâ fide accedentem absolvat, nihil efficiat, & neque à peccato directè absolvat, sed tam à peccato, quàm à censurâ novâ absolutione directâ indigebit.

Et simili ratione, cum Parochorum jurisdictione ab Episcopis vel aliis Prælati jurisdictionem quasi

quasi Episcopalem habentibus immediatè prove-
 niat, possunt hi illis potestatem in foro Pœnitentia-
 tiæ limitatam dare, & de facto dant, quosdam
 casus, seu causas graviores suo iudicio reservant:
 etenim si in foro externo non tantùm Ecclesiasti-
 cò, sed etiam civili, usitatissimum est, ut causæ
 graviores Superiorum Judicum examini reserven-
 tur; cur non idem fiat in foro Pœnitentiæ, ut no-
 tavit Trident. cit. sess. 14. c.7.

§. Communi Ecclesiæ consuetudine reservatur
 Episcopis homicidium etiam occultum, ut notat
 Layman num.4. alios varios casus enumerant va-
 rii, tanquam communi jure, vel consuetudine
 reservatos Episcopis ut refert *idem ibidem*. Sed
 constans modò DD. opinio est, nullos defacto
 esse casus, jure communi per se directè reservatos
 Episcopis, (ut infra iterùm monebo) Ideòque
 casus defacto Episcopales varios pro diversis Dic-
 cesibus esse solùm reservatos *ab homine*. Quare
 in qualibet Dicecesi spectandum, quid lex vel con-
 suetudo obtineat, ut omnes observant & monent.
 De regularibus dicam mox inferiùs.

§. III.

Quorum Peccatorum.

Reservari possunt, saltem defacto reservan-
 tur sola peccata mortalia externa non om-
 nia, sed graviora, atrociora, & certa tantùm. Ita
 Communissima DD. Ratio bona, & sufficiens
 est: quia potestas reservandi peccata non est ab-
 soluta,

soluta, & simpliciter à solo libitu & libera voluntate reservantis pendens, sed respicit causam aliquam necessitatis, ac utilitatis disciplinæ populi Christiani, ut supra dixit Concilium Tridentinum: quippe, quæ potestas data sit, *in adificationem, non in destructionem*. Atqui necessitas, & utilitas disciplinæ populi Christiani solum exigit reservari peccata mortalia externa, & graviora, seu atrocia perniciofa Communitati fidelium: non item exigit reservari mortalia, etiam externa omnia, multò minùs interna tantùm, quæ, cùm sub sensum non cadant, non possunt spectare ad disciplinam populi Christiani. Frustrà autem reservarentur venialia, quippe, quæ necessariò confitenda non sunt, sed variis aliis modis deleri possunt. Ac per hoc ipsum crudè nimis reservarentur omnia mortalia: sic enim Confessario communi, v. g. Parocho, nulla relinqueretur potestas & materia necessaria Confessionis. Quare sententia Theologorum, posse reservari omnia mortalia, etiam interna peccata, nudè speculativa est, & de possibili, & nullo modo practica, vel defacto, ut bene observat Marchant *tract. 2. q. 6.* Insuper aliqua hìc specialius explicanda, vel adnotanda sunt.

- 731 I. Peccatum mortale *externum* tantùm, est reservatum; non sufficit sola malitia interna, sed requiritur, ut etiam actio interna secundùm se gravis sit. Exempli gr. Sit reservatum furtum, omnis percussio proximi. Tu furaris unum grossum, sed intentione surripiendi quantitatem

nota-

notabilem: intendis & tentas proximum, etiam Clericum percutere graviter, sed re ipsâ leviter tantum tangis &c. peccas quidem mortaliter, sed non peccatô reservatô: quia id, quod est mortale, totum est internum: illud autem, quod est externum, ex se, & objectivè veniale tantum est; adeoque non reservatum. Ita Suarez *tom. 4. de Religione. tract. 8. l. 2. cap. 28. num. 17.* Sanchez *l. 2. moral. cap. 8. num. 6.* Lugo *d. 20. Pœnit. num. 15. sic scribens.* Quando reservatur peccatum circa castitatem, quoties in actum externum prodit, requiritur etiam, quòd actio externa etiam secundum se habeat gravitatem. Nam si quis intentione mortali & gravi contra castitatem, dicat aliquod verbum turpe ex se leve, aut exerceat aliquam actionem externam ex se levem; licet hæc actio denominetur mortalis ab intentione graviter mala, à qua procedit, non erit reservata: quia sicut sola voluntas interna non reservatur; ita nec quando procedit in actum externum non habentem ex se gravem malitiam vel indecentiam. Sic Lugo. Similia Castro - Palaus apud Tamburinum *l. 5. de Sacramentis cap. 4. num. 15.* Et hinc ulterius

II. Peccatum mortale externum opere consummatum tantum est reservatum, non sufficit sola ejus attentatio etiamsi de se gravis vel lethalis. Ex communi DD. Layman *cit. num. 3.* Bonacina, Castro - Palaus, alii cum Gobat *Casu 8. n. 352.* Ut si reservatum sit homicidium, non sufficit solum infixisse vulnus etiam lethale, aut præbuisse

buisse venenum lethiferum, nisi re ipsâ sit secuta mors, quia juxta jura: crimen non intelligitur, nisi sit consummatum: attentatio homicidii non est homicidium: similiter si reservatur adulterium, vel incæstus, non incurris casum reservatum, si solùm exerceas actiones turpes, etiam turpissimas turpitudines cum uxore aliena vel confanguinea, nisi exerceas copulam carnalem cum feminatione &c. Ratio horum, & plurium similium est: quia reservatio est res odiosa: quippe restringens, Episcopis, Parochis, aliisque potestatem, quæ ipsis aliàs de jure communi competeret: ergo restringenda est ad solos actus perfectos, & non extendenda ad actus imperfectos, & attentationes tantùm. Excipe tamen: nisi ipsâ quoque criminis atrocis alicujus attentatio reservetur. Nemo enim dubitat tunc reservationem validam esse. Ulteriùs

- 733 III. Peccatum mortale externum certum tantum est reservatum, non item dubium tantùm, sive dubium sit juris, utpotè an sit lex reservans hunc casum; sive sit dubium facti, ut cum scitur peccatum hoc (homicidium, abortum procuratum, adulterium &c.) esse lege reservatum: dubitatur autem, an illud ipsum peccatum commiseris vel simpliciter, vel secundùm circumstantias seu condiciones, quibus est reservatum: an re verâ homo occisus sit, an plenè deliberatè: an ex pharmaco præbito abortus secutus: an foemina cognita ligata fuerit, vel soluta &c. & utrobique sive dubium sit positivum, & improprie dictum,

dictum, cum scilicet sunt rationes probabiles in utramque partem, quod omnes concedunt: sive dubium sit negativum proprie dictum: dummodo prudens sit, & virorum prudentum communiter: non utique cujuslibet privati vel indocti Confessarii; (ut providè observat Gobat n. 358.) Ita contra Armillam & alios satis communis DD. Henriquez, Suarez, aliisque citatis Sanchez l. 1. moral. cap. 10. Bonacina de Pœnit. q. 7. propos. 5. §. 4. Lugo d. 20. sect. 2. Dian. p. 4. tract. 3. resol. 4. Tamburinus opast. Confess. l. 2. c. 1. §. 4. num. 17. Et lib. 2. de Sacramentis, tract. de Casibus reservatis, cap. 4. num. 7. Ratio est eadem, quæ supra. Quia res tam odiosa, uti est reservatio, nequaquam extendenda est ad casus dubios, sed ad solos certos, claros, perspectos. Quia etiam si præsumptio fori externi sit contra te: ut si scias te protulisse verba hæreticalia, dubites autem, an verè & animò hæreticò, non tamen censeberis incurrisse casum reservatum, ut contra Sanchez & alios bene probat Lugo cit. d. 20. n. 18. Tambur. cit. c. 4. n. 8. Gobat n. 357.

9. At post Confessionem ejusmodi peccati dubii reservati, apud Confessarium carentem potestate in reservata, deprehendo meum peccatum certò reverà fuisse reservatum: quid jam mihi agendum? R. Solà pœnitentià (Etenim absolutio non fuit data sub conditione: nisi postea constet, vere esse reservatum: sed absolutè) tanquam sub eo dubio reverà non reservatum, jam directè remissum fuit. Vide dicta in simili de peccato, ut

dubio confesso, postea certò factum comperto non necessariò rursùs confitendo eadem: imò major est ratio in proposito, cum jam peccatum certum confessus es, de sola reservatione dubius. Et hinc consequenter ulterius

735 IV. Ut peccatum mortale externum actu & efficaciter reservatum sit, requiritur notitia reservationis in Pœnitente, saltem quando confitetur: adeò, ut si Pœnitens ignoret peccatum à se patratum esse reservatum, adhuc (saltem pro illa vice) absolvi possit ab inferiori vel ordinario Confessario. Ita Navarrus, Grassis, Joseph à S. Januario apud Dianam *p. 10. tract. 4. resol. 63. & Quintanadvennas tract. 3. singul. 11.* rotundè scribens: Ignorantia reservationis, sive juris, sive facti, etiam si sit vincibilis, excusat à reservatione. Et sane sequitur manifestè ex dictis. Si enim dubium de reservatione ab ea excusat, multò magis excusabit Ignorantia reservationis etiam vincibilis. Unde hanc sententiam Diana *cit.* censet satis probabilem, imò verissimam, si restringatur ad casus reservados in pœnam delicti: quales sunt, qui habent annexam excommunicationem. Quoad reliquos casus merè reservados in cautelam, & ad rectam gubernationem, fateor, videtur repugnare iudiciùm Superiorum Ecclesiasticorum, Regularium, praxisque communis Confessariorum, qui sciunt passim ignorari à Pœnitentibus, hoc, vel illud peccatum esse reservatum, tamen perinde cum ipsis procedunt, ac si nossent reservationem: ut bene observat.

Gobat

Gobat *cit. n. 360.* merito censens Confessarium Regularem non fore fidelem suo Prælato, si nactus Pœnitentem implicitum peccato reservato, sed reservationis ignarum, non dicat expressè: Te quidem absolvo hâc vice (scilicet ex probabili opinione DD. & benignâ interpretatione mentis Superioris, ne bonâ fide procedens idem peccatum mortale bis debeas confiteri) Scito impostero te à me non posse absolvi sinè expressa voluntate Superioris. Quod ipsum consulere soleo Parochis & Vicariis, de reservatis casibus Episcopalibus, sollicitis.

§. IV.

Speciatim respectu Regularium.

Clemens Papa VIII. in Decreto edito Anno 1593. 26. Maij: volens restringere potestatem Prælatorum Regularium in reservando peccata suorum subditorum, statuit undecim tantum casus, si velint, reservare posse: non verò alios, vel plures, nisi cum consensu Capituli Generalis pro toto Ordine, vel Provincialis pro Provincia. Casus autem reservabilis, & defacto sic reservati in nostra, aliisque Religionibus, sunt sequentes. Primus: *Apostasia à Religione, etiam habitu retento.* 2. *Nocturna & furtiva à Monasterio egressio.* 3. *Veneficia, incantationes & sortilegia.* 4. *Proprietates contra votum perpetuas, qua si peccatum mortale.* 5. *Furtum notabile mortale de rebus Monasterii.* 6. *Lap-*

sus carnis voluntarius opere consummatus. 7. *Furamentum falsum in iudicio legitimo.* 8. *Procuratio, auxilium, vel consilium ad abortum factus animati, etiam effectus non secuto.* (hòc enim secuto, incurritur etiam excommunicatio & irregularitas ex delicto homicidii voluntarii) 9. *Falsificatio manus, vel sigilli Officialium Monasterii.* II. *Malitiosum impedimentum, retardatio, aut apertio litterarum Superiorum ad inferiores, vel econtrà.* Additur in nostro Ordine. *Præterea pollutiones voluntariè procurata, & inobedientia contumax.* Cùm quis scilicet post trinam admonitionem per diem naturalem inobediens perseverat.

737 §. *Quæstio autem hic controversa est: an Prælati Regulares, cùm præter dictos casus non possint reservare alios; an non possint saltem prohibere alia peccata sub excommunicatione sibi reservata? Possè affirmat Suarez cum aliis non improbabiler, quando id valde necessarium videretur ad regimen Monasterii, grave aliquod peccatum, & damnum advertendum. Quare, si Superior hanc sententiam secutus, ita faceret, omninò consulendum esset subdito se accomodare. Non posse autem, communior, longè probabilior, & verior est sententia DD. quam bene probat March. cit. q. 6. Quia etsi Pontifex censuras generatim non expresserit, plures tamen casus expressit, quibus annexa est censura, seu excommunicatio, ut in apostasia, & abortu procurato &c. ergo omnes alias reservationes*

exclusisse censendus est, sive sint peccatorum seu casuum, sive censurarum. Atque id colligitur aperte satis ex fine intento Pontificis, qui eo decreto ideo ita restrinxit Superiorum reservandi potestatem, ne infirmiores adducerentur in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remediî desperationem, ob metum vel horrorem comparandi coram Superiore. Atqui frustra Pontifex restrinxisset reservationem ipsorum peccatorum, vel casuum, si Superiores quoslibet alios casus, vel peccata sub censura sibi reservata prohibere possent: idem enim maneret periculum infirmis conscientis, sive propter ipsum peccatum, sive propter censuram annexam debeant coram Superiore comparere. Denique sapit hoc manifestam fraudem ac elusionem legis Pontificiæ, ac frustrationem finis principalis istius Decreti.

QUÆSTIO II.

Quis potest absolvere à Casibus reservatis?

SUMMARIUM.

738. *Quis possit absolvere à reservatis generatim?*
 739. *A quibus casibus & censuris Papa reservatis absolvere possint Episcopi, & Prælati Regulares respectu suorum subditorum?*
 740. *Qualiter, & à quibus casibus & censuris papalibus ex privilegio Mendicantes absolvere possint Seculares? usque ad n. 745.*
 745. *Quid possint Mendicantes quoad casus Episcopales?*
 749. *Quis per accidens, & adhuc directe in necessitate &*

impedimento perpetuo adeundi Papam, vel Episcopum possit absolvere à reservatis eisdem?

752. Tales absolvi possunt ab inferiori, sub duplici tamen onere, vel conditione.

753. Quando, & qualiter per accidens, & indirectè à reservatis, absolvere possit inferior in casu necessitatis, vel impedimento adeundi Superiorem?

757. Specialia quoad hæc ex parte Pœnitentis. usque ad num. 761.

761. Item specialia ex parte Confessarii. usque ad n. 766.

766. Specialia quoad reservata tempore Jubilæi.

768. Specialia quoad Superiores Regulares, quando possint, & debeant absolutionem à reservatis committere inferiori, ? usque ad n. 773.

738 **A** Peccato, seu casu reservato, per se directè absolvit. 1. Ipsemet reservans Pontifex, Episcopus, seu Prælati Regularis. Eiusdem in officio successor, cum non habeat par in parem imperium. Eiusdemque in jurisdictione spirituali Superior; sic reservata ab Episcopo absolvit Papa: reservata à Provinciali, absolvit Generalis &c. Et hinc fit, quod quando in Jubilæo Pontifex concedit potestatem absolvendi ab omnibus peccatis reservatis, comprehenduntur etiam casus Episcopales, & Regulares omnes. 2. Eiusdem reservantis Delegatus. Uti sunt in nostro ordine Confessarii Conventuum ad hoc specialiter deputati à Provinciali: Item omnes Superiores locales, Guardiani, Præsides, & in absentia Guardianorum (in fraudem non expectatâ) Vicarii: ex delegatione Capituli Generalis per statuta Ordinis: qui proinde, cum eorum delegatio temper sit annexa officio, eoque ipso in ordi-

ordinariam jurisdictionem transeat, eam potestatem etiam aliis subdelegare possunt, directè, indirectè, activè & passivè. Idèmq̃ue est, si Episcopus Parocho generaliter pro tota sua Parochia perpetuò delegat suos casus. Ita contra alios bene probant Rodriquez *2. Q. RR. tom. 1. q. 11. a. 8.* Sanchez *l. 8. Matrim. disp. 3. n. 10. & l. 4. moral. c. 27. n. 41.* Layman *cap. 10. n. 17.* quos videre potes. Neque de his, aliquid speciale dicendum pro nunc superest. 3. Alii, quibus id de jure vel privilegio competit, de quibus mox infra. Quamvis & hi dici possint, & verè sint delegati Pontificis. Præter hos nullus inferior *per se directè* absolvit è reservatis Superiori, nisi solum. 4. Quandoque per accidens in necessitate, quando Superior adiri non potest: & tunc directè adhuc in periculo mortis, vel impedimento perpetuo adeundi Pontificem: indirectè verò tantum, cum onere denuò se sistendi in necessitate, vel impedimento temporali. Est tota Communissima DD. *necessariò, præsertim* quoad hoc quartum pluribus explicanda. Conabor explicare distinctè & clarè per §§.

§. I.

Quinam Jure, vel Privilegio?

I. Episcopi, & Prælati Regulares respectu Subditorum.

Jure liquido Concil. Trident. *sess. 14. cap. 6. de 739 Reform.* Episcopi possunt absolvere subditos

per se, vel per alium à se deputatum, ab omnibus casibus & censuris Papæ reservatis, quando sunt occulti, exceptâ hæresi: à qua etiam occulta nequeunt, nisi per se ipsos immediatè absolvere. Verùm, quoad hoc huic Decreto derogatum est per Bullam Cœna: de quo jam dubitari non potest: cum Decretum Cardinalium sub Alexandro VII, inter propositiones damnatas anathemate percellat etiam hanc tertiò locò positam. *Sententia asserens: Bullam Cœna solius prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, Anno 1629. 18. Junii, in Consistorio & Congregatione Eminentiſſimorum Cardinalium, visa & tolerata est.*

Eodem jure, vel potiùs privilegiò Pontificum, Prælati Regulares, suos subditos Regulares, atque etiam Ordinis sui Advenas vel hospites absolvunt ab omnibus omninò casibus & censuris Episcopo reservatis (tamen particulatim personæ non inflictis) exceptâ hæresi publicâ, saltem in locis, ubi viget inquisitio, ut in Italia, Hispania &c. Ex Bulla Martini V. Rodriguez *Q. Q. R. R. tom. I. q. 20. a. 4.* extendens etiam ad censuras, quæ futuro tempore reservabuntur, eò, quòd privilegium indefinitè concessum, si alteri non onerosum, sed merum beneficium Principis est, amplissimè accipiendum, & ad futura etiam extendendum sit. Glossa *in c. quia circa, de privilegiis*, atque ibidem usque ad articulum nonum latè agitur quatuor casibus

exce-

exceptis à Sixto IV. 1. Si hæretici sint relapsi, 2. Si Schismatici. 3. Si litteras Apostolicas falsificaverint. 4. Si ad infideles prohibita derulissent. Quæ, si nosse cupis, legere poteris, mihi non vacat immorari.

II. Privilegium Mendicantium, respectu sæcularium quoad Casus Papales,

EX privilegiis & concessionibus diversorum Pontificum, Confessarii Regulares Ordinum Mendicantium, juxta formam Clementinam (de qua *sect. I. q. 2. a. 4*) à Superioribus præsentati & approbati, tanquam delegati immediati summi Pontificis, absolvent sæculares undequaque advenientes ab omnibus casibus Papalibus, seu ab omnibus peccatis, & quibuscunque (particulatim non inflictis) sententiis, censuris & poenis Ecclesiasticis, etiam summo Pontifici reservatis, exceptis casibus Bullæ Cœnæ, & pro foro conscientiae tantum. Certum ex Bullis Pontificum passim extantibus apud Rodriquez, Suarez, Cherubinos, alios. Aliqua breviter explicanda sunt.

I. *Absolvent ab omnibus Casibus Papalibus &c.* exceptis Casibus Bullæ Cœnæ. Casus Papales, seu Pontifici reservati semper habentes annexam excommunicationem, ut *q. preced.* notatum, sunt in duplici differentia. Alii sunt communes reservati Papæ à jure communi, & constitutionibus Pontificum, sanè permulti *Can. si quis suadente*,

De Sent. Excom. Omnes nosse, non multum opus est tibi Privilegiato, cum scias te posse absolvere ab omnibus: habe ergò semper intentionem absolvendi ab omnibus, in quantum potes, & pœnitens indiget, juxta dicta *c. 5. q. 3. num. 2.* Alii sunt casus speciales reservati Pontifici in Bulla Cœnæ (sic dicta, quòd singulis annis in Cœna Domini de novo promulgetur.) Primus & præcipuus est hæresis formalis, lectio librorum Hæreticorum &c. reliqui in nostris partibus vix contingunt, & idè & hos omnes nosse non multum opus habes. Utrosque autem ad extensum videre potes apud Suarez, Filiutium, & Bassaum, alios passim. In his ergò Bullæ Cœnæ casibus, vi dicti Privilegii nihil possumus. Aliundè tamen ab hæresi occulta hæctenus absoluebamus Confessarii ad id à Provinciali specialiter deputati: quod ab aliquot jam annis in dubium revocatum fuit: tandem in præfato decreto Alexandri VII. omninò sublatum, & damnata illa propositio quarta. *Pralati Regulares possunt in foro conscientia absolvere quoscunque seculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursâ.* Quare modo specialis licentia quinquennalis Romæ obtinenda est.

- 742 II. *Ab omnibus sententiis, censuris, & pœnis.* Vi hujus Privilegii absolvi possunt non tantum excommunicationes & censura proprie dictæ medicinales, quæ ob contumaciam inferuntur, sed etiam suspensiones, & interdicta Juris ob deli-

delictum merè præteritum imposita, sive ad tempus, biennium, triennium &c. sive in perpetuum & sine spe remissionis, qualis perpetua suspensio, vel potius depositio à Pio V. lata est in exercentes sodomiam, qui si occulti sint, ab Episcopis absolvi possunt ex commissione ipsis facta in *supra cit. Trident. sess. 14. cap. 6. Reform.* Et à Confessariis Ordinum Mendicantium, virtute dicti privilegii. Itemque alia pœnæ Ecclesiasticæ, ut sunt privationes officiorum, dignitatum, graduum, vocis activæ & passivæ, actuum legitimorum &c. in Bullis Pontificiis ferri solita; contra Ecclesiasticos, etiam Regulares, ut notat Pellizarius, *tom. I. dub. Regul. tract. 8. c. 3. n. 88.* Attamen hęc privilegiò nulla conceditur facultas super irregularitatibus; quia hæ non per absolutionem, sed per dispensationem tolluntur, cum non tam pœnæ sint, quàm Canonica impedimenta ex communi Doctorum Suarez, alii cum Layman *c. 10. num. 18.* Quamvis eo privilegio etiam comprehendi irregularitates ex delicto, quippe etiam pœnam sapientes, doceant Henriquez, Guttierrez, Sotus apud Pellizarium *cit.* idque in casu necessitatis posse locum habere, concedit etiam Gobat *Alphab. Confess. Casu 20. n. 641.*

III. *Saculares.* Hęc enim privilegiò absol- 743
vendi omnes fideles, non comprehenduntur Religiosi, quibus secundum propria statuta extra suum Ordinem, aut alteri, quàm illi, quem Prælati ad hoc munus destinavit, consisteri per-

permissum non est juxta dicta *Secl. preced. n. 683.*
 Unde Confessarii subditi neque Religiosos ejusdem Ordinis sui absolvere possunt ab ejusmodi casibus Papalibus, nisi ad id à Superioribus specialiter deputati sint. At, quando Provincialis in Conventibus deputat Confessarios pro casibus reservatis confertne potestatem in casus in ordine reservatos Superioribus an etiam in casus Papales istos? *ꝛ.* Debere intelligi eorum mentem, ex forma verborum. Si enim dicat: *Do sibi totam meam potestatem in casus reservatos; do facultatem absolvendi ab omnibus à quibus ego possum.* Jam censetur etiam casus Papales. Secus, & saltem dubium esset, si dicat: *Do tibi facultatem absolvendi ab omnibus casibus tibi reservatis.* Vide, quàm merito nuper declaratum, Confessarios etsi deputatos ad casus reservatos, non tamen posse absolvere percussores Fratrum. Est enim hic Casus Papalis communis, & non Regularis specialis in Ordine Superioribus reservatus.

744 IV. *In foro conscientie tantùm.* Ita nimirum, ut absolutio excommunicationis facta à mendicante Privilegiato, non necessariò habeat vim in foro externo, si lis moveatur, sed Judex secundùm juris rigorem possit non habere rationem hujus absolutionis, & delictum cognitum plectere, reumque condemnare poena commertitâ, perindè ac si absolutus non fuisset. Quamquàm secundùm æquitatem ea absolutio debet etiam ibi valere, ut docet Henríquez *cap. 27.*

de Excom. De cætero autem absolutio illa valet etiam in foro externo, quoad omnia alia, ut nimirum non teneatur se gerere tanquam excommunicatum, possit publicè versari cum hominibus, Divina officia, & Sacramenta frequentare &c. ac perinde se gerere, ac si nullam censuram incurrisset, modò id sine scandalo fiat, & testimonio Confessarii constet fuisse absolutum à censura: atque propter actus ita exercitos non debeat puniri à Judice. Excipe semel pro semper. Nisi sit quis personaliter excommunicatus, vel nominatim denunciatus. Undè in privilegio suprâ rotanter expressa est limitatio: *ab omnibus particulatim non inscriptis censuris, & pœnis.* Quando enim aliquis particulatim, seu personaliter est excommunicatus vel censuratus, aut nominatim denunciatus, aut in forum contentiosum, per citationem saltem defacto jam adductus, palàm est: non habere locum dictum privilegium Mendicantium ad absolvendum ab illa censura, vel pœna.

Tandem facultate absolvendi à casibus reservatis, quoad ipsa peccata sine dubio privilegiati isti non possunt uti extra Sacramentum Confessionis: sed tantum *eorum confessionibus diligenter auditis*, ut loquitur Pontifex Paulus III. in Bulla, *Cum inser cunctas.* At verò facultate absolvendi à censuris possumus uti etiam extra Sacramentum Pœnitentiæ, & absque confessione Sacramentali. Sic Navarrus l. 5. *Consilio 11. Suarez, Henriquez, Rodriguez, Coninck,* eosque

que citans Layman. *hic c. 10. n. 21.* Ratio est: quia privilegium, seu gratia Principis, interpretandum est secundum naturam rei, quæ conceditur: atqui absolutio ab excommunicatione, aliæve censurâ non dependet à peccatis: potest enim aliquis absolvi à censura in conscientiæ foro, etsi non absolvatur à peccatis: undè Confessarii etiam delegati frequentissimè separant absolutionem à censura ab absolutione à peccato, etiam in foro conscientiæ: in foro externo res nimis clara: Prælati enim à censura absolutum, pro absolutione à peccatis remittit ad alterum Confessarium, neque quoad hoc apparet aliqua limitatio in dicto privilegio: ergò absque confessione Sacramentali absolvere à censura possumus, dummodò poenitens fateatur suam culpam, & satisfacere paratus sit. Quamvis Layman *ibidem* rectè notet, non esse facile ita procedendum, ut privilegiatus à censura, vel alia pœna Ecclesiastica ex peccato resultante absolvat, nisi vel auditâ ejus confessione, vel saltem in ordine ad confessionem mox instituendam, quia id tutius, consultius, & usitatus est.

1. Quoad casus Episcopales.

745 I. **E**odem privilegio consequenter Regulares mendicantes absolvunt à casibus, & censuris jure communi reservatis Episcopis, vel potius permissis, secundum omnes. Cum enim Pontifex privilegiò istò dat Mendicantibus facultatem

facultatem absolvendi à casibus jure communi ipsimet Papæ reservatis, multò magis dat facultatem absolvendi à casibus eodem jure communi Episcopis solum reservatis, vel (dixi) potiùs *permissis*. Nam, ut supra innui; certum videtur nullos esse casus jure communi (saltèm quod adhuc in vigore sit) per se primò reservatos Episcopis; sunt tamen casus per se primò reservati Papæ, sed jure communi per delegationem universalem delegati potestati ordinariæ Episcoporum concessi & permitti ad absolvendum. Uti est percussio levis, mortalis tamen Clerici, procuratio abortûs, in excommunicationem reincidentes: de quibus *quest. 6. ante finem*. Et quoties per accidens ob impedimentum perpetuum potestas absolvendi à Casibus Papalibus jure communi devolvitur ad Episcopos. Et de his, & hujusmodi omnibus, ob rationem datam, liquidò absolvunt Privilegiati mendicantes.

II. Eodem privilegio, eadèmq; rationabilif-476
simâ extensione, in communiori (& tutâ sententiâ ob tam pingues & universalissimas clausulas Bullarum (v. g.) *absolvendi ab omnibus casibus, censuris, pœnis, à jure, vel homine quomodolibet reservatis*) Regulares mendicantes absolvebamus à casibus, Episcopis ab homine reservatis, quos scilicet ipsi Episcopi, quisque in sua Diocesi sibi reservat: etiam non obstante Decreto Urbani VIII. de Anno 1682. 17. Novembris eam absolutionem prohibentis, eò, quòd illud Decretum, aut extra Italiam se non extenderit, aut certè

rè sufficienter promulgatum non fuerit : postea
verò prodire vel innotuere authenticè tam multæ
bullæ & declarationes in favorem Episcoporum ;
ut iis perpensis Alexander VII. inter propositio-
nes damnatas duodecimò locò sub anathemate
etiam hanc prohibuerit : *Mendicantes possunt ab-
solvere à Casibus, Episcopis reservatis, non obtentâ
ad id Episcoporum facultate.*

747 III. Censentur autem Episcopi concedere
hanc facultatem, quando norunt vigere apud Re-
ligiosos Mendicantes (sicut reverâ verissimè vi-
get in Germania) morem absolventi à talibus
casibus, & tamen non contradicunt : eâdem ra-
tione, quâ supra dictum de tacita approbatione,
& tacita delegatione Jurisdictionis ad confes-
siones audiendas, ut optimè observat Gobat *Ca-
su VIII. n. 374.* addens : quod consuetudo possit
ampliare, imò tribuere Jurisdictionem : Navar-
rus *Man. c. 277. num. 251.* loquens in specie de
Casibus reservatis : & optimè notans ; si quis ca-
sus Episcopalis habeat annexam excommunicatio-
nem ab homine latam, speciatim in hominem ;
& is nondum satisfecit parti læsæ ; absolventum
non esse.

748 IV. Quid si ergò Episcopus expressè contra-
dicat, & interdicit Mendicantibus facultatem
absolventi à casibus reservatis sibi ? prout nobis
factum ab aliquo Episcopo nostræ Provinciæ ?
Quidquid sit de præscriptione. Habentes pa-
tientiam se interim accommodent : & se humi-
liantes licentiam petant sinè dubio impetran-
dant.

dam. Insuper interim pœnitentes reservationis Episcopalis ignaros (quales frequentissimi) pro prima vice tutò, absolvant, juxta dicta *q. preced. n. 4.* Et certum videtur eos posse adhuc absolvere per accidens, quando urgente causâ absolvendi non patet ad Episcopum recursum, ut mox generatim dicam inferiùs.

§. II.

Quis per accidens, & adhuc directè, in necessitate & impedimento perpetuo?

I. **I**N extrema necessitate, seu articulo vel periculo mortis, cessante omni reservatione, quemlibet Sacerdotem quoscunque pœnitentes à quibusvis peccatis & casibus reservatis ac censuris directè absolvere posse, jam explicatum habes *sect. preced. q. VI.*

II. Etiam extra extremam necessitatem & articulum mortis, quando est impedimentum perpetuum adeundi summum Pontificem pro casibus Papalibus, (aut alium Superiorem, v. g. Episcopum pro casibus Episcopalibus, &c.) ut in senibus, mulieribus, impuberibus, valetudinariis, pauperibus, & universim, quando sinè magnâ difficultate non potest adiri Sedes Apostolica, ipsâ rationabilissimâ Epikeiâ, & interpretatione juris, quod ad impossibile obligare non potest, eatenus cessat reservatio, ut impeditus directè absolvi possit ab alio inferiori, sinè onere denuò confitendi (et si non sinè alio onere, de quo *infra* N. IV.)

juxta communissimam DD sententiam, & ipsa jura mox alleganda. Adduntque DD. communiter cum Diana p. 111. *Tract. 7. resol. 2.* Tambur. l. 8. *de Sacramentis c. 2. §. 2.* Quando sic impeditus nequit ipse adire Pontificem vel ejus Pœnitentiarium, Legatum, Nuntium, non teneri ad ipsorum aliquem litteras, vel nuntium mittere pro impetranda absolutione, cum id nullo jure præcipiatur, sed nihilominus ab inferiori, v g. Episcopo, absolvi posse, quod etiam in praxi fieri vidi, etiam quoad dispensationes aliquas.

751 III. Jure communi *c. Mulieres, & cap. Quamvis de sententia Excommun.* Facultas absolventi à casibus Papalibus devolvitur ad Episcopos, in ejusmodi impedimento adeundi summum Pontificem: idque universaliter respectu omnium casuum, ac excommunicationum Papæ reservatorum, etiam Bullæ Cœnæ, juxta communem DD. apud citatos. Consequenter eadem facultas devolvitur etiam ad Privilegiatos Mendicantes à fortiori. Quin addit Dicastillus apud Gobat n. 368. si nec Papa nec nuntius adiri possit, privilegiatum esse præferendum Episcopo, quod tamen meritò negant Diana, Tamburinus citatus. At, quid si neque Episcopus, vel ejus Vicarius Generalis adiri, neque Privilegiatus aliquis haberi possit in tali casu impedimenti perpetui? Ergò adeat suum Parochum, vel alium legitimum Confessarium habentem scilicet potestatem in alia ejus peccata mortalia, qui tunc æquè, ac Episcopus vel Privilegiatus, per accidens

fidens eum absolvere poterit directè, tamen cum onere mox explicando. Ita satis communis DD. Sotus; Sylvester; aliisque citatis Suarez *d. 30. sect. 3.* Tanner. *d. 6. q. 10. dub. 6.* Tamburin. *citatus num. 36.* Layman *c. 12. n. 15.* omninò probabile censens. Quia eadem ratio Epikeiæ adhuc urget. Quam doctrinam DD. extendunt etiam ad Parochum respectu casuum Episcopaliùm, si nequeat adiri Episcopus, vel ejus Vicarius, & urgeat necessitas communicandi, sacrificandi, aliàs diu absolutione carenti. Consequenter à fortiori ea facultas per accidens extenditur ad Privilegiatos respectu Episcopaliùm casuum ut *§. preced.* innui.

IV. Tandem in jure *c. Parochianos cap. ex te-752* nore. *c. Ad hac. cap. 1. Ea noscitur de sent. Exc. & supra cit. cap. Eos, qui eodem titulo in 6.* discernitur. Ut qui ob instans mortis periculum, vel aliam legitimam causam non possunt accedere Pontificem pro impetranda absolutione ab excommunicatione reservatâ Papæ, absolvantur quidem ab inferiori, sed cum duplici onere vel conditione. Prima conditio requisita est, ut non absolvantur, nisi præstito juramento, quòd sublatò impedimentò se presentaturi sint Pontifici, ejusque mandato parituri: Idque pro qualibet excommunicatione Papali intelligit Corduba: Diana verò *part. 5. tract. 9. resolut. 68.* pro omni & sola excommunicatione inflictâ ob magna crimina, ut hæresis, incendiarii, falsarii, percussoris Clerici: sed rectius solos

percussores Clericorum esse obstringendos hōc
 juramentō, cum de hoc solo loquantur Canones
 Sacri allegati, docent Avila de *Censuris* p. 2. c. 7.
disp. 3. dubio 4. Tamburinus *opusc. de Confess.*
l. 3. cap. 6. num. 4. Bona Gratia Capucinus in
 Summula V. absolutio generaliter num. 11. Go-
 bat *cit. num. 145.* Idque probabilissimè solum
 pro foro externo, quando res deducta fuit ad fo-
 rum contentiosum, saltem in mortis articulo, jux-
 dicta *fest. preced. in fine.* Et estō etiam obliget
 in foro conscientiae, at certō non obligat, quan-
 do potest adiri, vel defacto adest Delegatus Pa-
 pæ, seu Privilegiatus Regularis, atque tempore
 Jubilæi, quivis Confessarius approbatus: quip-
 pè, qui tunc non per accidens, sed vi Privilegii,
 tanquam Delegatus Papæ, per se directè absol-
 vit ab illa excommunicatione, ut etiam notavit
 Gobat *ibidem.*

Altera conditio est, ut qui est excommunica-
 tus ob injuriam alteri illatam, v. g. ob percussio-
 nem Clerici, non donetur beneficiō absolutionis,
nisi satisfacta parte. - Quæ clausula solet etiam
 adhiberi in Bullis Jubilæorum. Et quidem com-
 muniō DD. & nominatim Barbosa in *cit. cap.*
Ea noscitur n. 7. absolute docent eam satisfactio-
 nem esse reipsâ præstandam parti læsæ, prius-
 quàm lædens absolvatur ab excommunicatione
 latâ propter hanc injuriam: & si fieri commodè
 possit, utique fieri debet: alioquin certè sufficere
 debet juramentum, etsi præstetur cautio pigno-
 ratitia, vel fidejussoria de satisfactione postea
 præ-

præstandâ, uti cum aliis rectè Suarez supra. Id-
que rursûs probabilissimè solum pro foro exter-
no, ut supra: pro foro autem conscientia suffi-
ciet promissio, imò & firmum propositum de
satisfactione præstanda: uti contra communi-
orem, cum aliis docet Lezana in *summa V. ab-
solutio num. 9.* Consentit Bona Gratia & Go-
bat *ll. cc.* Ratio est: quia pœnitenti etiam non
jurato, vel cautionato creditur in foro Sacramen-
tali. Denique Tamburin. *supra cit. n. 2.* & Gobat
n. 145. circa finem meritò dubitant, an non Cano-
nibus allegatis sit desuetudine derogatum? cum
non sit auditum quenquam à Confessario Germa-
no fuisse compulsum, ut obligaret se juramentò in
utrovis dicto casu: certè à me non, nec, ut credo,
ab ullo Privilegiato. Interim tamen Reverendissi-
mis Ordinariis juxta allegatos Canones in examine
pro cura respondendum est. Vide latissimè Tam-
burin. *l. 5. tr. de Cas. reserv. c. 12. §. 4. per tot.*

§. III.

Quis per accidens, & indirectè tantùm in
casu necessitatis, & impedimenti tempora-
lis? Quoad casus maximè
Regulares?

Quando adest impedimentum saltem tem-753
porale comparendi coram superiore, vel
alio potestatem habente, quando nimirum is,
vel omninò adiri non potest, aut non nisi cum
gravi difficultate, incommodo, longa mora,

aut adiri quidem possit, sed audire nolit, vel non possit, &c. ex altera autem parte adest necessitas, aut rationabilis causa aliqua confitendi, ipsâ juris interpretatione potest alius inferior Confessarius legitimus absolvere à casibus Superiori reservatis, imposito pœnitenti onere, comparandi postea oportuno tempore coram eodem Superiore, vel alio facultatem habente. Communissima DD. meique omnes. Layman *cap. 12. num. 10.* Ratio est: quia Ecclesia pia Mater, & quilibet Superior non potest ceteri velle obligare ad aliquid vel moraliter impossibile, vel quod in grave detrimentum aut spirituale animarum, aut temporale personarum cederet. Certè in sacris Canonibus partim jam allegatis, sæpius declarat Pontifex, eos, qui ob inopiam, vel gravem difficultatem non possunt adire Romam, posse absolvi (per accidens) ab Episcopis: pari ergò ratione, qui non possunt adire Episcopum, aut Superiorem reservantem, ejusve delegatum, debent posse absolvi ab inferiori per accidens, & indirectè saltem cum onere prædicto. Addit rectè Layman *cit. n. 10.* post *Henriquez, Suarez, Coninck* alios, idem in tali casu dicendum esse, tamen censura excommunicationis v. g. propter occultam percussionem Clerici, reservationi annexa sit. Si enim excommunicatus ob vitandam infamiam v. g. sacram Eucharistiam suscipere possit, cessante nimirum tunc obligatione juris positivi Ecclesiastici prohibentis excommunicato usum Sacramento-

rum;

rum ; multò magis in tali casu necessitatis à peccatis absolvi poterit non obstante excommunicatione : quòd benè notent Confessarii scrupulosi.

II. Confessarius inferior non potest licite 754
saltem indifferenter absolvere pœnitentem à reservatis, & censuris cum onere postea comparandi coram Superiore, vel delegatam potestatem habente, sed tantùm in necessitate, vel rationabili causa existente : alioquin debet eum ad Superiorem remittere, vel ab eodem facultatem absolvendi petere. Communissima cum Suarez d. 37. s. 2. n. 3. Coninck d. 8. dub. 13. concl. 3. Layman num. 9. Et sic significat Tridentina sess. 14. cap. 7. dicens. Extrà quem (mortis articulum) cùm Sacerdotes nihil possint in casibus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut ad Superiores & legitimos Judices pro beneficio absolutionis accedant. Ratio est: quia ad integritatem confessionis Sacramentalis pertinet, ut de omnibus mortalibus peccatis fiat coram legitimo Judice, qualis ille tantùm est, qui potestatem habet de integra causa cognoscendi, seu in omnia pœnitentis peccata, ut absolutio ab eo ritè pronuncietur: Deindè semper in sacris Canonibus exprimitur causa necessitatis ad hoc, ut inferior absolvat à reservatis: ergò aliter non datur facultas inferiori à peccatis reservatis absolvendi, saltem licitè (de va o re disputant quidem DD. sed verius est, absolvere adhuc validè, dummodò pœnitens aliud

peccatum directè absolubile confiteatur, de quo rursus inferius > talis autem necessitas & rationabilis causa est, si Sacerdos sacrificare debeat, aut Laicus communicare, ut sinè nota, scandalo, infamia, dictis, suspicionibus &c. abstinere non possit: pertinet enim tum ad dignitatem, ac reverentiam sanctissimæ Eucharistiæ, tum ad suscipientis securitatem, ut si conscius sit peccati mortalis, ab eo priùs Sacramentalem absolutionem accipiat. Neque sola necessitas communicandi, aut sacrificandi præbet justam causam ita confitendi, & obtinendi absolutionem à reservatis ab inferiori, sed etiam casus, quando alioquin oportet diù carere confessione & communione: & generaliter omni casu: *Ne pro dilatione pœnitentia periculum imminet animarum*, ut habetur *cap. ult. de Pœnit. & Remiss.* Marchant, Diana, alij infra citandi ex communi.

755 III. In ejusmodi casu necessitatis, quando ut supra, non potest adiri Superior, vel ejus delegatus, inferior Confessarius absolvit pœnitentem solum indirectè à peccato reservato, (quare pœnitens, si absolvi velit tunc, semper aliud peccatum non reservatum, saltem veniale directè à Confessario absolubile in confessione adferre debet, alioquin invalida erit absolutio in hac sententia) & idè cum onere denuò, quamprimum commodè poterit, comparendi coram Superiore, ejusve, delegato ad iterum confitendum, & absolutionem directam imper-

tran-

dam. Ita communissimus sensus DD. & singulariter Tannerus tom. 4. d. 6. q. 7. dub. 4. Layman cit. n. 11. alii passim. Ratio, & differentia inter hunc casum, & casum præcedentem §. 2. est: quia in priori casu articuli mortis, vel impedimenti perpetui cessat reservatio, & Sacerdoti plena datur jurisdictio, & ideo Pœnitens directè absolvitur à reservatis casibus & censuris absque ullo onere postea confitendi, aut comparendi coram Superiore pro nova absolutione impetranda. ut q. 8. explicatum est. At, casu necessitatis urgentis & impedimenti temporalis tantùm, reverà non aufertur reservatio, neque Confessario datur plena jurisdictio, sed solum propter necessitatem datur licentia absolvendi cum dicto onere ad eum modum, quo propter similem necessitatem (qualis post propositionem § 9. ab Innocentio XI. damnatam non est magnus populi concursus) datur licentia dimidiandi confessionem, & super confessione dimidiata absolvendi cum onere deinceps cætera peccata omissa subjiciendi clavibus: ergo sicut in hoc, ita & in isto nostro casu Pœnitens à reservatis solum absolvitur indirectè cum onere comparendi postea, coram Superiore, vel potestatem habente ad denuò confitendum, ipsamque absolutionem directam impetrandam.

IV. Attamen Marchant noster, primus, quem viderim, Tribunalis p. 1. tr. 4. q. 8. docet eo casu necessitatis Confessarium inferiorem etiam directè absolvere à reservatis: attamen semper cum dicto onere denuò comparendi: idque potestate

interpretativâ ab Ecclesia concessâ : quia Ecclesia non vult per reservationem suos subditos præcipitari in aliquod periculum animarum, quale adhuc subesse posset, si eo casu necessitatis subditi indirectè tantùm absolverentur à reservatis, ut confideranti patebit : quare in ejusmodi casibus censetur velle etiam inferioribus Confessariis conferre, vel relinquere Jurisdictionem seu facultatem absolvendi, etsi onerosam cum dicto onere denuò comparandi & confitendi Superiori, vel potestatem habenti. Et, si quæras, ad quid nova confessio, & absolutio, cum sit jam directè absolutus? Respondet: Sicut quilibet Confessarius Pœnitentem jam antea contritione justificatum absolvit verissimè à peccatis, quatenus adhuc in foro Sacramentali retenta sunt : ita & Superior Subditum jam antea sic onerosè confessum & absolutum à reservatis, verissimè ab iisdem absolvit, quatenus per reservationem ipsi adhuc ligata & retenta sunt : tum etiam, quantum est ex parte gratiæ, quia utroque casu per absolutionem adhuc confertur gratia sanctificans remissiva peccati, si adhuc adesset. Hanc singularem Marchanti sententiam refert, & approbat Diana *p. 9. tr. 7. resolut. 11.* & rursus *p. 11. tract. 8. resolut. 49.* & pro probabili habet Dicastillus *hic d. 11. dub. 16.* nec improbat Gobat *Cassu 8. n. 384.* Nec mihi displicet. Sed censeo sapiendum cum paucis, & loquendum cum multis, præsertim in examine pro Cura. Quare his generatim suppositis : jam plura specialius explicanda restant.

§. IV.

Specialia ex parte Pœnitentis.

Quando miser Pœnitens habes casum refer-⁷⁵⁷
 vatum, & in necessitate communicandi,
 celebrandi, Sacramenti ministrandi, non potes
 accedere Superiorem, vel alium potestatem ha-
 bentem, habes tres sententias, omnes in praxi
 tutas. Prima: non teneris confiteri Sacerdoti
 inferiori cura dicto onere; saltem, si præter
 reservatum, nullum aliud habeas mortale, sed
 potes te gerere, sicut, qui non habet copiam.
 Confessarii: cum nullus, per se loquendô, con-
 tra voluntatem suam cogatur bis confiteri, nec
 consequenter confiteri tali Sacerdoti, cum
 onere postea id ipsum confitendi alteri. Con-
 fiteri ergo soli DEO. cum vera contritione,
 saltem æstimatâ quoad potes & cessante scan-
 dalo, celebra, communica, &c. Ita cum aliis
 Suarez *disp.* 30. *sect.* 3. Layman, *cap.* II. *num.* II.
 alii moderni passim. Quod si verò præter pec-
 catum reservatum aliquod aliud mortale ha-
 beas, sanè longè probabilius & tutius est, te-
 neri confiteri communicaturum, ob præceptum
 Christi de confessione necessario præmittendâ
 S. Communioni. Secunda ergo sententia pro-
 babilissima & tutissima est, debere tunc te eidem
 Sacerdoti inferiori omnia tua mortalia, tam re-
 servata, quam non reservata confiteri, tum, ut
 Confessarius Pœnitentis statum rectè cognoscat;
 tum, quia videtur urgere duplex præceptum.
 Chri-

Christi, & de confessione præmittenda Communioni, & de integra confessione omnium mortalium eidem Sacerdoti facienda, cum eo casu non appareat sufficiens ratio ad dimidiam confessionem; nec inconueniens sit, per accidens aliquem idem peccatum teneri bis confiteri. Ita communis DD. cum D. Thoma 4. d. 17. q. 3. a. 2. Suarez d. 31. sect. 2. Layman cit. cap. 11. Idque maximè verum est in singulari sententia Marchantii nostri, & aliorum: si nimirum à reservatis directè, etsi onerosè absolvendus sit. Tertia sententia etiam probabilis est & tuta, posse tunc poenitentem confiteri sola non reservata, tacitis reservatis: quippe pro quibus directè absolventi non est copia Confessarii, ideòque non urgeat præceptum integritatis confessionis, neque absque certo fundamento imponenda sit obligatio idem peccatum mortale bis confitendi. Ita Sotus, Corduba, Gabriel, aliisque relatis Diana p. 1. Tract. 4. Resolut. 104, nec improbant, Layman eodem num. 11. & Cardinalis de Lugo d. 4. de Eucharistia n. 86. Loquimur autem, & loquimur semper in sententia, & sensu communi DD. eo casu Poenitentem à Confessario inferiori solum indirectè absolvi à reservatis peccatis, cum onere ea confitendi denuò Superiori, vel potestatem habenti pro directà absolutione. Jam specialiora.

758 II. Qui bona fide confitetur Confessario inferiori nesciens suum casum esse reservatum.

(de

(de quo mitiora *suprà* 9. *praced. §. 3. num. 4.)*
 aut Confessarium non habere facultatem ipsum
 absolvendi, aut si ipse Confessarius credat ca-
 sum non esse reservatum, cum reverà sit &c.
 (dummodò aliud peccatum, saltem veniale non
 reservatum adferat) validè absolvitur cum dicto
 onere, compertâ veritate, denuò reservata con-
 fitendi : adeòque quicumque sciens peccatum
 suum esse reservatum, indirectè ab eo absolvi pe-
 tit, necessariò debet adferre aliud peccatum non
 reservatum : etsi præter peccatum reservatum
 immunis sit ab alio peccato mortali, necessariò
 ultra peccatum mortale reservatum, confiteri
 debet aliquod peccatum veniale, vel mortale
 jam antea legitimè confessum, alioquin nulla
 erit materia idonea directæ absolutionis, nec con-
 sequenter indirectæ : uti passim observant DD.
 Ais : ergo tali casu potero confiteri Sacerdoti
 simplici non approbato, seu illi, qui nequit te
 absolvere ab ullo peccato mortali ? R. Non
 permittere Ecclesiæ consuetudinem. At, sum
 Religiosus : non indigeo Confessario approba-
 to ab Episcopo ? Sed indiges Confessario depu-
 tato à tuo Superiore. Quid extra Monasterium
 degens, tunc possis, indicavi *suprà Sect. quest.*
4. sub finem. At, urget me necessitas cele-
 brandi, communicandi &c. non potest accedi
 Superior, vel facultatem habens, deest copia
 Confessarii approbati, seu potentis absolvere à
 mortalibus, & insuper rudis, & incertus sum
 valde de contritione elicienda : adest autem Sa-

sacerdos simplex? Non solum potes, sed præcep-
 to Divino illo, per accidens obligaris ei confi-
 teri veniale aliquod, ut sic indirectè absolvaris à
 reliquis, reservatis, & non reservatis mortalibus,
 uti notavi c. 3. q. 2. §. 2. n. 2. Denique univer-
 saliter docet Sanchez l. 1. *Moral.* c. 9. n. 35. &
 valde probabile censet Layman c. 10. n. 16. Eos,
 qui bonâ fide Sacerdoti simplici, seu Jurisdic-
 tionem falsò prætendenti, confitentur, si veniale
 aliquod peccatum, vel mortale antea legitimè
 confessum absolutioni subjiciant, validè absolvi
 indirectè etiam ab omnibus aliis peccatis, cum
 onere tamen, ut si postea defectum Confessarij
 resciant, mortalia peccata, & præsertim reser-
 vata, iterùm per Confessionem absolutioni di-
 rectæ legitimi Confessarij subicere cogantur.
 Declaro hoc casu fortè non semel factò. Cajus
 Religiosus in itinere incidit in casum reservatum,
 & confitetur Religioso alterius Ordinis, dicens se
 posse ab eo absolvi, cum tamen ne confitendi qui-
 dem alteri, à Superiore potestatem habuerit. Re-
 ligiosus alter credit & absolvit. Certè nulliter:
 si Cajus nihil confessus est, nisi peccatum reser-
 vatum, imò etiam nulliter, si falsus est etiam aliud
 peccatum mortale non reservatum, etsi validè, si
 etiam aliquod peccatum veniale falsus est, & alias
 bonâ fide processit Religiosus iste. Vide Gobat
 171179. 359.

759 III. Pœnitens à reservatis absolutus ab infe-
 riore Sacerdote, obligatus manet postea oppor-
 tuno tempore comparere coram Superiore, vel
 alio

alio ejus potestatem habente, sub peccato mortali. Omnes. Ratio clara est: quia non aliter, nisi cum hoc onere absolutus est, nec absolvi potuit ab inferiori. Quamvis enim sit indirectè absolutus à peccato reservato, & justificatus, ex vi tamen reservationis manet obligatio denuò comparendi, ut si culpabiliter negligat, aut ultra occasionem opportunam notabiliter differat, graviter peccet; neque ab illa obligatione liberari potest, nisi ab ipso Superiore vel alio ejus Delegato potestatem absolvendi habente. Et quidem quando talis Pœnitens comparet coram ipso Superiore reservante non est, necessarium, illud peccatum reservatum prius inferiori confessum, iteratò confiteri Sacramentaliter, sed sufficit in genere dicere peccatum reservatum à se commissum, & jam alteri confessum esse: poterit enim Superior tunc reservationem & obligationem specificandi illud peccatum intra vel extra confessionem, si velit, relaxare. At comparens coram alio delegato tantùm pro casibus reservatis, omninò illud peccatum in specie denuò confiteri debet Sacramentaliter: quia delegatus non habet aliam jurisdictionem in pœnitentem, nisi in foro, & judicio Sacramentali.

IV. Qui à casu reservato absolutus semel est 760 à Superiore, vel ejus delegato, aut alio potestatem habente, ut in Jubilæo &c. potest utique ab eodem peccato, si denuò confiteri habeat, absolvi à quocunque Confessario, quia & reservatio jam ablata est, & illud peccatum non est amplius

plius materia necessaria Confessionis. Quinimò, qui scienter confitetur Confessariò habenti potestatem seu ordinariam seu delegatam absolvendi à reservatis, & inculpabiliter est oblitus peccati reservati, poterit illud postea confiteri cuicumque alteri Confessariò, & ab eo absolvi: quia prior utique intendit absolvere quantum potuit, adeoque etiam indirectè absolvit à peccato reservato, inculpabiliter oblitò, & reservationem sustulit: quod proinde peccatum oblitum, licet denuò confiteri teneatur ut peccatum, non tamen ut adhuc reservatum. Sic Lugo *disp. 20. sect. 7.* Castro-Palaus, aliè cum Tamburino de Casibus reservatis *cap. 9. §. 4. num. 4.* Marchant *cit. q. 10. dub. 10. limitat.* Dummodò Confessarius habens potestatem in reservata, conscius fuerit, Pœnitentem velle absolvi, etiam à reservatis, si quæ occurrunt. Sed quando talis voluntas non meritò præsumi possit? idque insuper verum est, etiamsi prior absolutio (facta tamen ab ipso Superiore, vel potestatem ordinariam habente NB.) fuisset invalida ob indispositionem vel alium defectum Pœnitentis: quia adhuc Superior intendit absolvere: quantum potuit, ideoque saltem sustulit reservationem. Ita cum aliis Lugo citatâ *disp. 20. sect. 7. n. 106.* Diana *p. 4. tract. 4. resolut. 124.* Idque certum videtur quoad censuras. Si enim legitimo Confessariò confessus es percussorem Clerici, v. g. at, sacrilegè tacuisti aliqua alia peccata mortalia, liberaris adhuc ab excommunica-

nitatione, quia etiam in sacrilegâ confessione, & peccatis non dimissis potest tolli censura: & quidni, etiam reservatio casûs à Superiore, vel potestatem ordinariam habente: ut proinde deinceps tale peccatum à quovis ordinario inferiori Confessario absolvi possit. Vide Gobat *casu* 8. à *num.* 392. Plura Pœnitentem concernentia habebis in sequentibus §. 5. & 6. N. IV.

§. V.

Specialia ex parte Confessarii.

I. **C**onfessarius, quando Pœnitens confitetur peccatum reservatum, à quo ipse absolvere non possit; per se loquendô quidem non debet eum absolvere, sed remittere ad Superiorem, vel potestatem habentem, juxta dicta §. 3. N. II. At tamen per accidens ferè cõmunitè potest eum absolvere cum sæpè dicto onere, quando tunc Pœnitens bonâ fide ad confessionem accessit, utpote putans se posse à tali Confessario absolvi, & maximè quando nescivit peccatum suum esse reservatum: & dummodò aliud peccatum directè absolubile fateatur, jam toties inculcatum. Communis DD. Layman *c.* 12. *n.* 11. *finè.* & late Gobat *Clyp. Clement. Judic. p.* 2. *dec.* 2. Ratio est: quia semper urget aliqualis necessitas, quandoquidem Pœnitens agrè dilcedet à Confessionali, Confessione jam cœptâ, absque absolutione, cum ex parte sua bene dispositus sit. Excipit tamen rectè Layman *ibidem.* Nisi excommunicatio quòque reservata peccato reservato

annexa sit. Nam hæc jure Ecclesiastico prohibet hominem, tum à susceptione aliorum Sacramentorum, tum etiam pœnitentiæ, antequam tollatur.

762 II. Quando Confessarius Pœnitentem advertit præ verecundia, vel horrore abhorrere valde ab isto onere sanè permolesto deuo se sistendi Superiori pro confessione peccati reservati, & absolutione directa impetrandâ, etsi in rigore non obligetur id ei beneficii præstare plerumque tamen suadet, & quandoque ob nimiam verecundiam urget periculum animæ Pœnitentis, urget charitas, ut ipsemet Confessarius, tacito omnino nomine, & personâ Pœnitentis, Superiorem adeat, & petat licentiam absolvendi aliquem à reservatis, & cautissimè dicat: Est aliquis indigens potestate vestrà quoad absolutionem, placetne dare? personam nunquam nominare potest, (nisi de ejusdem licentia, in raro casu, quo grave malum præsertim commune aliter averti non posset *s. seq.*) cum confessio Sacramentalis jam sit inchoata saltem, etiam quando ante actualem confessionem Pœnitens te rogat pro tali ad Superiorem recursu: casum verò si sciat, & Superior urgeat, exponere poterit & debet: dummodò exprimere possit, quin Superior deveniat in notitiam personæ, juxta communem Doctorum, & bene Marchant noster sæpè citatus *sub. 4. & 9.* Et tunc, si Superior dat licentiam, Confessarius absolvet absolutè & directe, sinè ulteriori onere. Si verò neget seu justè,
seu

seu injustè, quid faciendum, dicam §. sequenti
ubi specialia quoad Superiorem.

¶. At nunquid tali licentiâ petità & acceptâ 763
Confessarius uti poterit pro seipso? Certè non
poterit, si petiit in his terminis: Peto licentiam
absolvendi aliquem à reservato; nunquid enim,
Superior velle potest, ut absolvat semetipsum?
at probabiliter poterit, si petat in his terminis vel
similibus. Est aliquis indigens vestrà potesta-
te vel licentiâ pro absolutione à reservato: pla-
cèntè dare? isque indifferenter annuat, non vi-
detur excludere Confessarium. Tamburinus su-
prà, alii apud ipsum. Quòd si verò Superior ex-
pressè intenderet non pro ipso, sed pro alio dare,
certè rursus non poterit: undè res minimè est
tuta.

III. Datâ sic licentiâ à Superiore, sive Confessa- 764
rio, sive ipsi Pœnitenti, petenti potestatem absol-
vendi à reservatis *pro hac vice*, uti dari solet, po-
teritne Pœnitens, vi hujus licentiæ absolvi à reser-
vatis etiam post illam licentiam datam commissis?
Curiosa quæstio. Distinguendum est. Vel li-
centia petita & data est directè de peccato aliquo
reservato absolvendo, ut si petenti: peto licen-
tiam absolvendi aliquem, vel absolvi ab alio ab
aliquo peccato reservato, & Superior annuat:
& tunc licentia data palam non se extendet ad
peccata commissa post licentiam datam, nec
post petitam, seu postquam rogasti Confessa-
rium, ut pro te talem licentiam peteret. Ratio
clara est: quia confessio intelligitur facta juxta

petitionem: petitio autem fuit de tali aliquo peccato necessario à Superiore intellecto jam tunc commissio: vel licentia petita & data est directa ad ipsam personam Pœnitentis, sinè mentione alicujus talis peccati in particulari: v. g. Peto vestram facultatem seu potestatem aliquem absolvi, vel ut possim ab aliquo absolvi: simpliciter vel generatim addito à reservatis: ac Superior annuat: tunc nisi de contraria Superioris voluntate constet, probabile est, posse Pœnitentem absolvi à reservatis etiam post licentiam datam commissis: quia hæc formula concessionis non te arctat vel limitat ad sola peccata antea commissis: etsi Superior dicat pro hac vice; sensus enim est: unâ hæc vice absolvas, vel absolvaris à tuis reservatis: at sic jam unâ vice absolveris. Ita Cardinalis de Lugo *d. sect. 8.* Tamburinus *l. 5. de Sacramentis. tract. de Cas. reserv. cap. 9. §. 3.* Dicastillus, Quintanadvennas apud Gobat *Cassu 20. n. 710.* Verùm hæc praxis mihi semper scrupulosa visa est. Cautius aget Confessarius, ne scrupulis subiaceat, si petat licentiam absolvi aliquem à reservatis, quæ tempore confessionis invenerit, ut providè monet Tambur. *cit. n. 7.* Idipsum ergo dicendum, quando Superior Regularis pro magno Festo, aut tempore visitationis ad certos dies, v. g. intra octiduum, vel quindenam dat licentiam omnibus eligendi sibi Confessarium cum facultate absolvi à reservatis pro unâ vice, nisi expressè limitaret ad reservata jam commissis, prout certè laudabiliter quan-

quandoque faciunt, ut scilicet excludatur omnis fraudulenta & malitiosa confidentia (de qua mox) ut providè observat noster Marchant mox citandus.

IV. At quid si Pœnitens peccet in confidentiam licentiæ impetrandæ, aut ultrò offerendæ, vel jam oblatae à Superiore pro magno Festo, tempore visitationis: aut factæ à Pontifice Privilegio pro certis temporibus, aut tempore Jubilæi?

¶ Peccare in confidentiam licentiæ, vel gratiæ talis quis dicitur, quando licentia vel gratia concessa, vel certo tempore concedenda est motivum principale, & incentivum lapsûs; sic, ut non tam fragilitas vel tentatio gravis urgeat, quippe cui aliàs resistere soleret; quàm ipsa licentia & facultas data, vel danda moveat, & urgeat ad peccandum: quia nimirum scit se modò posse absolvi à reservatis, ideò se excitat, vel tentationi modicæ libens condescendit, ac vires malitiosè addit, utique novo gravi peccato, olente malitiam peccati contra Spiritum S. Poteritne Confessarius adhuc talem absolvere vi licentiæ, vel gratiæ concessæ? R. Si in licentia vel gratia concessa nihil contrarium expressum est, atque Pœnitens de hac ipsa malitiosa confidentia verè doleat, séque accuset in Confessione, potest adhuc, & debet absolvi. Quia confidentia illa non tollit potestatem, quæ datur à Superiore, sive à Pontifice in Privilegio, vel Jubilæo. Ita cum aliis Tamburin. cit. c.9. §.2. Et Marchant noster *Tribun. p. I. tract. 2. tit. 4. q. II. dub. II.*

Secus sine dubio esset, si contrarium in licentia vel privilegio expressum esset, prout quandoque exprimitur in Privilegiis Pontificum concedentibus Fratribus Minoribus pro certis temporibus, ut à peccatis omnibus etiam reservatis, à quocunque approbato à Superioribus Ordinis absolvi possint, dummodò (ajunt Pontifices) *ex confidentia aliqua peccata non committant*, quo casu eis nullatenus talis indulgentia seu gratia suffragetur. Vide compendium Privilegiorum, *v. Absolutio extraordinaria quoad fratres, n. 4. & 7.* Et jam supra insinuavi, hanc confidentiam etiam à Superioribus quandoque excludi. Atque hinc tandem confirmatur nostra responsio data. Si enim Pontifices vel Superiores, quando id negare volunt, expressè negant, signum est quòd si expressè non negent, tacitè saltem concedant. Caveat tamen homo ille, qui communi charitate abutitur, ne desuper aspiciat, & conterat illum DEUS: concludit salubriter terreus Marchant in fine.

S. Specialiter in Jubileo.

766 **Q**ui tempore Jubilæi sapius in peccata reservata relabitur, quamdiu necdum per executionem omnium operum requisitorum Jubilæum consecutus est, potest sapius, & toties, quoties absolvi. Ex communi Marchant *cit. dub. II.* Ratio est: quia Jubilæi potestas est amplissima, nec ad unam tantum, vel alteram Confessionem restringitur: atque usque ad ultimum opus

opus impletum semper durat potestas Jurisdictionis Sacramentalis, cum hæc ab Ecclesia liberaliter data sit, & referatur ad Jubilæum perfectè consequendum: unde qui vult Jubilæum consequi, potest per utramque hebdomadam (& hoc Anno 1676. Passavii per duos menses) ita sua opere distribuere, ut in fine secundæ hebdomadæ (secundi mensis) ultimum opus perficiat, & sic toties quoties intrâ illud tempus absolvi. Iterum vè illis, qui tantâ gratiâ abutuntur, & quod datur illis in salutem, malitiâ suâ accipiunt in perditionem, in confidentiam novæ gratiæ multiplicantes peccata reservata. Si tamen de damnata illa confidentia verè pœniteant ante finem Jubilæi, & tam illa, quàm de reservatis ita commissis verè confiteantur, etiam illo tempore absolvi poterunt.

At verò, cum quis semel in una hebdomada, v. g. omnia opera requisita implevit, Jubilæum consecutus est, jam non poterit in altera hebdomada à peccatis reservatis post illa opera impleta commissis denuò absolvi, cum in Bullis Jubilæorum contineatur, quòd quilibet Christi fidelis semel tantùm Jubilæum lucrari possit: auctoritas autem absolvendi tantùm datur in ordine ad lucrandas Indulgentias Jubilæi: ergo eo ipso, quo semel lucratus est in prima hebdomada, non poterit amplius lucrari in secunda, nec consequenter à reservato commissis in secunda hebdomada absolvi. Ita communis DD. Quòd si tamen quis pro majori securitate, & certius impetran-

do Jubilæo etiam secundâ hebdomadâ requisita iteratò adimpleat, etiam iteratò à reservatis posse absolvi, probabiliter opinatur idem Marchant, *ibidem*. Sed vide latè ex professo de his Gobat Tract. de Jubilæo, hoc incidenter satis.

§. IV.

Specialia quoad Superiores.

7681. **S**pecialiter Prælati Regularis tenetur committere absolutionem reservatorum Confessario deputato in Conventu ita postulanti, quando casus occurrit, in quo eam committi Confessarius judicaverit. Ita expressè statuit Clemens VIII. in suprâ allegato Decretò, Anno 1592. Et confirmavit Urbanus VIII. cum hoc addito notantissimo. Sanctitas sua declaravit, ut si hujusmodi Regularium Confessariis casus alicujus reservati facultatem petentibus, Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illâ vice Pœnitentes Regulares, etiam facultate à Superiore non obtentâ absolvere. Sunt Verba Congregationis Cardinalium jussu ejusdem Urbani VIII. edita, & post dictum Decretum Clementis VIII. addita, ut videre est in Bullario *to. 4. edit. Rom. fol. 372.* & referunt Lugo *d. 20. sect. 4.* Pelliz. *tom 2. tract. 8. c. 2. n. 52.* extendens cum Dicastillo *d. 11. dub. 20. n. 339.* id licere toties diverso casu, quoties Superior ita negat. Loquendò tamen semper de Confessariis pro Conventu deputatis. Non ergo aliis quibusvis Confessariis etsi doctis, & probis ea facultas

tas conceditur, ut contra Quintanadvenam re-
 ctè monet Tambur. *cit. c. 9. n. 41.* Et hinc, quia
 in nostro Ordine Confessariis pro Conventibus
 deputatis, Provincialis generaliter committit,
 & delegat facultatem absolvendi à Reservatis,
 absque alio ad Superiorem recursu: etsi Superio-
 rum permissu communiter non reservata confite-
 amur aliis Confessariis approbatis, ii tamen non
 sunt deputati pro Conventu juxta formam De-
 creti Clementis VIII, ac proinde, si iis petentibus
 Superior, seu justè, seu injustè negaret facultatem
 aliquem absolvendi à reservatis, non possunt ni-
 hilominus absolvere, quod valde notandum.
 Nam universaliter, quantumvis injustè Superi-
 or neget facultatem talem Confessario (non ita
 deputato, ut supra) non idèò poterit absolvere
 Pœnitentem ratione negationis præcisè, ac dire-
 ctè sine onere, ut contra Henriquez & Dianam,
 ex communi docet Layman *sape cit. tr. 6. c. 13.*
 & Lugo *cit. d. 20. sect. 4.* sed. solum per accidens
 ratione necessitatis communicandi, &c. & in-
 directè, ac cum onere, opportuno tempore
 comparendi juxta dicta §. 3. ut bene notat Mar-
 chant *cit. dub. 5. sine.*

II. Si Prælati Regularis existimet expediens
 fore, ut subdito petenti det facultatem confiten-
 di casum reservatum alteri Sacerdoti, quem vel
 Pœnitens elegit, vel ipse Prælati destinavit,
 eam saltem ex charitate concedere obligatur: at-
 que adèò universaliter nullus Prælati, seu Supe-
 rior Regularis potest licitè negare facultatem su-

am, seu licentiam, ut subdito, aut alteri confiteatur; aut Confessario, ut audiat & absolvat, nisi ex iusta, & multum rationabili causa, ob quam licentiam dare hic & nunc non expedire iudicet. Comunissima DD. Suarez, d. 30. sect. 4. Coninck d. 8. dub. 14. Marchant *supra*. Layman. c. 12. n. 7. Ratio urgens est; ne Sacramentum Pœnitentiæ in salutem animarum institutum nimis grave accidat, atque occasio accipiatur reticendi peccata, cum Sacramenti irreverentia, & sacrilegio, propriaque salutis iacturâ. Sicut rectè monet D. Thomas apud Layman *cit.* dicens: *Qui sunt multum solliciti, ut conscientias subditorum per Confessionem sciant, multis laqueum damnationis injiciunt, & per consequens sibi ipsis.* Sic Sanctus. Atqui potestas ista reservandi peccata, data est in ædificationem, non in destructionem, ajunt Pontifices. Quare Superior absque ulla iusta causa reservationem urgens, eamque licentiam negans, omninò ageret in destructionem subditorum, graviterque peccaret, minimum contra charitatem, ut si advertat, nimiam subditi verecundiam ac timorem, minorem in confitendo libertatem, periculum subdicendi aliquod peccatum: imò etiam contra justitiam, utpote si alioquin grave damnum subdito emergeret, utpote infamia, revelatio Confessionis, alienæ culpe injusta manifestatio, inimicitia graves &c. Cæterum iusta, & rationabilis causa negandi eam facultatem, subditumque ad se sistendum cogendi est, quando Superior ita necessarium iudicat,

dicat, vel emendando reo, quia Confessarius petitus, vel facultatem petens non videtur sufficiens ad consulendum bono spirituali Pœnitentis: vel ad avertendum scandalum, vel grave nocumentum Communitati, aut tertio alicui imminens, cujus remedium efficacius ipse Superior adhibiturum se prudenter existimet &c quæ prudentis Superioris arbitrio relinquantur: quibus & similibus casibus Pœnitens recusans comparere, merito censetur indispositus ad absolutionem. In dubio autem semper præsumendum erit Superiorem habere justam causam denegandi, sicque absolutio adhuc dari non poterit ab inferiori.

III. Si Prælati, vel Superior Regularis casum reservatum per seipsum cognoscendum rationabiliter arbitrans, vult Pœnitentem sibi confiteri, tenetur audire totam ejus Confessionem quoad materiam necessariam, scilicet omnia ejus peccata mortalia & reservata, & non reservata, & non potest solo casu reservato, vel peccatis reservatis auditis, Sacramentaliter absolvere, & reliqua alteri inferiori committere, nisi urgente gravi necessitate, quali alioquin Pœnitens excusaretur ab integritate materiali confessionis, aut quilibet Confessarius ab audiendis omnibus aliis peccatis Pœnitentis. Ita communis, & mihi certa sententia Navar. c. 26. n. 6. Suarez. Layman, March. & alii passim. (contra graves DD. D. Anton. Paludan. Cajet. Henriq. Sa: absolute docentes Prælatum, à solis reservatis etiam citra necessitatem absolvere.

solvere posse & hanc esse Ecclesie consuetudinem. Verum DD. cit. merito negant talem consuetudinem apud bonos, & doctos Prælatos vigere) ratio urgens est : quia integritas materialis Confessionis omnium peccatorum mortalium est juris divini ad integritatem Sacramenti pertinens : Superior autem habens potestatem reservandi, & reservata absolvendi, non ideo habet potestatem dispensandi, vel aliter disponendi in jure divino : ergo &c. Quod si ergo Superior negotiis impeditus subditi totam Confessionem audire non possit, aut certè non velit, nihil audiat sacramentaliter, aut audito sub sigillo secreti solo casu reservato, reservationem vel censuram tollat, atque non absolutum ad Confessarium inferiorem remittat, pro integra confessione peccatorum, tam reservati, quam aliorum peccatorum mortalium faciendæ, & ab omnibus directè absolvendum. Potestque Superior auditis ita solis reservatis, aut ipse Cœniti pœnitentiam secretam imponere, aut taxare pœnitentiam injungendam à Confessario delegato, vel eligendo à Pœnitente, prout hujus spirituali saluti expedire in Domino videbitur : quam nimirum pœnitentiam taxatam tenebitur Confessarius injungere, & Pœnitens acceptare sub mortali, si à reservatis absolvi velit.

771 ¶ Insuper potest Prælatum Ordinum Regularium interdum antecedenter committere Confessariis inferioribus potestatem directè absolvendi à peccatis gravioribus, præsertim reservatis, cum

cum onere imponendo Pœnitenti, ut postea se
sistat Superiori, etque peccata illa sub sigillo
Confessionis, vel secreti aperiat ad salubrem ani-
mæ ejus curationem, ut ex Suarez, & Coninck
monet Layman *cit. c. 12. n. 12. ad fin.*

IV. Tandem si Pœnitenti grave accidat, pec-
catum reservatum extra Sacramentum Confes-
sionis Prælo manifestare, ipse verò ob justum
impedimentum integram ejus Confessionem
audire non possit, atque insuper expedire non ju-
dicet alteri Confessario causam committere, his
omnibus concurrentibus, poterit Prælatus, seu
Superior, auditis solis reservatis, sacramentaliter
absolvere, ut absolutio directe cadat super audi-
ta, indirectè verò super alia, quæ ob moralem im-
possibilitatem audiri non potuerunt. Ita com-
munis DD. Navarrus, Suarez, Coninck, Lay-
man, Lugo *ll. cc.* quanquam omnes fateantur
casum hunc esse rarissimum. At controversum
est inter DD. utrùm tunc Pœnitens unà cum a-
liis suis mortalibus, à quibus directè absolutus
non fuit à Superiore, teneatur alteri Confessario
etiam ipsum peccatum reservatum directè à Su-
periore absolutum iteratò confiteri. Affirmant
Cajetanus, Henriquez, Sa, alii non pauci. Quia
uni eidemque Sacerdoti omnia peccata mortalia
explicare oportet. Sed rectius negant alii com-
munius. Suarez. *d. 31. sect. I. n. 10.* Layman. *n. 10.*
alii passim. Ratio est: quia id universaliter ve-
rum est, ut si ob moralem impossibilitatem prio-
ri Confessario non omnia peccata explicata fue-
runt,

runt, sed aliqua tantum absolutione legitima secuta, postea sola peccata antea non explicata & indirecte tantum absoluta, cum onere, ut etiam directe clavibus subjiciantur, alteri Confessario explicare & confiteri teneatur: cur id ergo non habeat locum respectu Confessarii Superioris, in nostro casu? Sunt quidem omnia peccata mortalia eidem Sacerdoti explicanda ordinariè & per se, non item in casu extraordinario & per accidens, sicut patet in eo, qui unum, seu plura peccata confiteri inculpabiliter oblitus est, vel ob periculum revelationis, aliãve justam causam explicare non potuit, prout visum est suis locis, &c.

SECTIO III.

De bonitate, & scientia Confessarii?

QUÆSTIO I.

Qua bonitas requiritur in Confessario?

SUMMARIUM.

773. *Bonitas legalis in Confessario est carentia impedimenti Canonici:*
774. *Moralis verò, status gratiæ.*
775. *Scienter in mortali absolvens, mortaliter peccat, tamen semel tantum; est ò eadem vice plures absolvat.*
776. *Unde tenetur præmittere confessionem, vel contritionem, aut saltem aversionem ab omni peccato.*
773. **D**uplex requiritur bonitas, *legalis, & moralis*, Bonitas legalis requisita est, ut careat impedimento Canonico auferente vel impediante jurisdictionem, alioquin etiam invalide absol-

absolvat: ut scilicet non sit excommunicatus non toleratus, utpote nominatim denunciatus, vel notorius percussor Clerici: item non suspensus, depositus, degradatus. Excommunicatus autem toleratus, validè absolvat ex concessione. Concilii Constantiensis. c. ad evitanda; imò etiam licitè, si à fidelibus requiratur: secus, si se ipsum ingerat: nam concessio illa facta est in favorem fidelium tantum, non autem in favorem excommunicati.

II. Bonitas moralis ad licitè Sacramentum ministrandum requisita est, ut Confessarius absolutus sit in statu gratiæ, juxta communissimum sensum DD. Ratio fumitur ex ipsa ordinatione, quæ datur Spiritus S. id est gratia Spiritus S. in ordine, ad hoc ministerium debitè exercendum, dicente Episcopo verba Christi. *Joan. 20. accipite Spiritum sanctum &c.* quam proinde gratiam ad illud ministerium servare, vel amissam suscitare tenetur juxta illud *2. ad Timoth. 1. admoneo, te, ut resuscites gratiam, quæ est in te, per impositionem manuum mearum.*

III. Qui scienter, & actu existens in peccato mortali hoc Sacramentum ministrat, confessiones audit & absolvit, mortaliter peccat secundum omnes. Ratio jam dicta est. Comittitur autem peccatum in ipsa prima absolutione, & non antea, et si eadem vice plures absolvat, qui eodem continuo ministerio, non plura distincta, ut volunt sanè multi, sed unum tantum numerò peccatum committit, ut sufficiat postea confiteri, mini-

ministravi Sacramentum semel, juxta probabilem sententiam Recent. Jam alibi indicatum.

776 IV. Confessarius sibi conscius peccati mortalis, antequam confessiones audiat saltem antequam absolvat, tenetur vel confiteri, vel elicere contritionem, secundum communem sententiam DD. Ratio iterum ex dictis sequitur. Quod si tamen ex improvise vocatus ad ægrotum, se tam cito colligere non possit ad contritionem elicendam, aut certè falso credat se elicuisse, tunc non peccare absolvendò, concedunt iidem DD. passim, etiam Lugo & Tambur *l. c.* Verùm universaliter loquendò probabile & tutum est, Confessarium tunc nec teneri confiteri, nec elicere contritionem, cum de neutro ullum extet præceptum, nisi pro Sacramento Eucharistia: idque potius in ordine ad ipsius passivam susceptionem, quam administrationem, uti explicat Concil. Trid. *sess. 17. c. 7.* Deinde Confessio sæpissime præmitti nequit: contritio autem perfecta sæpe etiam moraliter impossibilis, & plerumque incerta est. Sufficit ergo Confessario habere actua-lem aversionem ab omni peccato, & voluntatè peccandi, per pium motum & conversionem ad DEum, cum proposito opportune confitendi. Hoc enim sufficit, ut dicatur se verè præparare ad gratiam & facere, quantum in se est, juxta præsentem obligationem; sic enim reverà non actu, etsi adhuc habitu, existit in statu peccati mortalis. Sic bene, & solidè noster Marchant *Trib. p. 2. Tract. 2. tit. 5. q. 2.* Hæc tamen secundum indul-

gen-

Secl. III. De bonitate & scientia Confessarii. 721
gentiam dicuntur ad solatium Sacerdotum infir-
morum, & occasionibus expositorum, non autem
consuluntur, præsertim Religiosis.

QUÆSTIO II.

*Quæ Scientia requiritur ad Con-
fessarium?*

SUMMARIUM.

777. *Quæ debeat Confessarius scire, ut absolvas validè.*
778. *Quæ ut absolvas licitè?*
781. *Non requiritur, ut se reflectas super singula audita, dum actu absolvis.*
782. *Non requiritur notitiâ, & intelligentia omnium ex-acta, nec semper iudicium determinatum de quantitate, vel qualitate peccati in individuo.*
784. *Quando, & qualiter Confessarius ad officium requisitus ignorans peccet? usque ad n. 788.*

§. I.

Ut validè absolvas?

UT Confessarius validè absolvas, requiritur ⁷⁷⁷
& sufficit cognitio distincta formæ, & sal-
tem confusa peccatorum sub ratione confusa
peccati, vel offensæ DEI, ut nimirum hic & nunc
saltem confusè apprehendat, Pœnitentem offen-
disse DEum, esse peccatorem &c. etsi nullum ju-
dicium formare de qualitate peccatorum, & di-
spositione Pœnitentis possit, ideòque absolen-
dò, sinè dubio mortaliter peccet: ita communis
DD. Ratio est: quia hoc iudicium principaliter in-
stitutum est ad misericordiam, & liberationem
peccatoris cum dolore, & emendationis propo-
sito confitentis peccata sua: ergo suppositâ verâ
PARS III. DE SACRAM. Z z dispo-

dispositione Pœnitentis, ad hanc misericordiam & liberationem impetrandam non requiritur, nisi vera potestas & jurisdictio Ministri, cum debita intentione, & forma confuse saltem peccatum agnoscentis. Nam distinctam peccatorum cognitionem non requiri; patet in moribundis, aut aliàs impeditis peccata sua explicare; unde Confessio tali ignaro Sacerdoti, etiam ignoranti peccata tuà esse mortalia, imò putanti esse venialia tantùm &c. bonâ fide facta, valida est nec postea repetenda, ut alibi dictum: etsi remaneant obligationes ex peccatis ortæ v. g. restituendi, satisfaciendi: etsi propter ignorantiam à Confessario de iis admonitus, non fueris, ut omnes observant.

§. II.

Ut licitè absolvat?

778 **C**onfessarius, ut licitè audiat confessiones & absolvat, tenetur habere scientiam omnium ad officium suum, quâ Judex, quâ Medicus, & Doctor spiritualis est, debite & fructuosè exercendum requisitorum: adeoque necessario scire debet sequentia:

I. Quâ Judex debet scire 1. quænam sint peccata mortalia & venialia, saltem ex genere suo in qualibet materia præceptorum divinatorum, vel Ecclesiasticorum. 2. Debet scire peccatorum species & circumstantias speciem mutantem, vel aliàs necessariò explicandas in Confessione. 2. Debet scire obligationes & onera, quæ per ipsa pec-

Secl. III. De bonitate & scientia Confessarii. 723

peccata communiter contrahi solent : ut sunt restitutiones bonorum , famæ , vel fortunæ , satisfactiones pro injuria &c. 4. Debet scire casus reservados , & censuras , saltem à quibus ipse absolvere non potest ? nam eorum casuum vel censurarum , à quibus absolvere potest , sufficit habere cognitionem confusam , & intentionem semper ab iis absolvendi , si opus fuerit , ut *secl. preced.* jam monui : item si Clericorum Confessiones audiât , nosse debet , quibus casibus incurratur suspensio & irregularitas. 5. Principaliter debet scire requisita in Pœnitente ad bonam dispositionem validamque absolutionem : utpote qualis requiratur dolor , confessio , propositum &c. & hæc ut Judex.

II. Ut Medicus debet scire omnia peccatorum , & tentationum remedia , & modos , quibus Pœnitens à peccatis resurgere possit alia consulendô , alia prohibendô &c. pro quibus legendi sunt Authores obvii , & singulariter Joah. Buzæus in Panario , & Pancarpio.

III. Ut spiritualis Doctor , debet scire resolutiones casuum , & obligationum , quæ ex peccatis oriuntur : quò spectant impedimenta & casus Matrimonii , status Clericalis , ac Religiosi.

IV. Ut Judex , Medicus , Doctor , ut licitè absolvat , debet intelligere omnia peccata confitentis , quantum rationabiliter potest , & saltem se reflectere super omnia mortalia , quando profertur à Pœnitente , non tamen opus est , ut reflectat se super singula , seu singula in memoria

habeat, quando actu absolvit, sed sufficit, quòd tunc statum Pœnitentis in genere apprehendat, unde qui absolvit eum, cujus peccatum aliquod, vel aliqua mortalia per notabilem negligentiam, vel ignorantiam non intellexit, graviter peccat, absolutio tamen valida erit, sicut & Confessio tali incurio bonâ fide facta, ut ex communi docet Layman *l. 2. tit. 6. c. 9. n. 5.* quin nec valida solùm est absolutio, sed culpâ quoque vocabit, si ex inculpabili inadvertentia, distractione &c. item propter somnum gravantem, cantum, impeditam linguam confitentis aliquod peccatum elabatur. Ut omnes observant, quia ex una parte essentia, & effectus Sacramenti consistere potest absque integra & specifica peccatorum explicatione, si sinè culpa Pœnitentis omittatur, & consequenter etiam sinè integra eorum cognitione in Confessario: ex altera autem parte in ministerio non ad extrema & moraliter quasi impossibilia Ministros suos obligat Ecclesia, sed tantùm ad diligentiam ordinariam & humanam, quòd si tamen quocunque casu Pœnitens post Confessionem intelligat, unum vel plura peccata mortalia non fuisse intellecta à Confessario, debet ea repetere in sequenti Confessione, sive eidem, sive alteri Confessario faciendâ, ut rectè monet Layman *ibidem.* vide dicta, & huc refer ea, quæ c. 3. de integritate Confessionis invenies.



*Qualiter Confessarius tenetur prædi-
cta scire ?*

Non tenetur Confessarius prædicta omnia sci-782
re exactè, resolutè, vel memoriter, scilicet ita, ut de iis omnibus resolute disserete, vel illa recitare possit, quod viris etiam doctis foret impossibile, sed sufficit omnia illa scire mediocriter, & in habitu, ita, ut quando à Pœnitente proponuntur de qualitate, & gravitate actûs, ejûsque obligationibus possit prudenter dijudicare, aut saltem prudenter dubitare in ordine ad ulteriùs studium, inquisitionem aut consultationem, libros aut doctiores consulendò: hoc enim tantùm requiritur ad formandum iudicium in hoc foro, ut ex communi etiam docet Layman c. 12. n. 1. Dico autem, *prudenter dubitare*, dubio scilicet fundamentali orto ex notitia acquisita, non autem solò dubiò ignorantia, quo ignarus quisque de re quâvis dubitare potest. Dein certum est majorem, minorémve scientiam requiri pro diversitate locorum, & Pœnitentium, minor enim scientia requiritur, & sufficit in simplici Parocho, vel audiente solos Rusticos, quam in Confessario, qui in Civitate, Emporio, Aulis Principum, Pœnitentiariis exponitur ad audiendas confessiones: item in eo, qui Moniales tantùm, quam in eo, qui Clericos, vel Religiosos audit. Tide Layman *ibidem*, & ab eo citatos.

Cæterùm quamvis, ut dictum, Confessarius 783

actu audiens confessiones, teneatur advertere ad qualitatem peccatorum in genere suo, quatenus proponuntur à Pœnitente, non tamen tenetur semper ferre determinatum iudicium de quantitate, vel qualitate peccati in individuo, videlicet, an hoc peccatum hic & nunc sit peccatum mortale vel veniale, quia tale determinatum iudicium de qualitate, & quantitate malitiæ peccatorum in individuo, etiam sæpè maximè vulgarium, ut blasphemix, omissionis Sacri, violationis jejunii &c. sæpissimè impossibile est etiam apud eminentissimum Theologum. Casus enim peccatorum in individuo infinitis ferè modis alterantur quoad majus & minus, ex circumstantiis aggravantibus, minuentibus, excusantibus, utpote ex perfectione, vel imperfectione actus, indeliberatione, passione, &c. ex quantitate materiæ, necessitate, difficultate, concursu diversarum rerum, ratione quarum ea, quæ de se peccata mortalia sunt, venialia, aut nulla fiunt, aut e contra, ut patuit in materia de peccatis, ex quibus nonnunquam iudicium ita suspensum tenetur, ut nullatenus prudenter in alteram partem inflecti possit. Sufficit ergo, si gravitatem, & qualitatem malitiæ secundum se dijudicet, aut saltem in genere Pœnitentem peccasse agnoscat, etsi ad gradum peccati mortalis certò illam determinare non possit.



§. IV.

Qualiter Confessarius prædicta ignorando peccat ?

Qui enumerata superius ita ignorat, ut in 784 illis sibi propositis communitur, & rationabiliter nequeat dijudicare, aut saltem prudenter dubitare, ad consultationem, vel studium necessarium, peccat mortaliter ministerio confessionis se exponens, quia tunc verè idoneus Judex censeri non potest, ideòque perversè tanto ministerio se ingerit, nisi quandoque aliunde excusetur.

II. Excusat autem 1. Parvitas materiæ, ut 785 pote circa venialia tantum, quæ, quia non sunt materia necessaria, non tenetur Confessarius determinatè dijudicare, sed sufficit in genere dijudicare Pœnitentem peccasse, seu peccatum aliquod agnoscere. 2. Excusat inadvertentia aliqua humana, vel labilitas memoriæ, quia, ut dicitur; quandoque bonus dormitat Homerus, ex quo Confessario alias timorato & diligenti, scrupulandum non est. 3. Excusat gravis necessitas, utpote in articulo vel periculo mortis: tempore pestis: quando adest obligatio communicandi vel celebrandi, & alius Confessarius sufficienter doctus non adest, aut quando aliquis longo tempore cum aliquo detrimento deberet expectare, tunc enim, sicut Pœnitenti licebit confiteri Sacerdoti ignoranti, ita & eidem licebit talem audire; quia necessitas non habet legem, & charitatis est latum mandatum nimis. 4. Excusare etiam

etiam potest : si Pœnitens doctus rationabiliter volens confiteri , nec alium sufficienter scientem commodè habere potest , suppleat ignorantiam Confessarii utpote ei aperiendo qualitatem , gravitatem , & circumstantiam sui peccati , ita ut non sit opus aliquo examine vel iudiciò : non autem sufficeret , quòd ipse Pœnitens solum intelligat suum peccatum , sed etiam debet ipsi Confessario ignaro notum facere , ut providè observat Marchant *l. 6.*

786 III. Confessarius ignarus ex ignorantia absolvens , quem absolvere non poterat ob reservationem peccati , vel indispositionem Pœnitentis , dupliciter peccat mortaliter : nimirum & actuali Sacrilegiò indebitè absolvendò , & ignorantia eorum , quæ ad officium suum spectant , ratione cujus versatur in continuo statu peccati mortalis omissionis , quamdiu necessariam scientiam sibi comparare culpabiliter negligit ; imò nisi congruam diligentiam sincère proponat , ipsèmet confitens ab alio Confessario absolvi non poterit , utpote indispositus defectu necessarij propositi emendandi negligentiam illam mortalem : quod amore DEI & salutis suæ notent Confessarii incuri , qui ignorantia suæ conscii , tamen omne prorsus caluum conscientiaè studium omninò negligunt.

787 IV. Restat quaestio , quid si Superior per obedientiam præcipiat Confessario tali ignaro , audire confessiones ? Dicendum cum distinctione.

1. Superior ipse , quicumque Confessarium ignarum

rum

rum eorum, quæ ad hoc ministerium pertinent, scienter instituens, admittit, aut per obedientiam adigit ad audiendas confessiones, peccat mortaliter certissimo omnium consensu: Et hinc 2. Sacerdos suæ ignorantia omnino sine ulla tergiversatione concilius, (extra casus necessarios supra expositos) non potest obedire Prælato per obedientiam præcipienti, ut Confessiones audiat, atque aded adhuc audiendò peccat mortaliter: certum apud omnes. Ratio utriusque est, quia nemo potest præcipere, nec obedire in materia certa peccati: atqui extra casus necessarios peccat ignarus Sacerdos audiendò confessiones, ut dictum est: ergo &c. 3. Si Confessarius solum dubius sit & anxius de sua sufficientia, tenetur dubietatem saltem practicè deponere, esto remaneat speculativè dubius & anxius, & Prælato præcipienti, ut confessiones audiat, obedire obligatur. Communissima cum Div. Thoma, Navarro, aliis & Layman *cap. 13. num. 1.* Ratio certa petenda est ex materia de Legibus vel conscientia, quia in dubio possidet lex obedientia: & scientia ac conscientia Superioris præferenda est nostræ dubietati, timori, vel opinionationi. 4. Confessarius in examine Ordinariorum legitimè approbatus, & alias faciens, quantum in se est, potest liberè dubitationes, suspiciones, & scrupulos ignorantia suæ, & inidoneitatis deponere, & confessiones audire, ut rectè resolvit *Marchant.* Ratio est: quia Ecclesia sic approbatum, idoneum judicat in Concil. Trident.

quod sufficit ad licitam hujus Sacramenti administrationem, quamdiu tibi de defectu, vel inidoneitate certò, vel probabiliter non constat. Dices: Approbatus quidem sum, sed in exercitio superior me multa ignorare, & hallucinatum esse. *ry.* Studiò, & exercitiò sufficientiam auferi, & perfici. Unde si rationabiliter de aliqua materia dubitas, vel ignorantiam tuam advertis, debes singulari lectione, vel consultatione supplere, & ut dixi, facere quantum in te est. Hæc quoad scientiam Confessarii in actu signato quidem abundè fatis: quoad actum exercitum tu videris.

SECTIO IV.

De obligatione, & officio Confessarii,

788 **T**Riplex est obligatio, seu officium Confessarii. 1. Procurare rectitudinem hujus Tribunalis, seu judicii Sacramentalis, seu, quod idem est: Pœnitentem disponere ad Sacramentum validè & fructuosè suscipiendum. 2. Dispositum absolvere, & non alium: alioquin enim, aut injurius fiet Pœnitenti, aut Sacrilegus. 3. Tacere ea omnia, quæ mediante confessione cognovit, seu servare secretum sigilli. De hoc tertio, quia non solum Confessarium, sed alios subinde concernere potest: agam seorsim *cap. seq. ultimo.*

Quoad primum debet Confessarius rectitudinem judicii procurare, seu Pœnitentem disponere ad Sacramentum validè, & fructuosè suscipiendum tribus modis, examinandò, instruendò, monendò. Ratio clara est: quia Confessario mora-

Secl. IV. De obligatione & officio Confessarii. 721
moraliter constare debet de bona dispositione
Pœnitentis necessariò requisitâ ad hoc Sacramen-
tum validè, & fructuose suscipiendum, quæ di-
spositio in hoc sita est, quòd Pœnitens omnia
sua peccata practicè habita in memoria cum ve-
ro dolore, & proposito confiteatur in ordine ad
absolutionem obtinendam, alioquin si de his
moraliter non constet, Confessarius absolvendò
peccaret mortaliter Sacramentum exponens peri-
culo nullitatis: ergo &c.

I. Si Pœnitens ipse hanc suam dispositionem
non satis exprimat, debet eum de hoc examina-
re. 2. Si examinandò reperiat ipsum indisposi-
tum ex parte intellectûs necessaria aliqua igno-
randò, debet eum instruere, & docere. 3. Si re-
periat eum indispositum ex parte voluntatis, ex
defectu doloris, propositi &c. debet eum mone-
re, movere, inducere ad officium præstandum.
Nunc de singulis per Quæstiones.

QUÆSTIO I.

*Qualiter, & de quibus tenetur Confessarius
Pœnitentem examinare, & interrogare?*

SUMMARIUM.

789. *Confessarius ex ignorantia, vel negligentia gravi
non examinans, vel interrogans Pœnitentem per se
non exprimentem aliquid necessariò requisitum, pec-
cat mortaliter.*
790. *Unde interrogare debet ipsa peccata, circumstantias,
numerum & alias dispositiones.*
791. *Quando Pœnitens putatur, illa omittere culpabiliter,
vel ex ignorantia aut ruditate emendabilis.*

792. *Examine tamen morali & humano.*793. *At prudenti & cauto, non indiscreto, & curioso, praesertim in materia luxuria.*

789 **R**EGULA GENERALIS est: Confessarius tenetur examinare Pœnitentem, quando probabiliter credit vel suspicatur eum omittere aliquid, quod ex parte ejus est necessarium ad validam & licitam administrationem, simulque fructuosam susceptionem hujus Sacramenti: examine tamen morali & humano, item prudenti valde, & discreto, adeoque si ex ignorantia vel negligentia gravi de ejusmodi requisito non examinet Pœnitentem, peccabit mortaliter secundum omnes. Ratio est: quia sicut universaliter omnis Judex, ita maximè Confessarius, quantum rationabiliter potest tenetur procurare, ac providere, ut judicium suum validum sit ex parte sua & Pœnitentis: quippe cujus invaliditas cederet in offensam DEI, Sacramenti irreverentiam, & animæ damnationem: ergo quando probabiliter credit, vel suspicatur aliquid ejusmodi deesse ex parte Pœnitentis, tenetur examinandò supplere, alioquin si gravi ignorantia, vel negligentia omitteret, peccabit mortaliter, transgressione nimirum obligationis suæ in re gravissima. Secus, si negligentia levis omninò inculpabilis esset, ut si ex memoriæ labilitate, humanâ distractione, fatigatione spiritûs ex nimia attentione in Confessionibus audiendis, &c. aliqua examinare omitteret, v. g. numerum, vel circumstantiam peccati alicujus: tunc enim vel omninò à peccato excu-
sare-

faretur, vel non nisi venialiter peccaret: quia nemo tenetur cum tanta difficultate, & morali impossibilitate alienos defectus supplere. Jam bene ponderatis singulis Regulæ particulis in particulari resolvendum est.

I. Confessarius tenetur interrogare Pœnitentem per se non exprimentem, imprimis de 790
ipsis peccatis: eorûmque circumstantiis necessariò confitendis, ac numero, eâdem scilicet ratione, quâ tenetur Pœnitens eadem explicare juxta dicta suò locò. Dein etiam de aliis dispositionibus necessariò requisitis ad validam & fructuosam susceptionem Sacramenti: utpote an verè doleat de peccatis verâ contritione, vel saltem attritione, an habeat firmum propositum emendandi, & occasiones peccandi, devitandi: an sit paratus satisfacere proximo in casibus ita postulantibus, utpote restituere alienum, satisfacere pro injuria, offensam remittere, inimico reconciliari &c. Omnes, quia absque his omnibus hoc Sacramentum invalidè & sacrilegè administraretur: ergo quando eorum defectum advertit vel suspicatur Confessarius, interrogare debet.

II. Confessarius solùm tenetur interrogare de 791
peccatis, eorûmque circumstantiis, &c. quando illa explicare pœnitens aut culpabiliter, aut ob ignorantiam vel ruditatem emendabilem omit- tit, idque probabiliter advertit ipse, vel suspicatur. Omnes. Communissimâque. Ratio est: quia Pœnitens tenetur peccata omnia secundum speciem & numerum confiteri, quatenus fieri potest

potest, ad hoc, ut possit ritè absolvi: ergo eùm Confessarius id eum non præstare advertit, eum examinandò adjuvare tenetur, ac pro examinè potest remittere; ut videbitur inferius suò locò. Nec refert, tametsi Confessarius advertat, pœnitentem propter invincibilem ignorantiam, vel ruditatem peccata sua integrè non confiteri, nihilo minus etiam per se loquendò eum interrogatìonibus adjuvare tenetur, quia ad rationem iudicii spectat, per se loquendò, ut causa integrè cognoscatur, antequam sententia feratur, juxta communem DD. Sylvester, Navarrus, Suarez, alii cum Layman locò cit. c. 13. Dico autem: per se loquendò: per accidens enim subinde aliter fieri possè ob nimiam ruditatem Pœnitentis, aut impotentiam Confessarii, ex alibi dictis liquet, & nemo Theologorum negat. Nihil ergo interrogare debet Confessarius, si consideratà qualitate confitentis prudenter credat, eum integrè confessum, ac integrè dispositum, puta quia benè instructus potest, & solet adhibere diligentiam debitam in se examinandò, & disponendò, comitunis DD. Suarez d. 32. sect. 3. m. 3. rationem nervosam dans: *quia in hujusmodi casu, qualibet interrogatio judicari potest curiosa, onerosàque Pœnitenti, & hinc vitanda sunt.* Hæc ille sapienter. Nec obstat, si peccata aliqua, vel eorum circumstantiam inculpabiliter omitteret, sive ex oblivione inculpabili, sive ob causam excusantem ab integritate materiali confessionis, quia tunc Pœnitens non potest rationabiliter plus

plùs confiteri, nec consequenter Confessarius tenetur interrogandò eum supplere. Quòd si tamen advertat Confessarius Pœnitentem etiam post adhibitam diligentiam sufficientem, peccatum aliquod aut circumstantiam omittere, juxta communem & veram DD. sententiam modò assertam, debet adhuc interrogare & ei in memoriam revocare ad servandam integritatem materialem confessionis, & judicii hujus, cum ita facile servari possit. Vide Cardinalem de Lugo d. 22. per totum etsi oppositum teneat Emanuel Sa apud ipsum, excepto casu, quando peccatum omissum cederet in damnum proximi.

III. Confessarius tenetur interrogare Pœnitentem *examine morali, & humano*; nimirum non

industriâ exquisitâ, & examine exactissimo, sed mediocri, humano, & suavi, juxta capacitatem Pœnitentis, eâdem nimirum ratione, quâ tenetur Pœnitens suamet conscientiam examinare.

Omnes. Ratio: quia Confessarius non plùs obligatur, quàm Pœnitens ad examinandum, imò Pœnitens obligatur per se primò locò, & deinde in defectum ejus secundò locò Confessarius: sed Pœnitens tenetur solum se examinare industriâ morali, & mediocri juxta capacitatem suam: ergo eâdem ratione tenetur Confessarius examinare. Nec sequitur: si plùs se Pœnitens examinâset, vel plùs interrogaretur à Confessariò, plùs inveniret: ergo ad hoc tenetur: quia quoad hoc non debet attendi solum ad exactam integritatem confessionis, sed etiam, ne Sacramentum ex hoc

capite reddatur nimis grave, onerosum, vel odiosum Pœnitenti, quòd omninò fieret, si examen Pœnitentis, & interrogatio Confessarii deberet fieri industriâ exquisitâ, & ultra capacitatem Pœnitentis. Plura ergo, & crassiora interrogandus est simplex Rusticus, vel plebejus, quàm Civis, Mercator, Aulicus. Non omnes examinandi de omnibus peccatis discurrendò per omnia peccata: sed tantùm de gravioribus, & iis, quæ attentâ qualitate, conditione, statu, vel occupatione, aliisque circumstantiis frequentius à tali homine committi solent. De quò certior regula dari non potest, nisi hæc: Tantùm debere esse examen Pœnitentis, ut prudenter judicetur, hic & nunc nihil omitti, aut certè probabiliter non constet aliquid omitti ex parte Pœnitentis necessarium ad valorem Sacramenti.

793 IV. Confessarius tenetur interrogare Pœnitentem *examine prudenti valde, & cautè.* ut scilicet: I. Non sit examen *intempestivum*, sed sinatur priùs se ipsum explicare, quantum potest, ne importunitate terreatur: expedit enim plerùmque, ut Pœnitens memoriter confitens non interpelletur interrogandò numerum, vel circumstantias peccatorum, sed expectet finem confessionis: nisi timeat aliquid necessàrio postea interrogandum oblivisci, tunc tamen adhuc poterit memoriam juvare. Praxis multùm frequentata est, ut peccatis mortalibus in confessione explicari solitis certi digiti designentur, & si intrà peccatorum confessionem aliquid occurrat,

de quo postea interrogandum sit, digitum illum pro tali peccato designatum claudat, vel aliter notet, ita tamen, ut nemo alius notet. Interdum tamen expediet numerum peccati, vel circumstantiam, præsertim in materia turpi, statim breviter interrogare, ne (sicut ait prudenter Henriquez apud Layman n. 9.) Pœnitens peccata, quæ præ verecundia vix semel expressit, debeat denudò repetere, de numero, & circumstantia interrogatus. 1. Ne sit *indiscretum*, v.g. interrogandò de iis, quæ moraliter certum est à tali persona non solere committi, vel ex quibus discat peccare Pœnitens, vel de verecundia inverecondè, vel de numero nimis importunè, si ex confessis probabiliter æstimari possit, juxta dicta suo loco. 3. Ne sit *curiosum* interrogandò de non necessariis, vel impertinentibus, unde Sacerdotis existimatio, Sacramenti dignitas, Pœnitenti salus, vel profectus minuat. Pessimè faciunt Confessarii curiosè inquirentes de aliorum dictis & factis, unde timoratas conscientias malis suspicionibus, judiciis temerariis, detractionibus, revelationibus secretorum illicitis irretiunt in grave aliorum damnum. 4. Cautissimæ maxime, & pauca debent esse interrogationes in materia luxuriæ, ut ad particulares modos, species & circumstantias non descendat, ne vel multa interrogandò doceat pœnitentem, quæ ante ignorabat, sicque occasionem præbeat ulterius investigandi, confessionem traducendi, &c. aut eidem, vel sibimet existat causa turpis tentationis,

aut saltem scandali occasionem præbeat Pœnitenti, ut suspicetur Confessarium harum rerum curiosâ investigatione oblectari, aut in tali materia practicè bene versatum esse &c. etsi horum aliquid timeat, potius aliquid patiaturs deesse integritati materiali confessionis. permittendò minus malum, ad evitandum majus. Personæ honestæ, si in hac materia cogitationes negent non est opus progredi ad opera; rudiores autem & rustici cogitationes sæpè negare solent, cum non agnoscant, vel non advertant: facta verò vel verba inhonesta interrogati fatentur, ut notat etiam Layman *loco cit. n. 8.* Quin multi rudes tales interrogati de peccatis carnis, non apprehendunt etiam comprehendi pollutiones voluntariè procuratas, ideo personæ suspectæ interrogari debent saltem genericè: an nihil turpe commiserint? etiam secum ipsis? nam pudet eas de se confiteri, sed de his examinatæ personæ edicere audent, quamvis in hac re, uti antea dixi, magnâ prudentiâ & cautelâ opus sit. Denique universaliter, quando Pœnitens consideratis circumstantiis examinandus videtur circa peccata, de quibus ipse nullam mentionem fecit, consultum est plerùmque, ut prius remotiores, & generaliores interrogationes fiant, utrum nihil superstitiosum adhibuerit? an nullum odium, vel inimicitiam gerat? an nulli malum vel injuriam intulerit? nihil alienum possideat? &c. Conjuges, quam rectè statum Matrimoniale servent? an pacificè? an uxor in justis rebus obediat marito. Quia sæpè

sapè mulieres viris petentibus debitum negant, idque nisi interrogenter, (sed certè plerumque ita remotè & generaliter, nam specificè interrogare sapè offensivum est honestis Matronis) non facilè confitentur: ut etiam observat Layman cit. c. 13. n. 8. & ita in similibus, quæ praxis docebit.

QUÆSTIO II.

Qualiter, & de quibus tenetur Confessarius instruere, & monere Pœnitentem ?

SUMMARIUM.

- 794. Confessarius tenetur sub mortali instruere, & monere Pœnitentem
- 795. I. Laborantem ignorantia vincibili in quacunque materia mortali.
- 796. II. Quacunque ignorantia laborantem, quæ sunt de necessitate medii ad salutem. Ac
- 797. III. Ignorantem ea, quæ sunt de necessitate præcepti credenda & scienda omni Christiano. &
- 798. IV. Specialiter indispotum disponere.

REGULA GENERALIS: Confessarius sub 794 gravi peccato obligatur Pœnitentem instruere quoad intellectum, & monere efficaciter quoad voluntatem, de his omnibus, quæ ad hoc Sacramentum validè & fructuosè suscipiendum requiruntur, quando apparet ignorantia, vel defectus alicujus ex his in Pœnitente. Ratio est eadem, quæ præcedentis. Ex hac generali Regula deduco aliquot quæstiones, & velut speciales Regulas.

795 I. Pœnitentem I. Ignorantiâ vincibili & mortaliter culpabili laborantem in quacunq; materia peccati mortalis, utpote ignorantem aliquid esse peccatum mortale, quod reverà est, tenetur semper instruere & monere Confessarius. Omnes. Ratio clara est: quia talis ob obicem mortalis ignorantiae, non est dispositus ad absolutionis effectum: contra verò à Confessario monitus, vel retractabit suum peccatum ex ignorantia tali patrari solitum, ut sic absolutionem mereatur; vel etsi non retractet, causam tamen intelliget, cur Confessarius absolutionem neget, eoque malo percutus & conscientiae stimulis actus, postea fortè se corriget. 2. Ignorantiâ verò invincibili, & inculpabili laborantem, per se quidem ordinariè tenetur instruere, & monere Confessarius tanquam Spiritualis Doctor & Medicus Pœnitentis. Secundùm omnes. Cùm enim ejusmodi error per se malum quoddam sit, & plerumque alia incommoda secum trahat, & materiale etiam peccatum magnum sit inconveniens, magnisque damnis obnoxium, ideo eò liberari Pœnitens debet, si facile possit, & fructus speretur, præcipiente saltem lege charitatis, imò etiam justitiæ, si ex pastorali obligatione confessiones audias: ex comuni Layman n. 9. 3. Per accidens autem Confessarius quandòque prudenter dissimulare potest, & debet, quando nimirum prævidet informationem aut nihil profuturam, aut etiam nocituram pœnitenti, Peccata formalia vel scandala oritura, idque in duobus casibus maximè qua-

quando nimirum Pœnitens invincibiliter ignorat, matrimonium suum esse invalidum: aut rem, quam bonâ fide possidet esse alienam: & prœvidet confessarius etiam informatum, non tamen dimissurum, aut sinè scandalo, vel alio gravi incommodo non posset dimittere Conjugem, vel restituere alienum. Ratio indicata est: quia ex duobus malis minus est eligendû: minus autem malum est peccatum materiale, quàm peccata mortalia, scandala publica &c. 4. Quòd si tamen ipse Pœnitens dubitet, aut consulat vel interroget Confessarium, omninò omnium consensu is tenetur aperire veritatem (quia tacere esset approbare falsitatem; falsum autem dicere in re præsertim tam gravi, nunquam licet) prudenter tamen non plus dicendò, quàm interrogetur: ut si interroget Pœnitens, an Matrimonium post votum castitatis contractum valeat, possitq; reddere debitum? R. Quòd sic: prudenter tacendò obligationem nunquam petendi; quandòque etiamsi id ipsum interroget in casu impedimenti dirimentis, v. g. affinitatis antea contractæ. R. Matrimonium non esse validum, ideòque non posse petere debitum; subticendò, quòd etiam non possit reddere, cum id reverrà plures invincibiliter ignorent, atque etiam aliqui oppositum docuerint, de quo suò locò. Hanc quadruplicem Regulam ex professo traditam, & declaratâ habes Tract. I. Theol. moral. c. I. sect. 2. assert. S. per totam, & videre potes Layman cit. & Lugo d. 22. de his succinctè differentes:

796 II. Pœnitentem, quâcunque ignorantia laborantem in iis, quæ sunt de necessitate medii ad salutem credenda: nimirum mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationem Verbi, seu fides explicita DEI Unius & Trini, & Filii Divini pro nobis incarnati, passi & mortui, Mediatoris nostri, Confessarius advertens, (idque frequens in pueris & rusticis) tenetur instruere eo modo, quo hic & nunc est capax; non quidem doctrinaliter, ut ea capere, intelligere, memoriter tenere, ac recitare possit, sed sufficit pro tempore, ut ei obligationem discendi insinuet, ejusque ignorantiam suppleat proponendô ei articulos credendos, ut ad singulos actum fidei exerceat. Ex. gr. Credis, quod DEus unus sit in essentia & tres personæ, &c. sicut ego, & Ecclesia credit? Credo. Credis Filium æqualem Patri, pro salute tua incarnatum ex Virgine, passum, mortuum, &c. unicum Mediatorem nostrum, per quem salvandi sumus? Credo, &c. tandem in genere: Credis, quidquid credit S. Romana Ecclesia, & vis mori in ista fide? ita. Ulteriùs doles te ita ignarum esse, & negligentem fuisse in istis necessariis ad salutem addiscendis? Doleo. Proponis firmiter nactus occasionem opportunam, quod curabis te instrui, & velis diligenter discere, quæ sunt necessaria ad salutem tuam? Ita. Si hos actus exerceat, sufficit ad instructionem à Confessario hic & nunc præstandam & ad dispositionem sufficientem Pœnitentis ad Sacramentum suscipiendum, quantum est ex hoc capite.

III. Pœnitentem ignorantem ea, quæ sunt ne-
 cessitate præcepti credenda & scienda ab omni
 Christiano: (sunt autem hæc: 1. Articuli Sym-
 boli, saltem crasso modo quoad substantiam. 2.
 Oratio Dominica. 3. Præcepta Decalogi. 4. Sacra-
 menta saltem necessaria, ut Baptismus, Pœniten-
 tia, & Evcharistia) tenetur Confessarius omni-
 nõ instruere quoad ea, quæ sunt necessaria, ad
 fructuosam confessionem, & communionem, si-
 quidem absolvere & ad communionem admit-
 tere velit, utpote quid requiratur ex parte Pœni-
 tentis ad Sacramentum Pœnitentiæ, quid conti-
 neatur & suscipiatur in Sacramento Evcharistiæ.
 Quoad alia instrue, quantum tempus & capaci-
 tas Pœnitentis permittit, modo supra dicto sup-
 plendõ, interrogandõ, dolorẽ ignorantia, & pro-
 positum discendi exigendõ modo supra dicto. Et
 generaliter. Quoties Pœnitentes bonâ fide agunt,
 & temporis angustia, vel consitentium multitu-
 do longam instructionem vel examinationẽ non
 permittit (& maximè quando Pœnitens pluri-
 mas confessiones invalidas fecisset) nec expedit,
 ut sinè absolutione dimittantur, vel sunt peregrini,
 qui mox communicare, & abire debeant, suf-
 ficiet integritas formalis confessionis, quâ audi-
 tis aliquot peccatis, & numerõ Confessionum &
 Communionum Sacrilegarum absolvantur cum
 onere redeundi ad pleniorem instructionem, &
 perfectam confessionẽ, ut *c. preced.* notatum est.

IV. Specialissimè Pœnitentem ignarum vel
 indispositum Confessarius sciens, & advertens

gravissimè obligatur instruere, monere, & dispo-
nere in iis, quæ directè & immediatè ad Sacra-
mentum ipsum validè & fructuosè suscipiendum
ex parte Pœnitentis requisita sunt: nimirum 1.
Ut verum dolorem supernaturalem, contritionem
vel attritionem eliciat cum serio proposito
emendationis, proponendo ei bonitatem DEI,
gravitatem & turpitudinem peccati, periculum
æternæ damnationis &c. juxta latè dicta cap. 2.
de Contritione, & Attritione. 2. Ut integrè con-
fiteantur omnia peccata mortalia, eorum cir-
cumstantias, ac numerum morale, juxta dicta
c. 3. 3. Ut firmiter proponat devitare occasio-
nem proximam peccatorum, ac satisfacere obli-
gationibus ex peccato ortis, utpote restituere ab-
lata, famam, vel honorem læsum: deponere
odium & inimicitias, amovere vel emendare
scandala data: item juvare indigentes in gravi
necessitate, denunciare delicta, vel delinquentes in
detrimentum Communitatis vel aliorum, &c. in
quibus omnibus, nisi Confessarius instruat, & ef-
ficaciter moneat ad satisfaciendum, seipsum cri-
minum participem & sacrilegii reum faciet.
4. Singulariter Confessarii Principum, Prælato-
rum, Magnatum, scientes ipsos non satisfacere
suo officio circa collationem beneficiorum, ele-
ctionem Ministrorum, gubernationem subdi-
torum: circa eleemosynas ex bonis Ecclesiasticis
faciendas, aut propter omissas Horas &c. regu-
lariter tenentur monere ipsos de sua obligatione,
alias, si absolvant, suis humeris peccata illa impo-
nunt,

nunt, & cæcus cæcum ducens ambo in foveam
 inferni cadent; rarò enim in talibus est ignoran-
 tia invincibilis, plerùmque illa peccata afferunt
 scandala in subditos, nec rarò commune dam-
 num: si tamen videant, esse ignorantiam invin-
 cibilem in aliquo particulari casu, neque ex illa
 sequi scandalum aut damnum commune, contrà
 verò admonitionem nihil profuturam, sed fortè
 majus malum pœnitentis, poterit interdum dis-
 simulare, nisi interrogetur juxta dicta *N. 1.* vide
 Cardinalem de Lugo *disp. 22. n. 37.* Denique
 quando Pœnitens ignarus obligaretur ad aliquid
 adeò difficile, ut non crederetur tunc æquo ani-
 mo acceptaturus, sed aliâ vice commodius in-
 formandus speretur, poterit prudens Confessa-
 rius tunc illum relinquere in bona fide, & admo-
 nitionem differre in tempus opportunius: ne
 fortè fictè promittens sacrilegè absolvatur, aut
 territus à Confessione abstineat, graviusque de-
 trimentum incurrat: Lugo *ibid.* Unde ejusmo-
 di graves obligationes restitutionum & simili-
 um excitato dolore & generali proposito satis-
 faciendi pro peccatis, quantum in conscientia ob-
 ligantur pœnitentes, in specie, soleo monere post
 absolutionem, prout singulari exemplo docet
 Layman *cit.* defaga, quæ obstetrix ultra 40. in-
 fantes baptizavit in nomine Diabolorum, & ideo
 in conscientia obligata ad se manifestandum, ut
 saluti animarum succurratur, sed similiter primò
 post absolutionem monendâ; & alicubi audien-
 tibus confessiones Zignorum contulvi, ut obli-

gationem non furandi de cætero, quam apprehendere nolunt, & sibi impossibilem putant, nisi interrogentur, vel omnino dissimulent, vel primò post absolutionem admoneant, ob eandem rationem.

QUÆSTIO III.

Qualiter Confessarius tenetur absolvere dispositum, & non alium?

SUMMARIUM.

799. *Confessarius legitime dispositum tenetur absolvere sub mortali.*
 800. *Nec differenda est absolutio, nisi ex urgenti causa. Quæ tales?*
 801. *Liquidò indispositum absolvens peccat mortaliter sacrilegiò uterque.*
 802. *An, & qualiter interrogandus, qui se non accusat de peccato Confessario jam extra confessionem noto?*

799. **C**onfessarius Pœnitentem legitime confessum & ritè dispositum omnibus requisitis, &c. ex justitia obligatur absolvere sub mortali. *Omnes.* Ratio patet, quia Pœnitens ritè confessus & dispositus jus habet ad absolutionem, vi cujusdam contractus sacri innominati: facio, ut facias: quo jure in re gravissima, sinè gravissima injuria privari non potest: idque etiam verum est, quando Pœnitens sequitur opinionem verè probabilem contra opinionem propriam, quantumvis probabiliorem Confessarii, adhuc enim est rectè dispositus per probabilem DD. sententiam, volens vitare peccatum, ut ex comuni doctrina alibi explicavi. Et quidem Confessarius

rius proprius tenetur talē absolvere toties, quoties petierit Pœnitens : Confessarius autem non proprius & voluntarius, v.g. Religiosus, Privilegiatus, auditâ quidem confessione, pro illa vice absolvere debet, attamen potest eum monere, ne iterum redeat, nisi eam opinionem deponat, imò tanquam Medicus spiritualis cogere potest eam deponere, si nocivam eam animæ intelligat.

II. Neque differenda est absolutio, nisi ex⁸⁰⁰ multum rationabili & urgenti causa, rarò & plerumque cum consensu Pœnitentis : quia potest vergere in grave ejus periculum vel damnum, utpote, quòd affectus tædiò non revertatur, vel in desperationem labatur : justa autem causa est differendi absolutionem. 1. Quando in casu dubio, an absolvere possit, studiò vel consiliò indiget Confessarius. 2. Quando dilatio necessaria est ad experiendum dolorem, & propositum verum Pœnitentis, utpote, quia hic sæpius monitus, & pollicitus, tamen occasionem proximam peccandi non dimisit, non restituit, non satisfecit, nullum conatum emendationis adhibuit, &c. juxta dicta suò locò de proposito. 3. Etiam propter spiritualem utilitatem Pœnitentis, alioquin hic & nunc ritè dispositi, quippe quia Confessarius meritò timet Pœnitentem nunc absolutum facilè relapsurum, nisi ipsa dilatione territus meliùs agnoscat gravitatem peccati, & necessitatem emendationis, poterit prudenter differre in modicum tempus. Nec ea dilatio est contra jus Pœnitentis, siquidem Confessarius habet ius Judæ,

Judicis, & Medici, ut illam exposcere possit, prudenter tamen & suaviter cum ejus bono consensu. 4. Ob defectum etiam examinis, cum Pœnitens à longo tempore non confessus absque ullo prævio examine confessionale invadit, & pauca, aut ferrè nihil confitetur, per se quidem Confessarius eum absque absolutione remittere deberet ad conscientiam interim opportunè examinandam per accidens tamen plerumque extemporali examine à Confessario juvandus erit, eadem ratione & eodem modo, ut dictum c. 3. de Confessione invalida repetenda. At verò si Pœnitens peccata sua ipsemet confiteatur, sed non integrè, puta, quia vel numerum vel circumstantias peccatorum non exprimit, vel aliquot peccata mortalia omittit, vel advertitur, jam plerumque non erit remittendus, ut conscientiam magis examinet, dilatà interim absolutione: quia causa Sacramentalis judicii jam cæpta est: quare & ipsi Pœnitenti onerosum, & Sacramento indecens est, si non perficiatur, si commodè perfici posset: potest autem commodè perfici juxta dicta *q. præced.* Si examinandò, applicet, & suppleat: ergo Confessarius absque alia gravi causa non potest eum dimittere, sed sub mortali obligatus manet eum examinare, & ad absolutionem dispositum reddere. Communis DD. Navarrus c. 5. n. 2. Suarez d. 32. sect. 3. Layman cit. n. 13.

801 III. Liquidò autem non dispositum utique non poterit absolvi Confessarius, sed absolvens, & absolutus scienter, peccat mortaliter Sacri-

erilegio. Omnes, utpote quodcumque Confessarius certò, vel probabiliter sibi persuadet Pœnitentem, aut non integrè confessum omnia mortalia, quatenùs ei possibile est: de quo mox specialibus: aut contritum vel saltem attritum non esse, cujus signa sunt: si ægrè ferat se examinari de peccatis, si emendationem proponere nolit, si occasiones peccandi proximas, cum possit, non vult evitare, non restituere, offensam remittere, inimico reconciliari, &c. quò spectat, etiam si advertat eum culpabiliter ignorare ea, quæ omnes scire tenentur prænumerata, nisi eum priùs instruere possit & velit. *Ratio clara est: Quia cùm dolor de peccatis ex motivo supernaturali conceptus, & integra confessio peccatorum mortalium secundum numerum & speciem, quatenùs moraliter fieri potest, secundum Tridentinum pertinent ad substantiam Sacramenti pœnitentiæ. Clarum est nimis, si Pœnitens hæc duo non habeat, absolutionis incapacem esse, ideoque sacrilegii crimen committere Confessarium, si eum sic indispositum absolvat.*

IV. At, quid si Confessarius Pœnitentis peccatum extra Confessionem sciat, de quo tamen ipse se non accusat, quomodo illum interrogabit & absolvet? Resp. Cum distinctione. Si Confessarius ex se evidenter scit peccatum à Pœnitente commissum & nondum confessum, puta, quia oculis suis vidit eum paulò ante furantem, vel auribus audivit blasphemantem &c. Id tamen neque suâ spontè, neque prout sine dubio potest

potest & debet) interrogatus confiteatur, utique clarè constabit eum esse indispositum, sed nequam simulatorem, ideóque ei absolutionem rotundè negandam. Si verò ex aliorum tantum relatione quantumvis fide dignà (nullum hic locum habet propria suspicio) credat eum aliquod peccatum commissum non fateri; prudenter primò à longè, dein etiam in specie interrogare de eo poterit, & debebit; si negat, adhuc standum erit ejus confessioni, quippe cui in hoc foro, tam pro se, quàm contra se fides habenda est, interrim prudenter Confessarius exiltimare debet, ipsum vel oblitum, vel alteri confessum, vel putare se habere causam reticendi aliqua, aut certè relatores mentitos esse vel deceptos: & sic absolvat, ex communi Navarrus c. 8. n. 7. Toletus l. 3. *Summa*. c. 17. n. 14. Layman c. 14. n. 35. Si denique tale peccatum Pœnitentis novit ex confessione complicitis. (Casus frequens in sponsis &c.) illà scientià uti non poterit Confessarius, ne interrogandò quidem in specie, nisi solum in genere sciscitandò, an non aliud quid conscientiam gravet, hortandò, ut melius se ipsum examinet, majorem contritionem de omnibus peccatis suis eliciat, seriò se ad DEUM convertere fatagat &c. nam si in specie interroget; erit periculum indirectè revelationis sigilli ex confessione complicitis, nisi esset peccatum aliquod commune talibus personis, & de quo tales personæ communiter interrogari solent, uti est in sponsis rusticis prævia probatió copulæ, aut nisi complex

expressè licentiam dederit ad id, ac etiam scandalum absit, tunc enim etiam speciatim interrogare Confessarius non prohibebitur, nisi scandalum, vel offensam gravem Pœnitentis timeat.
Communis apud citatos.

QUÆSTIO IV.

Quid agendum Confessario, si erravit in suo officio? Et: Et an aliquando teneatur in se suscipere onus Pœnitentis?

SUMMARIUM.

803. *Si Confessarius erravit cum nullitate Sacramenti, teneatur monere Pœnitentem.*
804. *Non verò, si stante valore, erravit merè negativè, non interrogando speciem, numerum. Sed*
805. *Nec, si erravit cum damno tertii merè negativè, bene, si positivè*
806. *An & quando teneatur, vel possit confessarius in se suscipere onus Pœnitentis?*

SI Confessarius erravit cum invalidatione 803
Sacramenti, utpote si non protulit formam? si absolvit sinè intentione, si sinè potestate, scilicet non subditum, aut à casibus sibi reservatis &c. vel scienter indispositum: siquidem malâ fide processit ex malitia vel ignorantia mortaliter culpabili, ad defectum supplendum debet omninò Pœnitentem monere, etiam cum suo gravi incommodo, vel dedecore aliquo, dummodò sinè scandalo, & fractione sigilli fieri possit: ad violationem autem sigilli evitandam debet petere licentiam à Pœnitente, loqui cum illo de re ipsi necessariâ ad salutem ratione præcedentis confes-

fessionis : si Pœnitens concedat, jam tutò eum
 admonebit, & defectum, prout oportet, supple-
 bit: si autem neget, ad nihil ultrà tenetur, quia jam
 functus est suo munere, quantum posuit, & de-
 buit; Quando verò bona fide processit, ex obli-
 vione, ignorantia, vel errore non culpabili, saltem
 graviter tunc tamen adhuc debet eum monere,
 ut suprâ, etiam cum incommodo suo, & dedeco-
 re aliquo, quando est periculum, ne pœnitens
 nunquam ampliùs confiteatur, ut si esset graviter
 infirmus, quia tunc esset periculum æternæ dam-
 nationis & Pœnitens verlaretur in extrema ne-
 cessitate salutis: at, si tale periculum non sit, quia
 certum moraliter est quòd iterum ac sapiùs talis
 Pœnitens debite confiteatur, ubi etiam à præce-
 dentibus peccatis indirectè absolvetur, etsi sine
 integritate materiali, non tenebitur eum Confes-
 sarius monere cum suo incommodo, vel dedeco-
 re, nisi ipsimet iterum confiteretur, & eum ad
 repetendam priorem confessionem suaviter in-
 ducere confidat: alioquin res tota DEO com-
 mendanda erit, prout diximus in simili casu su-
 præ, quando Confessarius oblitus est Pœnitentem
 absolvere: ex communi Lugo *d. 22. sect. 3.*
Tamburinus cit. alii.

304 II. Si stante valore Sacramenti quoad alia re-
 quisita Confessarius erravit merè negativè, puta
 non interrogandò Peccatorum speciem, nume-
 rum, circumstantias, non monendò de monen-
 dis, seclusò tamen omni damno tertii: regulari-
 ter ad nihil tenetur, nisi ad Pœnitentiam agendâ.

si malâ fide, vel culpabiliter processit, monere etiam extra confessionem non debet, cum iudicium Sacramentale validè jam finitum sit: si tamen idem Pœnitens redeat ad ipsum ad confessionem, debet moneri de defectu commisso, quia aliòquin hæc confessio non erit integrâ; cum quædam peccatâ non sint debitè explicatâ. Quòd si verò errâset positivè, v.g. dicendò non esse necessariò confitendas peccatorum species infimas, circumstantias, vel numerum; debet moneri, si sine scandalò, vel gravi suo incommodo possit, quia esset in causâ, quòd taliter præceptum grave de integritate confessionis violetur. Lugò *ibidem* communis.

III. Si Confessarius erravit cum damno tertii, rursus negativè tantum, utpote non monendò, vel injungendò restitutionem, vel satisfactionem debitam, non docendò nullitatem vel injustitiam contractûs alicujus &c. debet suprâ dictò modo monere Pœnitentem de errore, ne scilicet patiatur innocens: quòd si non moneat, non contrahet ipse obligationem restitutionis, quia Confessarius non tenetur ex justitia procurare bonum aliorum, sed tantum ex charitate; violatio autem justitiæ tantum, & non charitatis solius inducit obligationem restituendi. At verò, si Confessarius cum damno tertii erravit positivè, v.g. dicendò: eum non obligari ad restitutionem, vel solutionem debiti; aut hunc contractum reverà injustum, justum esse: siquidem malâ fide processit, omnino ex justitia tenetur mo-

nere Pœnitentem de errore tempestivè, antequam scilicet is fiat impotens ad restitutionem; alioquin erit causa positiva & efficax damni alterius, & ipse tenebitur ad restitutionem, si Pœnitens restituere nolit, vel non possit, cum tamen antea, ante tuam falsam informationem, vel si tempestivè de errore monitus fuisset, potuisset. Si verò bonâ fide processisti, & sinè gravi culpa tua, adhuc teneris monere aliquo tuo incommodo, etsi non tanto, sicut si malâ fide fecisses: alioquin excusaberis & ab admonitione, & à restitutione, cum nullum adsit tuum delictum grave, neque tu aliquid alienum habeas. Ex communi Bonacina, Lugo *cit. n. 61.* alii.

806 IV. Quoad alterum quæsitum Contigit Pœnitentem ob peccata commissa, & confessa obligari: vel 1. ad correctionem fraternam proximi; vel 2. ad restitutionem rei alienæ, famæ vel honoris proximi læsi: vel 3. ad recurrendum ad Superiorem pro casu reservato: vel 4. ad denuntiandum aliquem Superiori, & inquisitioni ob enorme delictum exercitum. Quæritur; an Confessarius ejusmodi onera in se suscipere licitè possit, & debeat? Quoad licitè posse, quamvis omninò consultissimum sit, ut Confessarius ab ejusmodi Pœnitentis oneribus subeundis planè abstinere, tribus tamen concurrentibus licitè in se suscipere potest, & ex charitate aliquando debet.

1. Si sit moralis aliqua necessitas ex parte rei faciendæ.
2. Ut eam rem Pœnitens per se facere non possit sinè suo incommodo, vel non sit ad id aptus,

aptus, vel rationabiliter abhorreat. 3. Ut ipse Confessarius speret se utiliter illud munus exequi posse, & sine suo damno, vel periculo. His concurrentibus, tunc tantum Confessarius ejusmodi onus in se suscipere debet, vel tenetur etiam, quando omnino non potest Pœnitens, ipse autem Confessarius potest, & ut fiat, charitas ipsum obligat. Sed charitatis gratiâ discurremus per singulos quatuor casus, initio propositos. In 1. casu, si proximi corrigendi necessitas spiritualis sit tam gravis, ut Pœnitens obligetur ad corrigendum illum: tunc, si Pœnitens possit corrigere per se, vel per alium non Confessarium, non obligatur Confessarius, quia tunc ejus ope non indiget proximus: at si Pœnitens non possit per se, vel per alium corrigere, (casus certè rarissimus) sed solum per Confessarium, tunc certè is ex charitate debebit, idque maximè, si Confessarius sit ipse Superior, vel Dominus corrigendi, cui ex officio incumbit procurare bonum subditorum. Ratio est: quia tunc tantum Confessarii ope indiget proximus. In secundo casu Confessarius nunquam tenetur subire onus restitutionis loco Pœnitentis, sive sua, sive aliorum impetratâ pecuniâ: idèmq; est de restitutione famæ, vel honoris. Ratio est: quia hoc est onus ipsius Pœnitentis: quod si ex aliqua causa Pœnitens implere non possit, nec alium inveniat, qui voluntariè vices suas suppleat, jam ipse ab hoc onere excusatur. At verò de bonis ipsius Pœnitentis, si sine suo gravi periculo restitutionem exequi non

possit & alter re suâ valde indigeat, jam illud ministerium restituendi in se suscipere, ex charitate debebit Confessarius Superiorem adire propter peccatum reservatum Pœnitentis: nam vel Pœnitens potest adire ipse, & tunc non extremè indiget ope Confessarii: vel non potest adire simpliciter, quia v.g. est infirmus, vel in periculo, vel in impedimento perpetuo adeundi Superiorem; & tunc Pœnitens non tenetur mittere alium, sive nuntium, vel litteras, sive amicum, cùm illud sit personale Pœnitentis, à quo impotentia excusat: ideoque tunc à Confessario absolvi poterit. Quid verò charitas eo casu quandoque suadeat, quandoque & urgeat, diximus suo loco q. 3. c. 6.

In quarto casu similiter non obligatur Confessarius locò Pœnitentis alium delinquentem denunciare propter rationem modò dictam, excepto solo raro casu, quando graviter periclitaretur bonum publicum, & deficientibus aliis, Confessarius utiliter denunciandò remedium adhibere possit, tunc enim debebit, secundùm leges charitatis, quia eo casu Communitas extremè indiget ope Confessarii.



CAPUT VII.

De Sigillo Sacramentali.

QUÆSTIO I.

Quid est Sigillum Sacramentale? quanta,
& qualis ejus obligatio?

SUMMARIUM.

807. *Sigillum Sacramentale quid?*
808. *Oritur ex sola,*
809. *Et omni confessione Sacramentali, etiam in valide facta.*
810. *Obligat ad tacenda audita, quatenus in sola confessione audita, non quatenus cognita,*
811. *Estque ea obligatio juris Divini naturalis, vel probabilius positivæ.*
812. *Ex virtute Religionis, & fidelitatis ac justitiæ?*
813. *Semper sub mortali ex virtute Religionis.*
815. *In omni casu usque ad n. 819.*
819. *Nisi de expresso, & libero consensu Pœnitentis;*
820. *Quæ & quando censetur talis expressa, & libera licentia?*
822. *Sine tali nunquam de auditis in confessione, ne quidem cum ipso Pœnitente loqui licet extra confessionem.*

ASSERTIO.

Sigillum confessionis est Obligatio tacendi in confessione Sacramentali audita omnia, quorum revelatio redderet Sacramentum odiosum, eaque juris Divini strictissima semper sub mortali, & in omni casu, nisi solum de expressa licentia & libero consensu Pœnitentis. Tota certissima,

quoad rem explico particulatim : quoad nomen dicitur hæc obligatio *sigillum*, eò, quòd Confessarius audita in confessione altò silentiò prorsus absolvere, & quasi *sigillò* obsignata, & occulta tenere debeat.

§. I.

Obligatio tacendi in Confessione sacramentali audita &c.

§ 81. **E**X sola *confessione sacramentali*, nimirum in ordine ad absolutionem sacramentalem factâ, inducitur obligatio hæc sigilli. Non ergo in primis, si quis extra confessionem, & sinè omni ordine ad illam suum peccatum narret, vel sua occulta negotia communiter sub pacto sigilli confessionis; sed tantum oritur obligatio secreti naturalis gravior, aut levior, pro ratione materiæ, us omnes passim observant. Item non oritur eadem obligatio ex confessione omninò, fictâ sinè omni voluntate suscipiendi Sacramentum, sed solum factâ animò vel confabulandi cum Confessario, vel eum convitiandi, vel eum ad aliquod crimen inducendi, vel furandi gratiâ, vel certè per eum aliquod beneficium impetrandi, ut mihi non semel factum: etsi hoc casu adhuc prudenter tacendum sit. Communis DD. cum Suarez d. 13. *sect.* 2. Layman c. 14. n. 1. & lepidè Diana p. 5. tr. 11. *resol.* 26. & ratio horum est: quia in his casibus res in confessione sacramentali excepta nequaquam est. Vide, & huc refer dicta c. 3. initio de definitione confessionis sacramentalis.

II. Ex

II. Ex omni Confessione Sacramentali generatim definita *ibidem* oritur obligatio sigilli, sive validè, sive invalidè factâ, dummodò facta sit animò se subjiçendi clavibus ad suscipiendum Sacramentum sive deindè susceperit, sive ob defectum non susceperit ut *ibidem* explicatum fuit, unde etiam adest obligatio sigilli ad tacendum peccatum Pœnitentis futurum, seu committendum: v.g. I propositum concepit occidendi inimicum &c. Si aperiatur animò confitendi sacramentaliter saltem inchoativè, sive cum spe concipiendi dolorem, vel simili modo: secùs dicendum, si aperiatur Confessario absque animo confitendi seu peccatum eluendi, sed per modum simplicis narrationis, vel ad consilium Confessarii petendum, vel ut Confessarium ad simile peccatum inducat &c. ut cum *Suarez* cit. & aliis rectè notat *Diana p. 5. tr. I. 1. resol. 25*. Ratio est quia in hoc posteriori casu nulla adest, in primo autem casu adest Confessio sacramentalis: nam ex ea voluntate, quâ aliquò tandem modò intenditur absolutio sacramentalis, & ipsa Confessio fit aliquo modo sacramentalis, & inde fit, ut cognitio ex illis acquisita, non nisi ratione Sacramenti acquisita censeatur.

III. Tacendi audita &c. Subintelligendum 810 est: quatenus in sola Confessione audita & non aliunde cognita, non enim frangit sigillum, qui peccatum, etsi in Confessione auditum, tamen aliunde sibi notum, aliis refert, vel eâ aliâ notitiâ utitur, dummodò id cautè fiat, ne oriatur scan-

dalum, ne limites extra confessionem habitæ excedantur: v. g. ne ullam circumstantiam ex sola confessione notam exprimas, ne certius referas, quàm extra confessionem noveris: ut si ex unius relatione tantùm scias alterius delictum, post auditam confessionem, dicas te certò scire, liquidò sigillum franges, quia eam certitudinem non habes ex unius relatione, sed ex confessione. Ubi hanc Regulam tradunt DD. comùniter cum D. Thoma, Scoto, Valentia, Layman *cit. n. 3.* Notitia confessionis non impedit Confessarium, quò minùs uti possit notitià aliunde habità dummodò illa hanc non adjuvet, & scandalum cesset, E. g. Si Sacerdos ob certa indicia jam constituit, Cajum de furto accusare, & postea Caju ipse furtum confiteatur: confessarius accusationem nihilominus prosequi poterit, dummodò nihil utatur cognitione confessionis, sed tantùm indicis ante, vel post confessionem acceptis: quamvis propter scandalum vitandum præstet talem à se ablegare, ut alteri Sacerdoti confiteatur. Similia frequenter contingere possunt Superioribus respectu subditorum &c. item Parochus publicum seu notorium concubinarium, usurarium &c. quem idèd à confessione non absolutum dimisit, postea à sacra Communione publicè repellere potest cum monitione, ut priùs peccati statum deserat, & scandalum publicum tollat, quam ad sacrum Epulum accedat. Sic post alios Layman *cit.*

IV. *Audita omnia, quorum revelatio redde-*

ret

ret confessionem odiosam. Hæc particula latissimè; patens necessariò seorsim explicanda est per distinctas quæstiones, quoad sigilli materiam & obligationem. Interim pergamus in reliquis.

§. II.

Eaque Juris divini.

AT cujusnam? an naturalis, an positivi tan-
tùm juris divini est hæc obligatio tanta si-
gilli? Suppositâ institutione, & obligatione Sacra-
menti esse juris divini naturalis, docent ferè com-
munis DD. cum Cardinali de Lugo d. 23. nam
suppositâ institutione, & obligatione hujus Sa-
cramenti, ipso jure divino naturali & claro natu-
ræ lumine dictante, reverentia tanto, tamque
necessariò Sacramento ex virtute Religionis de-
bita postulat, ne cum injuria fiat odiosa fidelibus;
atqui cum gravi injuria fieret odiosum fidelibus
hoc Sacramentum, nisi arctissimâ obligatione
omnia in confessione Sacramentali audita tacen-
da essent: si enim homines scirent, Confessarium
posse quandoque confessionem, vel audita in illa
revelare, omninò retraherentur & absterrentur
ab illa quoniam de facto constat Pœnitentem ex-
cutari à confessione alicujus peccati sui, quando
prudenter timet, Confessarium non observaturum
sigillum, seu secretum confessionis.

Contrà, eam obligationem esse juris divini po-
sitivi, ex speciali præcepto Christi, mihi proba-
biliùs docent æquè multi. Suarez, Vasquez,
Henriquez, Coninck, aliisque citatis Layman

cap. 14. n. 2. Tamburinus opus. de confes. l. 5. c. 1. Ratio est: quia ratio tam stricta, & universalissima obligationis sigilli, non videtur sufficienter sumi ex solo jure Naturæ, sive consideretur obligatio Religionis ob reverentiam Sacramenti, ne alioquin fidelibus odiosum fiat; sive obligatio justitiæ ex pacto inter Pœnitentem, & Confessarium; nam neutra harum obstare videtur, quò minus in raro casu, v.g. gravissimæ prodicionis Republicæ inferendæ, si confitens abstinere noleret, prodi possit sinè ulla injuria, tam ipsi, quam Sacramento inferendâ, quando quidem in tali casu dignus ille non sit, cui secretum tam sacrum fervetur: ergo dicendum videtur, ex perpetua traditione, & praxi Ecclesiæ colligi, quòd divinum à Christo præceptum traditum sit, ut in nullo unquam casu, Sacramentalem confessionem revelare liceat, ne Sacramentum tam necessarium in salutem animarum institutum, eisdem noxium, & exosum fiat, cùm, si ob gravio rem causam confitentem prodere concessum esset, facile talis licentia ad illos casus non concessos extenderetur, non sinè gravi Sacramenti irreverentia, & humanæ salutis jacturâ.

§12 Obligatio ergo sigilli juris divini, (seu naturalis seu positivi, perinde sit) duplex est: Prima principalis & propria ex virtute Religionis ob reverentiam Sacramento debitam, ne sit Pœnitentibus odiosum: altera secundaria ex virtute fidelitatis & justitiæ, vi pacti virtualis & impliciti inter Pœnitentem & Confessarium, de secreto isto

isto servando in omni casu; unde violatio hujus sigilli, duplicem semper habet malitiam: 1. Principalem sacrilegii contra virtutem Religionis, & reverentiam Sacramento debitam. 2. Secundarium perfidiæ injuriosæ contra fidelitatem & justitiam Pœnitenti debitam: accedit sæpe specialis malitia injuriæ damnosæ contra justitiam; quando nimirum Pœnitens ex revelatione sigilli etiam grave damnum incurreret vitæ, famæ, fortunæ &c.

§. III.

Strictissima semper sub mortali.

Obligatio sigilli principalis, & propria ex⁸¹³ virtute Religionis, semper est sub mortali, in quacunque etiam levi materia: adeò, ut in malitia violationis sigilli nulla detur parvitas materiæ à peccato mortali excusans, secundum communissimam omnium sententiam, apud Layman cit. c. 14. n. 2. & Diana p. 7. tract. 5. resol. 8. (ubi unicum refert Emmanuelem Sa, de hoc ambiguo scribentem sic: *Revelare aliquid leve confessionis, modo sit peccatum, quidam putant esse mortale, quod mihi durum videtur.*) colligitur ex c. Sacerdos, &c. omnis utriusque de Pœnit. & remiss. Ratio est: quia semper urget reverentia Sacramenti, ne fiat odiosum Pœnitentibus: si etiam in materia levi liceret aliquid revelare ex confessione, semper enim timerent homines, ne Confessarius vel per errorem, vel per malitiam revelaret etiam aliquid gravius, putans esse leve: &

& sic à confessione retraherentur: de quo specialiora mox *q. seq.* de materia sigilli.

814. Obligatio autem sigilli secundaria ex virtute fidelitatis, & iustitiæ est etiam sub mortali ex genere suo, sed non semper, excusante utique levitate materiæ: adeò ut culpa revelationis hujus mortalis quidem sit in materia gravi & quando grave inde Pœnitenti damnum inferretur: secus, si in materia levi, aut etiam de se gravi, leve tamen inde damnum inferatur Pœnitenti: ita cum aliis rectè *Coninck. Lugo d. 13. §. 3. n. 17.* ubi rectè infert, debere in confessione explicari, quando intervenit malitia gravis contra iustitiam, cum hæc sit diversæ speciei à malitia principali revelationis sigilli contra virtutem Religionis; imò etiam explicari debet, quando non intervenit malitia gravis, ne fortè Confessarius intelligat, fuisse violationem sigilli in materia gravi contra iustitiam, cum possit contingere, quod revelatio unius certi peccati venialis sit non gravis contra iustitiam; magis etiam aliquando displicet & dolet Pœnitenti, quòd publicetur aliquid certum veniale, v. g. mendacium, quam aliquid aliud mortale; de cujus publicatione non ita curaret, v. g. Germanus de ebrietate.

§. IV.

In omni casu?

815. **I**n hoc præcipuè sigillum Sacramentale differt à secreto naturali ex sola fidelitatis & iustitiæ virtute obligante, quod in hoc dentur aliqui

aliqui casus, in quibus secretum naturale obligare cessat, & negligi seu violari potest, ut quando id necesse est ad longè majus alterius, communitatis præsertim, damnum avertendum: at in sigillo confessionis nullus omninò casus ejusmodi agnosci potest: sed semper in omni casu cujuscunque necessitatis obligat, ut cõmuniter Theologi docent. Ratio iterum est: quia semper & in omni casu urget reverentia Sacramenti, ne fiat odiosum Pœnitenti; fieret autem odiosum Pœnitenti, eumque offenderet meritò, si aliquo tantum quocunque casu possint audita in confessione revelari: licet enim hic casus, (v.g. proditionis Reipublicæ) ad Pœnitentem nunc non spectaret, tamen timor, quòd aliquando forte ad ipsum pertineret, vel ne fortè Confessarius similem casum necessitatis revelandi in ipso apprehenderet, meritò ipsum à confessione graviorum saltem criminum retraheret, vel absterret.

II. In nullo ergo casu, cujuscunque necessi 816
tatis etiam ad propriam, vel proximi vitam in extremo periculo, imò & tormentis, tuendam, etiam, si totius civitatis prodendæ, vel comburendæ, aut integri regni Salus periclitaretur, & extremum discrimen urgeret, licet manifestare Pœnitentem criminofum, tibi Sacramentaliter confessum; sed tantum imprimis omnimodis urgens est Pœnitens, ut si adhuc possit, per se vel per alium periculum avertat, aut saltem ipsi Confessario de hoc loquendi facultatem concedat, alioquin de absolutione arcendum tanquam pessimè
dispo-

dispositum, per se liquet. Post confessionem verò, si per Pœnitentem nihil effectum sit, Confessarius solum potest, & juxta eharitatis regulam tenetur, proximum vel Rempublicam periclitantem generatim admonere de periculo cavendo, civitate custodienda &c. dummodò nullum subsit periculum: quidquam contra Pœnitentem suspicandi; magnâ enim hic cautione, & circumspeditione opus est; sunt enim aliqui ita sagaces, ut ex tali monitione, ortâ ipsis suspitione post longam vel auctam indagatiônem, tandem reum, qui Sacramentaliter confessus est, indagent: ut post alios bene observat *Layman* citatus. Hinc ulterius.

- 817 III, Confessarius de auditis in confessione, à quocunque etiam judice interrogatus, si responsionem subterfugere nequeat, v. g. dicendò: *non esse hac interroganda ex Confessario, nec fas esse Confessario ad talia respondere*, potest, & debet etiâ, si opus sit, cû juramento negare se quidquam audisse vel scire, cum restrictione mentali intelligendò: *quod tibi dicere possit*: vel, ut Cardinali de Lugo placet: se nihil scire *scientiâ utili ad respondendum interroganti extra confessionem*, idque, etiamsi interrogans talem restrictionem ex proposito excludat, & simpliciter de auditis in confessione absque ulla omninò restrictione interna loqui jubeat, vel distinctè interroget: an aliquid quocunque tandem modo sciat; nam interrogans non potest vocibus tuis auferre significationem, quam juxta mentem tuam habent

bent veram, nimirum: non audiui, non scio *scientiâ utili ad dicendum tibi*. Ita cum aliis Lugo *citat. sect. 3. Dian. part. 5. tract. II. resol. 43.* quamvis Scotus cum Layman *cit. n. 12.* censeat, eo casu non posse sine mendacio negari, sed dicendum: nefas esse ad sacrilegam istam interrogationem quidquam respondere. Et sine dubio verum est, si hæc responsio sufficiat ad evadendam interrogationem, v. g. apud iudicem Catholicum, certè non sufficiat apud hæreticum, infidelem, tyrannum. Excipit etiam *Dian. cit. nisi* ex illa negatione inferri posset, confessionem non fuisse integram, ut si de publica meretrice interrogaretur: an sit confessâ fornicationem illam notoriam, non debet negare, sed declinandò directam responsionem, dicere: illam esse confessam sua peccata, & se fecisse suum officium.

IV. Denique jam suprà indicatum est, si ipse Confessarius non possit confiteri peccatum suum in audiendo confessiones admissum, v. g. aliquem invalide absolvendò, &c. Salvo sigillo, nisi scilicet Pœnitens alteri Confessario innotescat, vel in suspicionem veniat, potest & debet illud peccatum omittere & non integrè confiteri, donec detur copia Confessarii, cui ignotus sit ille Pœnitens, juxta communem DD. cum D. Thoma & Scoto *in 4. distinct. 21.* quia nimirum strictior est obligatio sigilli negativè pro semper obligans, ac ad bonum universale spectans, quam præcepti affirmativi de integritate confessionis multas admittens excusationes.

*Nisi de expresso, & libero consensu
Pœnitentis.*

- 819 **U**Nicus hic casus est, quo ratio, & obligatio sigilli Sacramentalis penitus cessat, quando Pœnitens Confessario expressè, & liberè dat licentiam loquendi de peccatis suis sive coram se ipso sive coram aliis; tunc enim neque ipsimet injuria infertur, cum obligatio secreti ex voluntate committens pendeat, & *volenti non fiat injuria*: neque irreverentia infertur Sacramento, si quidem id fidelibus nequaquam odiosum, sed potius commendabile reddatur, si sciant Confessario concessum esse loqui de peccatis in confessione auditis unico illo casu, si Pœnitens existimans id utile sibi fore, licentiam det: neque tunc Pœnitens dans licentiam dispensat in jure divino sigilli, sed ponit conditionem, quâ positâ cessat obligatio juris divini ob tationem datam. Ita contra Alensem, Durand. & ex parte Scot. In 4. dist. 20. q. 1. §. 5. communissima DD. D. Thomas, D. Bonavent. & pluribus congestis, Suar. *disp.* 3. l. *sect.* 5. Sanchez l. 6. *moral.* c. 8. Layman *cit.* n. 14. Lugo, Tambur. *Dian.* citati. alii passim: Dixi autem notanter *expressè, liberè*: nam
- 820 I. Requiritur, ut licentia data sit à Pœnitente cum consensu expresso; idque verbò, sive factò tali, quòd actuali & expressæ concessioni æquipolleat, quale esset, si Pœnitens extrâ confessionem inciperet loqui de re in confessione propòsitâ; poteris & tu Confessarie prosequi, cum ipsum

ipsum incipere sit expressa concessio, ut notant DD. communiter. *Layman. Dian. cit.* non sufficit ergo licentia tantum tacita, præsumpta, vel interpretativa, v. g. non sufficit, quòd tibi persuadeas vel probabiliter credas, locutionem de auditis in confessione non fore ingratam Pœnitenti, juxta communem DD. apud citatos. Ratio est: quia hac in re Confessarii sæpe decipi possent, indeque sigillum confessionis non parùm laxaretur, & Sacramentum Pœnitentiæ non parùm suspectum & exosum redderetur, cum possit semper adesse timor, ne Confessarius existimet, id esse gratum mihi, cum tamen sit molestissimum.

II. Licentia vel confessio data sit cum consensu libero ac spontaneo (non dolo, non metu vel minis, non per importunas preces extorta, vel etiam per metum reverentialem ipsius Confessarii obtenta) atque etiam non revocata à Pœnitente, qui licentiam semel datam in confessione pro arbitrio revocare potest. Communis DD. Suarez, Layman citati, *Dian. p. 5. tract. 11. resol. 20. & 24.* Ratio est: quia alioquin, si licentia liberè & spontaneè data non sit, aut si data semel, revocata sit, moraliter idem est, ac si nulla licentia vel nullus consensus præcessisset. Cæterùm opus non est, ut ejusmodi licentia detur in scripto: quin si in futuro dubium sit, an Confessarius cum licentia Pœnitentis ex Confessione locutus sit, Sacerdoti potius credendum esse, quàm Pœnitenti cum aliis bene docet *Dian. cit.* & magis

gis etiam, quàm ejus hæredibus, v. g. si Confessarius ex confessione Defuncti revelet restitutionem ab hæredibus faciendam. *Dian ibidem resol. 32.* quo tamen casu non debet dicere Confessarius eam restitutionem debere ex delicto, sed solum, quòd defunctus talibus tantum dare jussit, & consultius est, moribundis suadere, ut talia secretò codicillo hæredibus relinquunt.

§ 22 III. Absque ejusmodi licentia Pœnitentis expressè, & liberè concessâ non solum coram aliis nunquam licet loqui Confessario de auditis in confessione (idque etiam, si Pœnitens ipse aliquando teneatur suum peccatum per se, vel per Confessarium aperire ad grave malum innocentis avertendum, ut si Parochus aliquos malè baptizavit, &c.) ideòque ad id urgendus sit, & nolenti absolutio neganda, adhuc tamen eo invito nunquam Confessarius, directe, vel indirectè revelare potest, ut ex Coninck bene notat *Layman n. 15.* Sed neque cum ipso Pœnitente extra confessionem sacramentalem: quamvis enim id propriè non sit fractio Sigilli, uti cum pluribus docet Sanchez *l. 3. de Matrim. disp. 16.* quia fractio Sigilli est violatio secreti, secretum autem non frangit, qui loquitur cum eodem, qui secretum commisit, sed qui cum aliis, omnes tamen consentiunt, ejusmodi locutionem cum eodem citra ejus licentiam esse illicitam, quia verè cedit in odium confessionis & Sacramenti, & plerumque non sine rubore vel offensa Pœnitentis, idque verum putat cum aliis Sanchez *cit. q. 1. n. 3.*

etiam

etiam si Confessarius cum Pœnitente agere velit de substantiali errore in confessione commisso, & emendando, si Pœnitens rogatus de re ad priorem confessionem pertinente loquendi licentiam dare nolit: & nos jam supra insinuavimus q. 16. in fine. Contra tamen eo etiam invito errorem aperiendum, & si possit, emendandum esse, docet Suarez cit. sect. 5. n. 3. Filiucius, alii cum Dian. citat. resol. 20. & non improbable censet Layman, ibid. num. 15. Rationem dat Suarez: quia tunc Confessarius propriè non loquitur extra confessionem, sed supplet & perficit eam, quæ antea inchoata, & imperfecta permanferat. Utrûmque probabile.

IV. Dixi: *extra confessionem*. Nam in aliis confessionibus potest Confessarius agere, & mentionem facere de auditis in præcedentibus confessionibus sinè nova licentia petita, juxta communiorum DD. nominatim Lugo *disp. 23. sect. 5. n. 127.* & Tambur. *c. 5. n. 4.* certè constat ex praxi Doctorum & timoratorum Confessariorum, qui ob recidivam post præcedentes lapsus in prioribus confessionibus auditos, Pœnitentes arguunt, & aliquando absolutionem negant, vel differunt. Deinde, ad quid adhortamur fideles, ut utantur semper eodem Confessario, si hic debet se gerere, ac si nesciret confessiones priores. Oppositum tamen iterum tuetur Dian. cum aliquibus citatis, negans id absque licentia Pœnitentis licere, nisi de his, quæ is iterum confitetur, vel saltem tangit. Et fatendum est, id non licere passim, quando

C c c a

nulla,

nulla, vel modica est necessitas, & timeatur de molestia Pœnitentis. Lege allegatos apud Tambur. modò *cit.*

QUÆSTIO II.

Quenam est materia Sigilli Sacramentalis? seu: quenam cadunt sub Sigillo Sacramentali?

SUMMARIUM.

825. *Sub sigillum cadunt I. Omnia mortalia, tam in genere, quàm in specie.*
 826. *(Corollaria, & cautele practicæ usque ad n. 829.)*
 829. *II. Omnia venialia in specie.*
 830. *Non tamen in genere, & indefinitè.*
 831. *Nisi ex circumstantiis, vel modo loquendi detur occasio suspicandi graviora de eodem, vel de aliis.*
 833. *III. Omnes peccatorum circumstantia, quas tacere Pœnitentis interest.*
 834. *IV. Complices, seu peccata complicitis sive justè, sive injustè detecta.*
 835. *V. Peccatorum objecta.*
 837. *VI. Pœnitentia injuncta.*
 838. *VII. Negatio absolutionis.*
 839. *VIII. Negatio Schedæ confessionalis.*
 840. *Sed probabilius est, hanc negare non esse contra sigillum,*
 841. *IX. Item scrupuli, & defectus naturales.*

824 **R**egula generalis est: sub Sigillo Sacramentali cadunt, & tacenda sunt audita in confessione Sacramentali Omnia, quorum revelatio redderet Sacramentum odiosum. Ratio Regulæ patet ex dictis. Ex hac ergo generali regula in particulari designandò, materia sigilli Sacramentalis sunt.

§. I.

*Omnia Peccata mortalia tam in genere,
quàm in specie.*

I. Sigillum ergo sacramentale frangit non so- 825
lùm, qui aliquod peccatum mortale Pœni-

tentis in confessione auditum in specie revelat,
v.g. fornicationem, adulterium, &c. sed etiam qui
de certo Pœnitente solum in genere dicit: eum si-
bi confessum esse mortalia, vel aliquod mortale,
vel casum reservatum, vel excommunicationem,
idque utrumvis, sive directè ipsum peccatum in
specie vel genere narrando, sive indirectè aliquid
dicendò, vel agendò, unde ejus peccatum mortale
in specie vel in genere aliis innotescat, ut si di-
cas: aliquem à te non esse absolutum propter in-
dispositionem: esse à te remissum propter casum
reservatum: si audito in confessionali gravi aliquo
peccato aliis audientibus altè ingemiscas: & sine
dubio fregit Sigillum ille nimis Zelosus confessa-
rius, qui audito horribili scelere diu non confessio,
plurimis audientibus, exclamavit: JESUS, MA-
RIA, & cœtera innumera: imò quandoque etiam
solum dicendò: talem tibi esse confessum, Sigil-
lum violare potes, ut, si Pœnitens te secretò ac-
cedat, vel alias significet, se nolle sciri, tibi con-
fessum esse, & tu palàm dicas: hic mihi confessus
est, Sigillum indirectè frangis, quia Pœnitens
confitendò Confessario extraordinario, præfer-
tim potestatem in reservata habenti, veniret in
suspicionem gravis sceleris apud Confessarium,
& alios audientes. Communissima DD. Navar.

e. 9. num. 8. Layman. c. 14. n. 6. rectè censens: Sigillum fregisse indoctum illum Parochum, qui subito sibi casum reservatum confesso litteras dedit deferendas ad Vicarium Episcopi, vel Privilegiatum, quibus scribit: se latorem harum absolvere non potuisse, nullà ad id habità licentià Pœnitentis.

826 II. Quamvis Sigillum non violetur, si Confessarius nullà nominatâ personâ generatim dicat: se audivisse in Confessione talia peccata v. g. stupri, adulterii, sodomix, &c. aut sic generatim loquatur de auditis in confessione, ut moraliter persona innotescere non possit, id ipsum tamen sæpe periculosum, & (seclusâ justâ causâ doctrinæ, consilii, vel auxilii capiendi) tacere consultiſſimum, tum ob scandalum rudium existimantium sic Sigillum violari, tum ob periculum revelationis, quod subesse, vel quandoque emergere potest; ne scilicet homines sagaces ex variis circumstantiis simul junctis in cognitionem rei perveniant, idq; maximè, si confessarius aliqua specialia designat, ut si dicat: primus meus Pœnitens confessus est mihi tale peccatum, quid si hujus dicti oblitus postea apud alios memores dicat, Titium fuisse suum primum Pœnitentem? item, si Confessarius dicat: hodie mihi Sacerdos grave crimen confessus est, quid si audiens ipsum tibi confitentem vidisset, aut confiteri velle scivisset, aut probè scias, tres tantum Sacerdotes tibi confessos esse, duos verò esse vitæ innocentis, zónne violenter suspicabitur de tertio? plurimæ fuère

fuere ejusmodi experientia, & quandoque tragica.

III. Similiter periculum est, ne interdum Si-
gillum violetur, vel certè violari putetur, si Con-
fessarius etiam generaliter dicat ex confessione
sciens: in hac civitate, in hoc Collegio, Con-
ventu, Monasterio, vel in hac Communitate non val-
de magna, committuntur magna crimina, adul-
teria, veneficia, &c. aut in tali loco, ubi con-
fessiones audivit, magnum aliquod crimen com-
missum esse, etsi non nominetur ulla persona,
ex communi DD. Navar. Suar. Layman. *cit.* &
Dian. *part. 5. tit. 11. resol. 35.* Ratio: quia ejus-
modi relatione homines simplices offenduntur
& scandalizantur, putantes, sic Sigillum violari,
imò reverà interdum violatur: tum quia Com-
munitas infamatur, quæ infamia etiam in Pœni-
tentes redundat tanquam in membra communi-
tatis: tum quia audientes, si de aliqua persona
particulari sinistram opinionem habent, magis in
eo confirmantur, ideòque eis redderetur odiosa
confessio, quorum incommodorum tantò majus
periculum est, quo minùs ampla, seu modica est
aliqua cõmunitas, & alioquin boni nominis, uti
cum Coninck bene notat Layman. *cit.* Secùs
tamen esset, quando ampla valde est cõmunitas;
neque enim notabilis fit injuria, si de populosa
civitate, provincia, toto regno dicatur: fieri ibi
aliqua peccata. At certè dicere: se scire ex con-
fessione, semper offensivum, ideòque inconsul-
tum est. Vide Lugo *cit. sect. 3. n. 65.* Tam-
bur. *l. 5. c. 3. §. 5.*

IV.

§28 IV. Hinc ulterius bene Diana *cit. resol.* 36. cum aliis docet, confessarium, qui paucos habet Pœnitentes, v. g. Moniales unius Monasterii, scandalum dare, si publicè concionetur de vitiis earum auditis in confessione; quia personæ confessæ facile suffunduntur pudore. Et Turrianus apud Tambur. *cit. c.* 3. meritò reprehendit Superiorem localem, qui Provinciali dicit: in hac domo, vel Collegio sapè postulatur licentia absolvendi à reservatis; quia nimirum id redundat in ignominiam & grave damnum domûs, quamvis idem Tamburin. *ibidem c. 2. num.* 2. probabile putet, id non esse contra sigillum confessionis, quando licentiæ petitiæ fuerunt extra confessionem, sed tantum contra secretum naturale; sed de hoc *q. sequent.* iterum. Denique non est concessum confessario peccata etiam publica & omnibus nota, quatenus ex confessione accepta sunt, edicere: v. g. homo ille publicè condemnatus, supplico affectus &c. confessus est sua furta mihi, rapinas, &c. ex communi Suarez *disp.* 35. Layman. *num.* 9. Quia si talis facultas confessario concessa esset, sæpius eâ abuteretur, seu minùs publica evulgandò, seu minùs certa confirmandò, quod confessionem redderet odiosam. Eâdem ratione non est concessum confessario de sui Confitentis peccatis loqui coram illis personis, quas certò scit, jam antea cognita habere; siquidem & hoc ingratum potest esse Pœnitentibus, eosque à confessione abstertere possunt. Minùs licebit dicere Pœnitentem omis-
sisse

fuisse aliquod peccatum, quod eum commisisse constat, vel constare poterit. Layman *num. 6.*
Hæc quoad mortalia satis.

§. II.

*Omnia etiam peccata venialia in specie,
non item in genere.*

I. **F**Rangit etiam sigillum Sacramentale, & 829
mortaliter peccat, qui peccatum aliquod
veniale, etiam leve, dicit ex sola confessione no-
tum, & directè vel indirectè revelat; quia obli-
gatio sigilli non admittit parvitatem materiæ, &
adhuc redderetur confessio odiosa. Iémque di-
cendum, si quis dicat generatim: hic mihi confes-
sus est multa vel gravia venialia: hic minutissimis
suis peccatillis, vel scrupulis me denuò vexavit.
vel vexabit, quia id cedit in aliquod vituperium
pœnitentis & adhuc confessionem reddit odio-
sam.

II. Non autem cadunt sub sigillo peccata ve- 830
nialia in genere & indefinite, neque peccat con-
fessarius, sed licitè potest dicere: hic mihi confes-
sus est sua venialia: in hoc enim nulla est injuria
vel gravamen pœnitentis, cum per se notum sit:
eum qui confessus est, ad minimum habuisse ali-
qua venialia. Quare sicut potest dicere confes-
sarius: hunc sibi confessum esse, ita potest dicere:
confessum esse venialia, generatim, indefinite: non
item, multa vel gravia venialia, uti dictum est, hoc
enim non arguitur ex mera confessione.

III. Excipe per omnem modum: modò non 831
dicas in iis circumstantiis, ut detur ansa suspicandi

graviora de eodem vel aliis, ut, si de aliquo singulariter dicas: hodie non est confessus, nisi venialia; jam enim das ansam suspicandi aliàs confessum vel confiteri solitum mortalia. Item, si de pluribus tibi hodie confessis (v.g. Fratribus, vel Clericis alicujus Monasterii) de uno singulariter dicas: hic nihil, nisi venialia confessus est, iterum enim ista singularitas dat ansam suspicandi: alios ergò confessos esse graviora, ideòque indirectè sigillum frangeres. Ut notant DD. communiter. Eadem est ratio, si ex pluribus tibi confessis unum singulariter laudes de probitate, innocentia, castitate, &c. jam enim das audientibus ansam suspicandi; reliquos ergò non esse probos, nocentes, castos, &c. ut eum aliis bene notat Layman c. 14. Quando tamen de uno solum seorsim ageretur, non esse contra sigillum, laudare illum de puritate conscientiae, quòd in suis confessionibus vix inveniat materia absolutionis: de charitate, castitate, aliisque virtutibus; tunc enim nulla fit comparatio, vel exclusio aliorum, nec datur ansa pejus suspicandi de aliis.

332 IV. Denique universaliter poena poenitentis, & cætera impertinentia, quæ peccata non sunt, & per accidens interponuntur confessioni, v.g. propositum Religionis, vel matrimonii ineundi, &c. sæpe quidem (si scilicet poenitens ea occultare velit) sub obligatione secreti naturalis, non tamen sigilli Sacramentalis cadunt, cum ad confessionem Sacramentalem omninò sint impertinentia. Excipe tamen, nisi poenitens talia dixerit in ordi-

ne ad explicanda sua peccata, v.g. votum castitatis ad explicandum suum peccatum carnale; tunc enim sigillo Sacramentali claudi docent *Coninck, Tanner*, alii, *Dian. part. 5. tract. 11. resol. 5.* Et satis clarè frangit sigillum, qui dicit: hunc ex confessione novi esse clericum, voto castitatis adstrictum, ligatum, &c.

§. III.

Peccatorum circumstantia, complicis, objecta.

I. Ub sigillo confessionis etiam cadunt omnes **838**

peccatorum circumstantiæ, quas tacere pœnitentis interest, ut, si spurius sacros Ordines suscepit: si sponsus, vel sponsa nobilitatem falsò jactavit, Et universaliter omnia, quæ pœnitens affert ad explicandum suum peccatum necessaria seu utilia, sive reverà talia sint, sive per errorem talia putentur, dummodò ea tacere pœnitentis intersit, & is agrè ferat talia resciri; quia jam ex vi confessionis Sacramentalis talia audiuntur. Secùs, si talia nosse nihil intersit, aut nihil molestiæ inferat pœnitenti, unde si Pœnitens suum peccatum explicandum dicat: se esse Religiosum? maritum, militem, &c. idque de se palam scire, nihilque obsit pœnitenti, liberè confessarius ea evulgare poterit; at si obsit pœnitenti, eive molestum sit sciri, ut sæpè contingit nequaquam edicere licebit; hoc enim casu, non item priori, ex illorum relatione fit ei odiosa confessio. Vide *Lugo dispnt. 23. sect. 2. num. 57. Tambur. c. 3. §. 6.* Addo ego rursùs: Semper periculosum esse dice-

dicere, se tales circumstantias nosse ex confessione, ut jam supra innui; si enim dicas: hunc ex sua confessione novi Canonicum, conjugatum, &c. Nonne audienti astuto ansam præbes suspicandi, eum aliquod contra statum suum delictum confessum esse, in sextum præceptum impigisse, Horas omisisse? &c.

834 II. Peccata etiam complicitis, seu ipsi complices peccati pœnitentes seu justè, seu injustè detecti in confessione sub sigillo cadunt, juxta communem DD. apud citatos *Suarez, Layman, & Dian. part. 3. tract. 4. resol. 121.* Ratio semper eadem; quia aliàs confessio fieret odiosa. At, quid si pœnitens expressam concedit licentiam complicem revelandi; si ipsum revelet confessarius, frangétne sigillum? Non frangere, docet *Suarez. cit. disp. 32. sect. 4.* cum aliis; quia sigillum obligat dundaxat in favorè pœnitentis: si ergo pœnitens det licentiam, & cedat juri suo, non est cur complicitis factum sigillo gaudeat. Estò peccetur aliunde, si ex revelatione complex infamiam, vel damnum injustè patiat. Contra verò frangere sigillum docet *Vasquez ibidem apud Tambur. cit. ratione opposita*; quia sacrum sigillum urget tam in favorè complicitis, quàm pœnitentis, ut sic cadat sigillum super totam causam, quæ agitur in confessione. Utraque sententia probabilis, sed hæc posterior eò videtur probabilior, quo magis favet sigillo. Cæterùm confessarius, habitâ expressâ licentiâ à pœnitente, & justâ notitiâ complicitis, poterit eundem monere, reprehendere,

ad emendationem urgere, prout alibi insinuatum est. An verò confessarius etiam licitè possit interrogare pœnitentem de complice ad ejus correctionem faciendam? negant quidem *Bonacina*, *Lorc.*, *Nugnus*, alii Thomistæ: & verè non esse consultum, ne nimio zelo ductus, eam licentiam à junioribus facilè exposcât ob periculum extortæ confessionis, bene monet *Tambur. c. 3. n. 8.* Concedunt autem absolutè *Suar. Fagundez*, alii cum *Lugo* hic *disp. 16. num. 426.* ubi docet, posse aliquando ob grave scandalum, vel damnû avertendum pœnitentem etiam cogi ad manifestandum complicem extra confessionem, de quo aliquid jam suprâ c. 3. tactum.

III. Objecta etiam Peccatorum, ut si pœnitens fateatur, se infamatoria locutum esse de adulterio Titii vel Bertæ, de homicidio vel furto Caii, aut se de ejusmodi peccato proximi nominati gavisum vel morosè delectatum, aut simile peccatum in uxore, filio, subdito non correxisse &c. Siquidem illa objecta peccaminosa proximi occulta sint, omninò sub sigillo cadunt, ut ea evulgare vel alteri referre confessario citra sacrilegium minimè liceat; nam alioquin adhuc odiosa fieret confessio, ut patet, & ex communi notat *Tamburin. cit. num. 8.* Quòd si verò ejusmodi objecta peccatorum seu peccata tertiæ personæ notoria essent publicè, v. g. si pœnitens fateatur, se valde gavisum de duello vel homicidio commisso à Petro in publico foro. *Tambur. ibid. n. 14.* meo judicio benè resolvit, non carere sub sigil-

gillo, sed confessarium de tali facto tertii ex pœnitente cognito posse palam loqui aliis; quia confitens supponit illud homicidium omnibus notum, quod solum per accidens latebat confessarium, idèdque non viderur illud velle comittere sigillo; secus si locutus est de homicidio, adulterio, vel alio peccato tertii occulto.

336 IV. Denique idem Tambur. *cit. c. 1. §. 10.* ex Bonacin & aliis resolvit, etiam peccatum dubiè notum ex confessione cadere sub sigillo, ut, si confessarius dubitans animò pendeat, an peccatum hoc sui pœnitentis sit sibi ex confessione notum, an verò aliundè, adhuc sigillo obstringi confessarium; Ratio est, inquit, quia ne confessio fieret odiosa, præsumendū est pro sigillo: quare hic locum non habet libertas loquendi, quâ potitus Confessarius, quæque cum certa sit, deberet vincere obligationem sigilli dubiam: Locum, inquam, non habet: siquidem contra talem libertatem prævalet ex institutione Christi periculum certum avocandi fideles à Sacramento pœnitentiæ. Hæc ille, cui ego aquieto.

§. IV.

Pœnitentia injuncta, absolutio, vel Sceda confessionis negata.

337 I. **E**TIAM sub sigillo cadit pœnitentia injuncta à confessario, eamque is aliis revelans sigillū frangit, si illa gravis sit, id est, quæ consuevit injungi pro peccato mortali: qualis nunc est (ait Dian. *part. 5. tract. II. resol. 31.*) Corona B. V. Mariæ, non verò unicum miserere, vel quid

Graai-

simile. Ratio clara est; quia per hoc præbetur occasio, grave quid confessum esse, contra proximum suspicandi. Eâdem ratione frangeret sigillum, qui pœnitentiã gravem pœnitenti imponeret publicè peragenda coram aliis advertentibus, esse pœnitentiã à Confessario injunctam; imprudenter ergo agunt Confessarii, qui famulis & opificibus imponunt jejunia, quæ alios latere non possunt, & ex confessione fieri plerumque innotescunt. Secùs dicendò de pœnitentiã levi pro venialibus imponi solitã, adhibitã tamen cautelã suprà positã §. 2. *N. II.*

II. Etiam sub sigillo cadit negatio absolutionis **838**
 Sacramentalis, ad eò, ut Confessarius sigillũ frangat, non tantũ, si expressè dicat: hunc non absolvi ob ejus indispositionem (quod omnibus constat) sed etiam, si absolutè dicat hic mihi confessus est sed eum non absolvi, ut contra Cajetanum docet comunis DD. cum Suar. *cit. c. Dian. resol. 4.* quia ex communiter contingentibus communiter præsumitur absolutio negata propter culpabilem indispositionem pœnitentis, ad quam suspicandam non licet concurrer Confessarium: quin etiam, si Confessarius dicat de actu consentente: nondum eum absolvi, frangere sigillum ex Granado docet Tambur. *cit. c. 3. §. 8. n. 15.* Quia communiter talis longa confessio (nisi generalis esse constet) denotat vel multa peccata, vel gravem defectum pœnitentis. Verum credo ad summum, si deliberatè & de industria dicatur.

III. Etiam ad sigillum Sacramentale aliquate- **839**

nus spectat scheda, seu testimonium confessionis factæ, adeo, ut quando Scholares, Aulici, Clerici (& tempore Palchali fideles apud Mendicantes confessi) tenentur Superioribus testimonium suæ confessionis asserre, Confessarius teneatur iis dare, qui confessionem Sacramentalem saltem inchoarunt, etiamsi propter indispositionem ipsos non absolverit. Ita sanè fere communis DD. *Medina, Henriq. Coninck, Fagundez*, alii cum *Layman cit. n. 8. c. 12. Diana cit. resol. 22. Tambur. cit. c. 3. §. 9.* Ratio non spernenda est; quia ex una parte Confessarius graviter peccat, & sigillum violat; si directè vel indirectè significet, se poenitentem suum ob indispositionem non absolvisse; at hoc ipsū Confessarius directè significat, quando aliis omnibus confitentibus schedulam confessionis dat, & huic soli negat: ergò graviter peccat, & sigillum violat. Certè tali homini publicè accedenti, perindè ac aliis, danda est Sacrosancta Eucharistia ad vitandam infamiam ejus: & cur non potiùs etiam schedula confessionis? Ex altera autem parte dandò schedulam confessionis Confessarius non mentitur, quia non testari debet se hominem absolvisse, sed confessum sibi esse; atqui hic jam inchoativè saltè sacramentaliter confessus est. Sed neque Confessarius cooperatur peccato poenitentis, quòd tali testimonio obtento, non absolutus & indispositus sacrilegè Eucharistiam accedat & sumat; quia ab hoc ipso eum serio dehortari debet, si non pareat, culpa ipsius est, & Confessarius suo sanctus est officio. *Cate-*

rùm, si nullo modo, ne inchoatè quidem, confessi essent peccata, petant autem tale testimoniũ etiam in confessionali, genibus flexis, factâ cruce, dicto Confiteor, ac maximè, si simulato animo accedant: quia v.g. quis concubinam dimittere, hæresin, quâ infectus est, abjurare nolit, sed solum poenæ vel infamiæ vitandæ causâ sacram synaxim accedere velit, talibus Confessarius utique schedam negare debet, ne eorum perniciosâ simulationi cooperetur, ut notant Layman, alique AA. hujus communis sententiæ.

IV. Verùm mihi verior videtur opposita sententia negativa Bonacin. & plurium aliorum cum Lugo *disp. 23. sect. 3.* nimirum: Confessarium non teneri dare tale testimonium, non esse contra sigillum tali testimonium negare. Ratio est primò; quia Confessarius hic nihil dicit vel facit, undè possit innotescere indispositio Pœnitentis, sed solum negativè se habens non approbat testimonio positivò confessionem, ad quod non tenetur (secus esset de negante Eucharistiam) Secundò, quia aliàs via aperiretur fraudibus, & multi improbi Parochos in Paschate deciperent. Tertiò, quia potest esse consuetudo, ut scribatur; confidentem absolutum esse, quod nostro casu, si Confessarius scribat, falsum erit. Quartò, quia scandalosum erit & iniquum publicæ meretrici perseveranti (uti & occulto peccatori suam malitiam pallianti, de quo supra) testimonium confessionis dare. Denique nec Confessario imputandum erit, quòd Pœnitentem suâ culpâ indi-

spositum positivè non defendat, sed infamari
sinat, &c.

§. V.

Scrupuli, Defectus naturales.

841 **S**ub sigillo etiam cadunt (ut Confessario
minimè liceat prodere) defectus naturales
Pœnitentis ex sola confessione cogniti, ut: esse
spurium, fictum nobilem, infecti generis ex Ju-
dæis, hæreticis, si nimirum à Pœnitente in con-
fessione aperiantur, tanquàm aliàs occulti & igno-
ti, in ordine ad peccatum, vel statum suum decla-
randum, juxta communem DD. apud Tambur.
cit. Ratio semper eadem; quia aliàs Sacramentum
pœnitentiæ maximè fieret odiosum, & sæpè dam-
nosum, cum quis non rarò mallet sciri se esse
adulterum, quàm esse spurium, vel infecti generis.
Certè beneficium, vel dignitatem petenti plus
nocebit iciri, non esse legitimum, quàm esse
adulterum, vel aliud peccatum commisisse. Secus
dicendum, si Pœnitens ejusmodi defectus natura-
les ita afferat, ut ex adjunctis colligatur, eos esse
communiter notos; quando enim notorii sunt
ejusmodi defectus, præsumimus, à Pœnitente
non subjici clavibus: nisi ut cognitos, adeoque
parùm ab ipso curari, quòd sciantur ulterius, si
ipse expressè non prohibeat.

842 II. Scrupulos à materia sigilli simpliciter ex-
cludit noster Marchant: at sub sigillo claudi sim-
pliciter affirmant Coninck, aliique multi. Mihi
placet cum Tambur. §. 8. n. 19. distinguere ut
suprà; si enim scrupuli seu scrupulositas, vel alià
defe-

defectus naturales Pœnitents, ut: esse rudem, stupidum &c. aliàs sint ignoti, & ex sola confessione noscantur à Confessario, tunc omninò cadunt sub sigillo, & eos evulgare Confessario non licet, ut nimirum ab omni odio immunis sit confessio. Sécus sit, si iidem defectus passim noti sint, ob rationem paulò antè datam.

III. Cardinal. de Lugo *disp. 13. sect. 3. n. 60. 843*
de scrupulis, aliisque defectibus naturalibus aliter ita distinguit: eos nimirum cadere sub sigillo, si eos Pœnitens confiteatur ad declaranda peccata vel conscientiam suam: Sécus si non cognoscantur ex relatione Pœnitentis, sed videantur vel percipiantur ex modo confitendi, &c. Sic enim loquitur: defectus alii manifestantur à Pœnitente ad declarandam suam conscientiam & peccata, & hi continentur sub sigillo: alii fiunt ibi ab ipso Pœnitente, quos Confessarius non audit ex relatione Pœnitentis, sed ipse eos videt & percipit, & hi, sicut non dicuntur secretò, sic non sunt sub sigillo. Nam si Pœnitens sit rudis, si hebetis ingenii: similiter si se ostendat naturæ molestæ, irrefolutæ, durioris ad credendum &c. non erunt sub sigillo; quia in confessione fiunt: non audiuntur. Sic Lugo consentit Dian. alios citans *part. 5. tract. II. resol. 50.* & dicens esse communem sententiam.

IV. Verùm hanc sententiam us omninò im-⁸⁴⁴
probabilem cum aliis reprobatur Tambur. *cit. n. 18.*
Nec displicet ratio; quia ex principio toties repetitò ab omnibus admissò, ne odiosa fiat confessio, sub sigillo claudi debent omnia, quæ aliquam in-

juriam, vel molestiam inferunt Pœnitenti, seu quidquid ægrè fert, ut evulgetur, sive deinde ipse dicat, sive faciat in confessione; atqui hujusmodi sunt etiam scrupuli, & alii defectus naturales, de quibus agimus. Certè nonnunquam Pœnitens mallet sciri se semel vel iterum peccasse mortaliter, quàm esse scrupulosum, morosum, irresolutæ naturæ, hebetis ingenii. Et quid si agatur de promovendo tuo Pœnitente in Prælatum, & tu ex sola confessione sive audisses dici, sive vidisses fieri, patefaceres eum esse scrupulosum irresolutæ naturæ? &c. Nónne meritò ægrè ferret, & confessio odiosa fieret? Quidquid sit de hac sententia maneo in resolutione data *N. II.*

QUÆSTIO III.

Quinam obligantur Sigillò Confessionis? SUMMARIUM.

846. *Sigillò Sacramentali per se primò obligantur I. Confessarius,*
 848. *Etiã filius.*
 850. *II. Interpres Pœnitentis.*
 851. *III. Adstantes, sive casu, sive ex industria aliquid audientes,*
 852. *IV. Illi, quibus Confessarius aliquid sine licentiã Pœnitentis aliquid revelavit.*
 853. *IV. Superior pro licentiã requisitus.*
 854. *VI. Consulti de peccatis vel statu Pœnitentis.*
 856. *Probabiliùs etiã, quos Pœnitens ipse ante & in ordine ad confessionem consultit.*
 857. *VII. Legens, sive casu, sive studio, confessionem scriptam alterius.*
 858. *In hoc tamen solum secreti naturalis obligationem agnoscunt alii;*
 859. *Gravissimè tamen obligantia.*

REGULA GENERALIS. Prater Confess^a 845
rium per se primò principaliter obligat^{us}, sal-
tem secundariò & minus principaliter sigillò obli-
gantur omnes, ad quos talis confessionis notitia
immediatè vel mediatè, justè vel injustè per vene-
rit. Communissima cum D. Thoma, & Scoto
in 4. dist. 21. & pluribus congestis Suar. disp. 33.
sect. 4. Layman. c. 14. num. 17. Dian. Lugo,
Tambur. locis citatis & citandis. Ratio (tradi-
ta à Navat. c. 8. n. 4.) est, quia res in ordine &
intentione ad absolutionem Sacramentalem ma-
nifestata ex Christi institutione & præcepto, tra-
ditione ac perpetuo usu Ecclesiæ, omniumque
fidelium persuasione confirmato, hoc onus seu
obligationem annexam habet, ut ad quemcunque
ejus notitia pervenerit, sine gravi sacrilegio ac ir-
reverentiâ Sacramenti revelari non possit. Jam
percurramus breviter obligatos in particulari.

§. I.

Confessarius, etiam fictus.

PER se primò sigilli obligatione adstringi, 846
qui confessionem Sacramentalem accepit
sive validam, sive invalidam, sive absolverit, sive
non. Ratio ex omnibus hætenus dictis patet
abundè.

II. Dico autem *Confessarius*. At quid de Pœ 847
nitente? Etiam hunc sigillo obligari ad tacenda
audita à Confessario; dicunt aliqui, & significat
Navar. loco cit. Sed vera est sententia communis
DD. cum Suar. Coninck, Layman. cit. ac Dian.
part. 5. tract. 11. resol. 8. Pœnitentem solum ob-

Ddd 3 ligari

ligari secreto naturali pro ratione materiæ, si nimirum Confessarii interfit taceri à se dicta, ne ejus fama lædatur: aut si ipsius Pœnitentis interfit, lege naturali non infamandi se ipsum.

848 III. Dixi item: *etiam fictus*; nam etiam Laicus vel non Sacerdos, qui Confessarius est habitus, aut se Confessarium simulans confessiones excepit, cuique Pœnitens bonâ fide confessus est, putans esse Sacerdotem, cum non sit: vel esse absolventi potestate præditum, cum eâ careat, nihilominus sigillo Sacramentali adstringitur, juxta communem DD. apud citatos, & optimè Lugo *disp. 23. sect. 2.* Tambur. *Opuscul. de confess. l. 5. c. 4. n. 1.* Ratio; quia etiam talis confessio ex intentione confitentis (etsi errore facti erronea) Sacramentalis est, & ad absolutionem Sacramentalem ordinata, seu cum intentione Sacramenti facta, etsi rei ipsa non sit.

849 IV. At, quid si quis sciens, & consultò confiteatur Laico vel non Sacerdoti, non quidem solum devotionis vel humiliationis gratiâ (quo casu sine dubio non oriretur obligatio sigilli Sacramentalis, sed tantum secreti naturalis) sed per errorem putans, laicū in tali casu urgentis necessitatis posse validè audire, & absolvere sacramentaliter? Tunc adhuc exfurgere obligationem sigilli affirmant graves DD. *Navar. Sylvest. Armilla.* apud Layman. *c. 19. in fine,* & Tambur. *cit.* Sed verior est sententia negativa cōmunis omnium aliorum; quia Christus obligationem sigilli imposuit solum confessioni sacramentali à se institu-

tæ;

tæ; at talis confessio nullo modo est Sacramentalis, ne quidem ex intentione Pœnitentis, nisi valdè erroneè errore juris crassissimo. Attamen tunc oriri obligationem secreti naturalis strictissimâ, & saltem ex pia intentione confitentis aliquo modo sacram, non est, qui ambigat.

§. II.

Interpres, Scribentes, Audientes.

I. Sigillò etiam adstringitur interpres confiten- & 50
tis, saltem tunc, quando in raro casu per accidens necessariò adhibetur ad cuiuspiam confessiones, juxta dicta suo loco. Ita communis DD. & meorum omnium, Ratio est; quia nisi saltem tunc interpres necessarius sigillò astringeretur, certè odiosa fieret confessio. Contra tamen simpliciter interpretem propriè sigillo obligari, negant non pauci, & nominatim *Cajetan.* & *Sotus*, apud *Layman*, *cit. n.* 17. Verùm eam sententiam ipse meritò rejiciendam censet, si velint interpretem nullo modo obligari sigillò Sacramentali ex Christi præcepto in omni casu obligante, sed solùm secreto naturali, etsi strictissimo quod tamen ob gravissimâ causam, v.g. ad Rempublicam liberandam, revelare licitum sit. Recipiendam verò esse hanc sententiam, si solùm velint interpretem (sicut & alios mox recensendos) obligari minùs principaliter, & non tam graviter sicut Sacerdotem; ideòque nec pœnas juris, Sacerdoti violatori sigilli decretas, sed aliam mitionem arbitrariam incurreret, uti notant *Navar. Sa*, *Henriq. Suar.* apud eundem.

II. Eadem videtur ratio de eo, qui alterius rudis confessionem scripsit, ut supponunt communiter DD. sed vide mox dicenda §. 5. de legente alterius confessionem scriptam.

851 III. Eodem sigillo constringuntur adstantes, qui sive casu & præter intentionem, vel voluntatem, sive furtivè de industria vel ex malitia, non sine injuria & irreverentia Sacramenti, alterius confessionem audiunt, secundùm communem DD. *Suar. Vasqu. Layman. Lugo, Dian.* Item omnes, quibus alterius confessio sacrilegè revelata est, de quo mox specialius. Item si quis confitetur multis ex necessitate præsentibus, ut in naufragio, conflictu, nosocomio &c. tam Confessarius, quàm omnes presentes audientes ita arctantur obligatione sigilli, ut de auditis neque cum aliis, neque secum ipsis invicem postea colloqui possint, cum omnes, & quilibet seorsim sigillò adstringatur. Ratio semper eadem ex regula; quia alioquin Sacramentum fieret odiosum.

852 IV. Certè sigillò adstringuntur etiam ii, quibus Confessarius sine Pœnitentis licentia, adeoque injustè & sacrilegè aliquid revelavit: quin ex communi sententia apud citatos etiam ii, quibus Confessarius revelavit de licentia Pœnitentis: cujus tamen contrarium probabiliter defendunt *Henriq. Vasq. Coninck*, apud Layman n. 18 hæc ratione: quia tunc Confessarius ex Pœnitentis licentia, atque plerùmque in ejusdem commodum alterius peccatum revelat, id agere censetur tanquàm instrumentum Pœnitentis. Quare, sicut si

si Pœnitens peccatum suum paulò antè Sacerdoti explicatum ipsemet alteri revelaret, non posset eum ad sigillum Sacramentale obligare, cùm verè hæc non sit Sacramentalis revelatio; ita neque, si Sacerdos ex voluntate & jussu Pœnitentis revelet: nisi fortè revelatio fieret ob causam spectantem ad administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, v.g. si Confessarius virum doctum consulat pro juvando tali Pœnitente, uti limitat Layman ibidem. Sed censeo standum in communi sententia priori.

§. III.

Superior pro licentia requisitus.

Sigillò Sacramentali etiam adstringitur Præla⁸⁵³ tus, à quò Pœnitens sive per se, sive per confessarium extra actualem confessionem petit licentiam absolventi à reservatis. Uti pluribus allegatis rectius docet Card. de Lugo *disp. 23. sect. 2. num. 34. & 35.* Ratio est; quia ipsa illa petitio licentiæ jam censetur inchoata confessio, & illa noticia Superioris, quàm à confessario accipit, ipse confessarius accepit ex inchoata confessione Pœnitentis, ideòque eidem obligationi sigilli uterque subjacet. Et licet, quando ipse Pœnitens talem licentiam petit, ea petitio non videatur inchoata confessio respectu Superioris, cùm non fiat in ordine ad absolutionem ab ipso Superiore dandam; tamen inchoata confessio absolute in ordine ad absolutionem recipiendam; sive deinde à confessario, sive ab ipso Superiore dandam. Deinde fatentur DD. communiter, illam obligationem

nem esse strictissimam nullo unquam casu violabilem in Superiore: sed hæc ita stricta obligatio non potest solum esse ex secreto naturali, & virtute justitiæ: ergo debet esse ex sigillo, & virtute Religionis ob reverentiam Sacramenti, nec differt à sigillo, nisi per respectum quatenus scilicet non oritur ex confessione jam facta, sed in ordine ad confessionem Sacramentalem faciendam. Contrarium tamen docent, & in Superiore tunc solum obligationem secreti naturalis agnoscunt alii apud Tambur. *cit. c. 4. §. 2.* eò quod Pœnitens præsumatur evocare velle ab obligatione Sacramentali illa negotia, quæ volens & prudens extra Sacramentum cum Superiore tractat. Verum hæc præsumptio mihi valde incerta est,

§. IV.

Consulti de Peccatis, vel Statu Pœnitentis.

854 **E**tiam Doctorem, Theologum, vel alium quem Confessarius de peccatis vel statu Pœnitentis ex ejusdem licentia consultit, eodem cum confessario sigillo manere obstrictum, veriùs & communiùs docent DD. cum Suar. *suprà cit.* & Layman. *num. 18. in fine.* Ratio; quia notitia, quam confessarius de licentia Pœnitentis communicat alteri, est eadem, quam habet ipse confessarius: sed Confessarius habet cum obligatione: ergo etiam alter consultus cum eadem obligatione sigilli in se recipit.

855 Contrarium rursus docent, & in tali consulto solum obligationem secreti naturalis agnoscunt
Medi-

Medina, Vasq. cit. apud Tambur. eodem c. 4. §. 3. num. 4. èd, quòd Pœnitens concedens licentiam confessario colloquendi cum alio tertio de suo peccato, vel statu præsumitur, illud extra limites Sacramenti extrahere. Verùm hæc præsumptio rursus incerta est, & æquè facilè negatur: quin potius id nolle præsumendus est Pœnitens, quia nemo detrimentum suum velle putandus est.

At, quid si ipse Pœnitens ante confessionem, at-856 tamen in ordine ad confessionem faciendam, sive ipsi confessario, sive alteri docto, etiã laico, aliqua de peccatis suis communicet, tenebitur tunc confessari? vel alius ea sub sigillo contegere? Negant Suar. Henriquez. alii plures apud Tambur. cit. §. 4. èd quòd illa notitia sic data confessario, vel alteri nec sit confessio inchoata, nec procedat ex confessione jam peracta, ut in priori casu, sed ex facienda confessione, quæ, quia facta non fuit, non potest imponere obligationem Sigilli. Sed probabilius affirmant alii multi apud Dian. part. 5. tract. II. resol. 44. & sequitur libentius Tambur. *ibid.* num. 7. èd quòd ea sententia magis Sacramento faveat. Supponitur autem semper, quòd pœnitens ad illam notitiam communicandam moveatur ex vi confessionis faciendæ, idque sciat is, qui eam accipit. Ratio est; quia, cum sæpè opus sit Pœnitenti ante confessionem cum confessario vel aliis comunicare de peccatis suis, ut confessionè rectè expedire possit, nisi illi sigillo adstringerentur, adhuc confessio tali redderetur odiosa, & molesta. Huic sententiæ & ego con- sen.

sentio. Atquè hinc rectè infert Medina, talem confessarium vel alium, cui ad finem confessionis peragenda ab aliquo communicatum est peccatum enorme, aliàs Prælato denuntiandum, sub pœna excommunicationis, nec debere, nec posse denuntiare; quia contra sigillum, quod fortius urget.

§. V.

Legens Confessionem scriptam alterius.

857. **E**tiam illum denique, qui sive casu fortuito & datâ operâ (adeoque sine peccato) sive ex proposito & datâ operâ (adeoque non sine gravi peccato, secundùm omnes) descriptam alicujus confessionem sive jam peractam sive peragenda legit sigillò adstringi, probabilius affirmant Rodriquez noster, Fagundez, Malderus, alii plures apud Dian. *cit. resol. 27.* & etiam *part. 1. tract. 4. resol. 112.* Ratio est, quia illa scriptura est internumtia peccatorum, estque sive inchoata confessio, sive confessionem jam factam gerens. Nam & propter eandem rationem is, qui scripto excipit confessionem amici non potentis scribere, & ita se ad confessionem parantis sigillò tenerur, ut §. 2. n. 2. notatum.

858 II. Negant rursùs & solùm secreti naturalis obligationem agnoscunt Navar. *c. 18. num. 19.* Layman. *cit. num. 24.* Suar. Bonacin. aliisque congestis Lugo *disp. 23. sect. 2. num. 47.* idque etiam valde probabiliter. Ratio est; quia ex sola confessione inducitur obligatio sigilli: atqui illa scriptura non est confessio, ne inchoata quidem, sed

sed solum est materia preparata ad confessionem :
nec est gerens confessionem peractam, sed solum
gerens materiam, quæ erat preparata ad confes-
sionem; ergo ejusmodi scriptura non inducit obli-
gationem sigilli, sed tantum secreti naturalis, sicut
enim, si quis audiret peccata alicujus, qui clarâ vo-
ce enumerans peccata sua se ad confessionem,
prepararet, vel qui post confessionem altâ voce
Deo gratias ageret pro talibus peccatis confessis,
certè audiens non obligaretur ad sigillum : quia
non audiret confessionem Sacramentalem, sed so-
lum preparationem ad confessionem, vel gratia-
rum actionem pro ea peracta: ita etiam in casu no-
stro scriptura illa non est confessio, sed prepara-
tio ad confessionem, adeoque legens illam non
obstringitur sigillò Sacramentali, sed tantum se-
creti naturalis obligatione pro ratione materiæ,
utique sub mortali, si gravia vel diffamantia con-
sultò legat, vel evulget: secus si levia tantum essent
ac schedulâ repertâ moraliter certus sit, non nisi
levia & quotidiana peccata in ea scripta esse, idè-
que ex curiositate legat, aut lecta alteri comuni-
cet, tunc enim non debet censerî plus, quàm ve-
nialiter peccasse; quia non violavit sigillum con-
fessionis, in quo non datur parvitas materiæ, sed
tantum secretum naturale: cujus obligatio ob
parvitem materiæ minuitur. Quin etiam in ca-
su gravissimæ necessitatis ad Rempubicam, vel
vitam innoçentis liberandam, omninò cessare pos-
set, ut hujusmodi scriptam confessionem etiam
revelare liceret, quatenus præcisè necessarium
est

est ad majus malum impediendum, cui, spectato jure naturæ, & naturali charitatis ordine, minus damnum hominis illam schedam scribentis post-haberi possit, ut notant Layman, & Lugo citati.

859 III. Cæterum consentiunt etiam hujus sententiæ Authores, repertorem etiam hujus scriptæ confessionis obligari arctissimo secreto naturali, ut non solum is peccatum mortale in genere sacrilegii, & gravissimæ injuriæ committat, si gravia & diffamantia peccata consultò legat, aut lecta aliis evulget, ut dictum est; sed nec judex aut Prælati ex sola tali noticia ad criminis inquisitionem aut punitionem procedere possit: aut, si processus jam cœptus sit, eum rescindi, & pro infecto haberi oporteat; quia licet ejusmodi scripturæ non sit confessio sacramentalis; est tamen via ad eam, ceditque in irreverentiam Sacramenti, si occasione illius, quod in salutem animæ à Christo institutum est, aliquis famæ, vitæ, vel aliud detrimentum patiat.

860 IV. Excipiendus per omnem modum est casus, quò talis scriptura vera esset confessio actualis, utpote, si aliquis mutus vel aliàs impeditus confiteatur Confessario præsentem per scripturam; & tunc, durante actione Sacramentali, aliquis legat illam scripturam, utique teneretur sigillò; quia tunc illa scriptura lecta à confessario est locutio, vel confessio Pœnitentis, cum non aliter confiteatur mutus ille, nisi per scripturam. Idem censet Layman *num. 19. c. 14.* Si Sacramentalis confessio Sacerdoti in scripto data ab eo amissa esset,

esset, & ab alio inventa & lecta; nam talis manifestatio facta Sacerdoti per scripturam in ordine ad absolutionem accipiendam vera Sacramentalis est confessio, ideoque sub sigillo cadit, ut ea nullo casu à quocunque sinè confitentis licentia revelari possit. Idem censet Lugo *cit. num. 49.* Quando aliquis per litteras peteret à Superiore licentiã confitendi alteri peccatum reservatum; quia tunc per scripturam illam verè loquitur Superiori in ordine ad confessionem & absolutionem, confessione velut jam inchoatã; ideoque sicut ipse Superior, ita & alius legens talem scripturam, quemadmodum & audiens subditum petentem ejusmodi licentiam, sigillò adstringitur.

QUÆSTIO IV. & Ultima.

Qualiter licet, & non licet uti notitiã ex sola confessione sacramentali habitã?

SUMMARIUM.

862. *Notitiã confessionis non licet uti, sic ut aliis advertant.*
863. *An confessarius sciens ex confessione sibi insidias parari, possit aliquam actionẽ omittere, domi manere;*
864. *Aut aufugere, esto insidiatores id advertant, vel fors ideò occisuri sint Penitentem.*
865. *Nec etiam licet uti notitiã confessionis sic, ut Penitens ipse solus advertat.*
866. *Exercendo actus illi ingratos, vitare, punire, deponere &c.*
867. *Probabiliter tamen licet ei negare actus nullo jure debitos, suffragium, beneficium &c.*
869. *Nec etiam licet eã notitiã uti ad gubernationem ipsius Penitentis:*

870. *Bene autem ad gubernationem sui ipsius:*871. *Resolvuntur casus particulares valde notabiles*
Usque ad n. 875.

861 **R***egula generalis.* Notitiâ ex sola confessio-
ne acceptâ nunquam ullo casu licet uti, quan-
dò subest periculum revelationis directæ vel in-
directæ, aut sic: ut confessio meritò fiat difficilis,
ac odiosa Pœnitenti. Contrâ verò licitum erit uti
illâ notitiâ in illis actibus, quibus confessio non
redditur difficilis, vel odiosa Pœnitenti, utpote,
qui non sunt, vel non possunt esse rationabiliter
ingrati consentientibus.

Ex qua generali regula particulariùs resolves :

1. nunquam licere uti eâ notitiâ, *sic ut alii advertant*: Sed neque sic, *ut ipse solus Pœnitens advertat.* 3. *In ejus gubernationem vel gravamen.* 4. Sed bene *ad gubernationem, vel justam indemnitate[m] sui ipsius saltem probabilissimè.* Per-
curro breviter singula declarandò.

§. I. *Non sic, ut alii advertant.*

862 **N**unquam ullo casu ad quodcunque malum
avertendum, etiam mortem evadendam,
Confessario, etiam Superiori, licet uti notitiâ pec-
cati habitâ ex sola confessione Pœnitentis sic, ut
alii, quibus aliàs peccatum Pœnitentis ignotum
erat, advertentes gravè quidpiam adversus ipsum
exinde suspicentur. Certissimum apud omnes.
Ratio clara est: quia hoc esset ipso facto confes-
sionem offendere, & maximè reddere odiosam Pœ-
nitenti, ut, si Confessarius maximè Superior post
confessionem, confesso præter morem solitum

coram

coram aliis torvum vultum ostendat, solita benevolentia signa subtrahat, ejus consortium vel colloquium vitet, eum ab officio amoveat, &c. vel simile quid agat, ex quo alii veniant in cognitionem vel suspicionem aliquam peccati ipsius saltem in genere, quòd nimirum ille pœnitens, vel subditus aliquid grave fecerit, ratione cujus idē Confessarius, vel Superior præter morem ita illū aversetur, vel ab officio amoveat; esset enim vera indirecta revelatio sigilli confessionis: idque etiā verum est, quandò alii jam habent notitiam talis peccati pœnitentis, & post confessionem viderent eum à Confessario vel Superiore ita avertari vel ab officio aliquo amoveri.

Insuper adeò verum est, ut Confessarius etiam, duorum confessionem excipiens (casus non rarus in sponsis) & ex unius confessione intelligens alterum non integrè confiteri, sed peccatum aliquod culpabiliter reticere, non possit tamen ullum indicium suæ notitiæ præbere ex alterius confessione habitæ, sed absolvat & torum DEO committat. ne scilicet unus pœnitens aliquid de confessione alterius advertat, prout etiam supra suo loco indicavi. Quare sinè dubio graviter deliquit, & sigillum indirectè enormiter violavit Sacerdos quidam indoctus, qui duorum confessionē audiens, & ex posterioris confessione peccatum commissum cum priori complice intelligens, priorem adhuc ibi præsentem ad confessionale revocavit, & de novo examinavit.

Sed hic difficultas gravissima (attamen speculativa potius, quàm practica) est: an saltem lice-

at Confessario uti ejusmodi notitiâ confessionis ad sui defensionem v. g. evadendam mortem, quando id adverterent alii, qui aliàs jam sciebant v. g. complices peccati: ut, si Confessarius ex sola confessione unius complicitis sciat, vinum, quo debet celebrare, esse venenô infectum: aut, se hac nocte occidendum si domô egrediatur, &c. poteritne ex hac notitia Sacro abstinere, ea nocte se domi continere? &c. Si ex hoc advertant complices, peccatum hoc ex confessione unius ex ipsis Confessario innotuisse? Negant sanè licere DD. ferè communiter, quos citant & sequuntur Lugo *disp.* 34. *sect.* 3. *n.* 110. Gobat *casu* 23. *n.* 397. eò, quòd adhuc videatur indirecta revelatio sigilli nullo unquam casu licita. Sententia quidem maximè favens sigillo; at profectò nimis rigida & severa, nescio, an ipsis suis authoribus in casu contingenti practicanda? Contrarium, idque licere docent alii æquè graves ac multi, Scot. *in* 4. *dist.* 21. *q.* 1. & 3. *Gabriel. Sylvester, Coninck, Bonacin* aliisque citatis Layman *l.* 5. *tract.* 6. *c.* 4. *n.* 21. & Tambur. *cir.* 1. 5. *c.* 6. *§.* 1. Ratio est: quia aliud est verbo vel facto patofacere ipsum peccatum confessum, quod sanè nunquam licet: aliud est, aliquid agere vel omittere, ex quo alii aliunde scientes peccatum, sumat occasionem suspicandi, peccatum illud jam confessum esse, quod per se licitum, imò aliquandò debitum est: ut, si videas me absolventem personam, cum qua hac nocte peccâsti, nonne colligis, illam hoc peccatum confessam esse: si Confessarius aliquoties accedat ad hominē domi concubinam alentem,

ut illum ad emendationē hortetur, tandem ejus confessionem excipiat, & ad sacram Cōmunionem admitrat, nonne concubina apertissimè colligit illum peccata fornicationis confessum esse; & tamen sigillū confessionis fregisse quis dicat? Item, si Confessarius hominem ob publica latrocinia supplicidō affectum commendet, quod bene de peccatis suis contritus & confessus, optimè dispositus mortuus fuerit, sanè nullo modo violat sigillum; quia non dicit, nec exhibet signum, quo cognosci possit, hunc hominem commisisse latrocinia, sed solum significat, eum ritte confessum sua peccata: adeoque etiam latrocinia antea aliis nota, &c. Sic in proposito Sacerdos abstinens à Sacro, vel domi se continens nullo verbo vel facto prodit peccatum pœnitentis, sed solum per accidens ratione scilicet cognitionis aliunde jam habitæ aliis significat socium peccatum jam esse confessum, quod nihil contra sigillum. Unde & hi ipsi DD. meritò fatentur, eo casu non licere Confessario abstinere à Sacro, vel domi se continere, quando alii præter socios jam scientes, inde intelligerent peccatum pœnitentis, aut aliorum complicum, maximè, si de tali peccato jam suspecti periculum subire deberent

At, quid si eo casu ex fuga Sacerdotis v.g. ipsi ⁸⁶⁴ confitentis periculum immineat, ut à sociis iceleris occidatur: poteritne sic nihilominus fugere, vel domi se continere? Negat posse Suar. *disp.* 23. *sect.* 7. & Cobat *loco cit.* ex fundamento oppositæ sententiæ. Concedit autem rectius Coninck, consentiente Layman n. 21. quia adhuc fugien-

dò vel domi se continendò sigillum confessionis non violat, quare jus naturale ipsi permittit, ut vitam suã alienã vitæ anteponat: sicut, si Dominus hæreticus intellexit, aliquem ex suis famulis vel subditis confessum esse huic Sacerdoti, mortem seriò minuetur Confessario, nisi dicat, quisnam ille sit, Confessarius non prohibetur illum nominare, tametsi intelligat, exindè mortem confessio famulo, vel subdito inferendã fore, quãquam laudabilius Sacerdos ageret, si mortem ipse pro innocente fortiter oppeteret. Neque ex nostra responsione inferas, quòd confessio hominibus redderetur odiosa, si occasione ejus aliqui tantum periculum subire possint; non enim sic redditur odiosa confessio secundum se simpliciter, sed solum ut spectata cum talibus circumstantiis, quæ tamen rarissimè & vix unquàm concurrent, ut proindè talis casus potius speculativus, quàm practicus censerì debeat, ut notavit Sanchez l. 3. de Matrimon. d. 16. q. 1. ad 4.

§. II.

An sic, ut solus pœnitens advertat?

865 **R**egula generalis manet: nunquam licet uti cognitione vel notitiã ex confessione habitã circa pœnitentem, etiam, ut ille solus advertat, exercendò circa ipsum aliquos actus ipsi ingratos, ex quibus pœnitenti meritò odiosa redderetur confessio. Ratio jam sæpe inculcata est. Ex hac regula unum & alterum certa sunt, tertium valde dubium & gravissimè controversum. Unum certum est, licere Confessario uti notitiã ex confessione

Confessione acceptâ circa pœnitentem, aut universâ-
liter de ejus expressâ & libera. licentia, juxta su-
prâ dictâ; aut in particulari exhibendô ipsi ali-
quos actus naturâ suâ non ingratos, sed gratos
potius, ex quibus proinde ei confessio non odio-
sa, sed grata potius & suavis reddatur. Uti con-
tra paucos in fine refutandos Vasquez, alios, ha-
bent DD. cômunitè. Sic Confessarius propter
fiduciam v.g. quam pœnitens ad ipsum gerit omnia
sui animi arcana & peccata cômittendô, poterit
eidem ostendere signa specialis amoris & bene-
volentia, benignè excipere, beneficia conferre
&c. quamvis is advertat, hæc fieri propter audita
in confessione. Itē, si Confessarius ex confessione
intellexisset, pœnitentem ex suo facto, vel dicto
fuisse offensum, ad indignationem vel odium
provocatum, vel tentationem incidisse, nonne
poterit Confessarius ex ea sola notitiâ à simili
dicto, vel facto deinceps abstinere?

Alterum certum, non licere Confessario uti **866**
notitiâ confessionis circa pœnitentem exercendô
illi actus ingratos, maximè spectantes ad justitiâ
punitivâ vel vindicativam: ut pœnitenti ob pec-
cata confessa vultum austeriorem ostendere, eum
declinare, eum reprehendere vel punire, tollere
aliquod jus ipsi acquisitum, ut amovere ab officio
jure acquisito, à quo scilicet pro libitu, & nisi ob
delictum amoveri nequit; struere illi insidias, ut
in delicto deprehendatur, negare ei aliquid debi-
tum, pecuniæ v.g. & alia ejusmodi. Sic omnes
ferè unanimiter. Ratio patet; quia satis super-
que odiosa redderetur confessio præterita, si sci-

tur ex illa ita contra pœnitentem posse procedi. Et bene advertit Layman cit. neq; ad hoc requiri, ut pœnitens advertat actu, vel sciat, hujusmodi actus fieri ex confessione sua, dummodò revera fiat ex confessione, etsi id nunc ignoret pœnitens; si enim pœnitens antecederet sciret, posse Confessarium uti illâ notitiâ occultè contra ipsum, non minùs, imò magis absterreretur à confessione peccati, quàm si sciret, posse illum aliquid tale facere pœnitente advertente; magis enim lædunt illa, quorum causam ignoramus, quàm illa, quorum causam scimus, quibus proindè faciliùs possumus adhibere remedia.

367 Tertium dubium, & controversum valde est: utrum liceat Confessario uti notitiâ confessionis, circa pœnitentem solum advertentè, exercendò ob justam causam aliquos actus, etsi ingratos ipsi & molestos, quibus tamen nullum ejus jus lædatur: ut, negandò ipsi aliquos actus nullo jure debitos, nisi forte ex justitia distributiva vel misericordia, ut negare suffragium vel beneficium aut elemosynam ei, quem ex confessione indignum quis novit & alia mox latius dicenda. Licere affirmant sanè DD. gravissimi comunitè. D. Thomas, Scotus, Sotus, Suarez, & alii, quos ad 35. refert Sanchez l. 3. de Matrim. disp. 16. q. 1.

Ratio hujus sententiæ est; quia ex una parte non est frangere sigillum colloqui vel agere cum eo ipso qui tibi secretum communicavit: & ex altera parte, cum pœnitens nullum habeat jus ad illas actiones, nulla ei fit injuria, ejusmodi actus denegandò; ergò id non est illicitum: imò addunt multi

multi ex his DD. etiam quandoque esse debitum, adeo ut Confessarius ex tali notitiâ etiâ teneatur amovere indignum ab officio, ei negare suffragium, vel communionem, &c. Plures tamen eorum talem obligationem non agnoscunt: quia nimirum nullus cogi debet, ut utatur remedio tam difficili, & periculoso fractionis sigilli.

Contra verò generaliter & indistinctè docent: 868
id licere nunquam, ita, ut in nulla prorsùs re confessarius uti possit tali notitiâ, sed debeat se simpliciter habere, ac si prorsùs nihil audisset, adeo, ut si ex confessione nosset famulum esse furem, non posses ideò cistam claudere, vel clavem abstrahere. Sic multi apud eundem Sanchez. Alii autem restringunt, solum locum habere in iis, in quibus esset confusio & pudor pœnitenti. Sic ipse Sanchez, cit. n. 4. aliòsque citans Gobat. Alii denique clariùs ita distinguunt, ut in regula generali expressum, & sequitur.

§. III.

Non licet ad gubernationem ipsius pœnitentis.

Simpliciter non licet confessario uti notitiâ ex 69
sola confessione habitâ ad gubernationem vel directionem ipsius pœnitentis, præsertim advertentis, nimirum circa ipsum pœnitentem directè exercèdò aliquos actus ipsi ingratos & molestos, aut negandò ullos actus favorabiles etiam indebitos vel gratuitos, uti sùt: ex sola confessionis notitiâ pœnitenti se exhibere severiorè, minus gratè cum eo loqui. eum amovere ad aliù locum, ubi sinè peccato degat: famulum ex sola

confessione furem cognitum domo expellere, vel è servitio demittere: indigno ex sola confessione cognito negare suffragium ad electionem, officium vel beneficium quodcunque, aut ei officium pro nutu amovibile auferre, negare Sacramenta, Eucharistiam non ministrare, &c. item: non assistere matrimonio, cum ex sola confessione scit, invalidè contrahendū: non colloqui, vel conversari cum excommunicato vitando, sed ex sola confessione cognito, & alia similia, quæ exercentur circa pœnitentis personam singularem. Ita Authores secundæ sententiæ, ac ipse Sanchez, si attentè legatur, & re ipsa Layman *c. 4. n. 22.* & expressè Coninck, Castropalaus, aliisque congestis Dian. *part. 3. tract. 4. resol. 76. & part. 5. tract. 11. resol. 3.* Tambur. *l. 5. c. 6. §. 2. n. 7.* Ratio

solidissima est: quia ex obligatione sigilli Sacramentalis non solum illicita est omnis revelatio directa vel indirecta secreti coram aliis, ut omnes agnoscunt, sed generaliter etiam illicitum est omne id, quod confessionem redderet gravem, & odiosam fidelibus: ex comuni principio ab omnibus ferè admisso: unde neque cum ipso pœnitente potest confessarius etiam Prælati de peccato in confessione audito loqui sinè ejus licentia, ut etiam Adversarii fatentur: atqui *ex* dens & certissimum est, etiam maximè reddi confessionem gravem & odiosam ex hac parte; si sciretur, confessarium ex illa sola notitia posse pœnitentem amovere ab officio, privare suffragio, repellere à Sacramento, & cætera jam enumerata ac similia plura: & certè multò magis, quàm si confessarius posset

posset circa Pœnitentem exercendô ejusmodi actus ipsi molestos & ingratos, ad gubernationē ipsius Pœnitentis: idq; etiâ & maximè Superioribus, his enim expressè & gravissimè prohibuit Clemens VIII. in Decr. an. 1594. die 26. Maij. Verba ejus sunt: Tam Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissimè, ne eâ notitiâ, quàm de aliorum peccatis in confessione habuerunt ad exteriorem gubernationem utantur-- atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicumque illi sint, observari mandamus, &c. hæc Pontifex. Post hoc Decretum meritò proficitur Lugo *Disp. 23. de Pœnitent. Sect. 5. n. 93.* se non videre, quomodo opposita sententia sustineri possit.

Confirmatur. Omnium consensu sigillum **870** confessionis obligat in tota sua latitudine etiam in ordine ad confitentem, ne ei peccatum ex sola confessione cognitum objiciatur, exprobetur, vel quovis modo ei invito in memoriam revoce- tur: atqui talis exprobratio sanè molestissima re ipsâ fieret, si Sacerdos confitenti suo propter ejus auditam confessionem Sacramentum, vel suffragium neget, vel eum ab officio removeat, &c. plerùmque enim certâ vel probabili suspitione deprehendet id fieri propter peccata, quæ confessus fuit, ideòque ei Sacramentum grave, & damnosum fuit. Et datò, confitentem id nullo indicio assequi posse, nōne adhuc ipsa persuasio hæc: si nimirum sciant fideles, se ob peccatorum suorum confessionem impediri posse à consequendis vel

retinendis bonis suis, absterrebit à confessione iis præsertim faciendâ, quos vel leviter suspicantur, aliquando sibi prodesse vel obesse posse. Deinde sequeretur, quòd reservatio criminũ graviorũ Superioribus magna parte inutilis foret, si Superior sibi reservans eâ notitiã gubernare posset Subditos; nunquam enim ij cum tanto suo periculo obligari poterunt ad confitendum grave crimen Superiori, si ex tali confessione sciant, se à promotione; quam avidè desiderant, impediri, aut ab officio libenter habito amoveri posse. Deniq; forũ sacramentalis pœnitentiæ ex propria institutione sua secretum. & omninò disparatum est à foro externo jurisdictionis ac gubernationis; ideòque non oportet notitiam sacramentalem extra illud forum secretæ pœnitentiæ ad publicam gubernationem profanè extendi. Ex quibus satis patet ad fundamentum oppositæ sententiæ, sed urgebis, &

871 *Dices:* Confessarius, maximè Prælatas per confessionem auditam non amittit jus suum, quòd habuit prius: sed ante confessionem auditam habuit jus eligendi vel nò eligendi, retinendi vel amovendi talem subditum pro suo arbitrio; ergo id ipsum poterit post confessionem auditam; alioquin indigni, ac improbi ex industria uterentur hòc mediò confitendi Superiori. R. Negandò consequentiam ob claram æquivocationem: confessio enim nullum tollit jus prius; licèt enim Prælatas v. g. habeat jus amovendi subditum ab officio pro arbitrio, nunquam tamen habuit jus amovendi illum propter crimè in sola confessione cognitum; quare Confessarius propter confes-

tionem auditam non privatur aliquo jure prius habito, aut libertate ab officio deponendi, suffragium negandi, &c. attamen impeditur & prohibetur, ne ad tale quid faciendum moveatur, vel adjuvetur ex notitia hausta ex Sacramento poenitentiae, cum perinde se gerere debeat in externis actionibus suis erga Poenitentem, ac si in illo interno foro nihil audisset: quemadmodum, qui scivit aliquid extra confessionem, & postea in confessione audit, non amittit jus prius notum manifestandi, arctatur tamen à confessionis Sigillo, quò minus alio modo propalare possit, quàm cognitum habuerit ante confessionem. Unde parum prodesse potest indignis hoc medium confitendi Superiori, cum plerumq; possit Prælati eos amovere propter causas aliunde cognitâs, vel etiam pro suo abitrio, dummodò non moveatur, à notitiâ in sola confessione acceptâ.

At, nunquid poterit Prælati ex notitiâ confessio-
sionis motus saltem magis advertere, & observare
Poenitentem subditum, ut notatis aliis extra confessionem sese offerentibus indiciis sufficienter instructus aliquam ex dictis actionibus præster, ab officio vel loco amoveat; &c. *q.* Non licere directè observando ipsum Poenitentem, ob eandem semper rationem, ne confessio fiat odiosa: licere tamen observare alia signa, quæ sinè relatione ad confessionem sufficiunt ad inquirendum. Vide Tambur. *in addition. ad lib. 5. opusc. de Confess. c. 6. §. 2. n. 9.*

§. IV. Licet autem in gubernationem sui ipsius. 873

Licitum est confessario uti notitiâ ex confessione

ne accepta ad gubernationem, seu iustam indemnitate[m] sui ipsius, exercendô nimirum aliquos actus, non directè circa Pœnitentem, licet contra ipsum aliqualiter recurrant, sed potius circa se ipsum, vel res suas, vel extrinseca aliqua impedimenta peccati Pœnitentis. Exempli gratiâ: potest confessarius non celebrare, se domi retinere, aliâ viâ pergere vel fugere, ad cavendas insidias veneni, vel mortis inferendæ ex confessione cognitâ: item potest diligentius custodire res suas, clavem abstrahere, aut pecuniam vel clavem non committere servo, quem ex confessione furem vel infidelem novit: item potest Superior claudere fores, aut seram mutare januæ, per quam ex confessione novit subditum furtivè exire ad peccandum; & ut exemplificat Coninck *disp. 9. dub. 4.* potest ad eundem finem aliquid ædificare vel struem lignorum instruere eo loco, ubi antea exitus vel introitus patebat &c. idq; etiam sine consensu Pœnitentis, præsertim cum is requisitus consentire nolit, cum tamen debeat: & alia hujusmodi, quæ consueverunt communiter esse positiones alicujus impedimenti, quo posito Pœnitens absque ullo suo intrinseco incommodo à peccato impeditur. Sic Authores §. *præced. cit. r.* & reipsa Lugo *sect. 5. num. 102.* Ratio sumitur ex opposito fundamento priori, quia reverâ ejusmodi actus nulli reddunt confessionem odiosam, saltè rationabiliter: nec ullus rationabiliter præsumi potest à confessione retardari ex eo, quod sciat confessarium ex notitia confessionis posse cavere insidias vitæ suæ, diligentius custodire res suas,

suas, claudere januam, vel fenestram ad impedienda peccata, & similia; quippe ad quæ ipse Pœnitens per pœnitentiam verè à peccato resurgere intendens cooperari de se tenetur. Unde ejusmodi actus non ingrati, sed potius gratissimi ritè Pœnitenti censendi sunt: & quia tales actus minime exercentur circa personam ipsius Pœnitentis, nulla illi inde rationabilis erubescencia oriri potest: & si quando tale aliquid advertens pudore suffundatur, potius sibi imputare debet, quàm Confessario utenti jure suo, & aliquam occasionem talis pudoris danti. Neque hic obstat Decretum Clementis VIII. suprâ allegatum; quia hoc solum prohibet usum notitiæ ex confessione in ordine ad gubernationem externam personarum, subditorum v.g. per actus nimirum versantes circa ipsas personas confessas, uti maxime sunt actiones punitivæ, aliæque gubernativæ, suprâ 1. 2. & 3. §. allatæ.

Denique certissimum videtur, confessarium ex vi sigilli confessionis non teneri in omnibus prorsus se habere, ac si talem notitiâ prorsus non haberet; quidni enim Confessarius ex confessione audita possit magis cautus esse, & prudens fieri ad cavenda similia pericula, in quibus intelligit, Pœnitentem ruinam Spiritualem passum: v.g. ad vitandum cibum, ludum, societatem, familiaritatè hominum, in quibus Pœnitentem aliquod damnum spirituale, vel corporale passum intelligit, &c. Quin hoc experienciâ quotidianâ constat; discunt enim confessarii ex confessionibus mores civium, ut sciant, quomodo cum illis debeat

debeant conversari, & quæ ab eis pericula caveri debeant; ergo non est universaliter illicitum, & contra sigillum uti notitiâ confessionis ad operandum. Quando autem sit licitum, & quando illicitum, distinctè satis exprimit nostra regula generalis, ex qua ulterius corollarie.

§. V. *Casus aliquot particulares, resoluti ex dictis hætenus.*

874 **E**GO Confessarius hætenus ordinariè confessus sum Petro, sed modo ex ejusdem confessione intelligens, ipsum non esse Sacerdotem, seu invalidè ordinatum: possumne ipsum deinceps vitare, ei amplius non confitendò, ipso advertente me ad hoc moveri ex confessione sua? R. Cum Sanchez *lib. 3. disp. 16. n. 5.* omninò potes & debes; quia ex una parte hæc ommissione nihil exeres circa personam Pœnitentis: ex altera autem parte, non debes confiteri invalidè vel simulatè tantum. At quid si ex hac tua ommissione alii suspicarentur malum de isto Sacerdote? R. Lugo *disp. 23. sect. 5. num. 105.* debes adhuc ad eum accedere, saltem exterius confessionem simulandò, ne eum prodas, interea alteri confessario seriò confiteri. Fagundez autem cum Tambur. *cit.* respondet: Possè quidem, sed non tene ri te sic ad ipsum accedere; eò, quòd ejusmodi ommissio ex se non sit ostensiva delicti, præsertim defectùs talis; cùm variæ possent esse causæ mutandi Confessarium. In casu tam raro crede, quod placet.

875 II. Vocor ad Pœnitentem, à quo timeo, ne me in peccatum inducat: idque novi solùm ex confessione

Confessione præterita, quâ me ad peccatum sollicitavit. Possumne ad ipsum non accedere, si vel ipse advertat id fieri ex notitia confessionis, vel aliâ contra ipsum aliquid suspicabuntur? R. Omnino potes, imò debes non accedere? Ratio est: quia, si Pœnitens in confessione sollicitat ad peccatum, utique illa non est confessio Sacramentalis, ideòque obligationem Sigilli non inducit. Quòd si tamen Pœnitens prius verè Sacramentaliter confessus tibi fuisset suam malam voluntatem, credo quòd adhuc debeas accedere fidendò Divinæ gratiæ, saltem, si aliâs alii advertentes malè de Pœnitente suspicarentur, ut ex hæctenus dictis facillè colligi potest. Vide plures & metaphysicos tales casus apud DD. citatos.

III. Vocor ad Pœnitentem, qui bis, ter, vel quater aut sæpiùs iustus vel monitus noluit restituere, tollere occasionè proximam peccati, &c. possumne non accedere, si ipse advertat, hanc esse causam: vel alii de ipso malè aliquid conjiciant. R. Cum distinctione: si enim is antea confessus est simulatè tantùm, v.g. ut bonam æstimationè apud alios servaret, &c. potes non accedere; quia non fuit confessio, sed simulatio, ideòque Sigillo non subjacet: Si autem fuit vera confessio, animò se juvandi, etsi defectu propositi absolvi non potuerit, non potes non accedere, si ideò alii malum de ipso suspicentur; fuit enim illa Sacramentalis saltem inchoata confessio, ideòque Sigillum secum trahens: at verò, si non alii, sed ipse solùm id advertat fieri ex notitia confessionis, non video in te obligationem accedendi, quia ex una parte,
non

non est revelare sigillum, si solus Pœnitens advertat, ut sæpiùs dictum: ex altera autem parte, similes negationes non retraherent à confessione fideles, imò sic magis ad eam faciendâ excitabuntur. Insuper meritò sic negas, ut Pœnitens à sua contumacia resipiscat: sicut meritò propter eandem rationem eundem aliquando non absolvis.

377 IV. Ex sola confessione Titii lecio, Ecclesiam hanc esse pollutam: possumne adhuc in ea celebrare advertentè id Pœnitente vel aliis? & iterùm cum distinctione: quòd si ex omissione Sacri aliqua notitia peccati apud alios, aut aliquod damnum Pœnitenti timeatur, potes & debes celebrare; quia fortius est vinculum sigilli, quàm præcepti Ecclesiæ de non celebrando in Ecclesia polluta: At si nullius notitiæ apud alios, vel detrimenti Pœnitentis periculum sit, non posse celebrare resolvit Lugo *cit. n. 124.* quia urget præceptum de non celebrando in loco violato, & non urget præceptum sigilli, cum nullum periculum evulgationis, vel damni esse supponamus. At verò eo casu adhuc posse celebrare, mihi probabilius resolvit Bonacin. apud Tambur. *cit. c. 7. §. 4.* hâc bonâ ratione; quia Ecclesia non præsumitur velle obligare Sacerdotem ad non celebrandum, quando is ex sola confessione novit, locum esse pollutum, siquidem semper Ecclesia velle favere sigillo credenda est. Et hæc tandem de Sacramento Pœnitentiæ satis.

FINIT III. PARS Theologiæ
Sacramentalis.

INDEX

Rerum notabilium in hac III. Parte contentarum. Numerus paginam demonstrat.

A.

Absolutio seu forma absolutionis consueta declaratur. 549. quæ verba, vel forma sit sufficiens, & necessaria sub uortali. 550. Qualiter facienda absolutio à censuris? 553.

Absolutionis forma essentialis consistit in his duobus verbis: *absoluite*. 554. formaliter sumptis. 556. sufficit etiam, si proferatur modo imperativo. 557. non autem prolata modo optativo. 558. Formæ essentialis quis sensus generalis? 559. quis proprius & principalis. 560. & quis adæquatus. 561. seq. Absolutionis forma qualiter proferenda. 564. necessario debet esse vocalis. *ibid.* seq. ad præsentem poenitentem directa. Unde invalida est absolutio data absenti, siue præsens confiteatur & absens absolvatur, siue absens confiteatur, & præsens absolvatur. 565. seqq.

Quæ sit & censeatur præsentia moralis & sufficiens? 569. seq. quid agendum, si poenitens ante absolutionem jam recessit? 572. seqq.

▲ Absolutio regulariter danda est absolutè. 576. nec valet sub conditione de futuro. 577. sub conditione autem de præsentis, vel præterito valet. 577. seq. & ex causa licet, imò quandoque necessaria est. 578.

Absolutio quando danda? 520. seq. quando repetenda? 582. casus varii. *ibid.* seqq.

Absolvens excommunicatum à peccatis, non præmissa absolutione à censura, peccat mortaliter. 585. valet tamen talis absolutio utrinque bona fide facta, alias non. 586. Et talis poenitens etiam absolutus manet ab ipsa excommunicatione, si Confessarius fuerit potens ab ea absolvere. 587. seq.

Validè & licitè absolvitur moribundus loquelà & sensibus destitutus, si det signa doloris, & confessionis. 589. ad absolutionem petendam directa. 590. etiam quando ea dedit, Sacerdote adhuc absente, coram aliis, etiam uno postea restante 591. & quidem absolutè, si signa doloris sunt vel fuerint certa, vel probabilia, sub conditione verò, si dubia. 593. quando signa censeantur certa, probabilia, vel dubia? *ibid.* seqq. Confessarius non tantum potest, sed etiam tenetur talem absolvere. 595.

- An, quando, & qualiter** absolvi possit moribundus, qui nullum dat, vel dedit signum doloris, aut confessionis? 596. seqq.
- An** absolvi possit ignorans peccatum suum esse reservatum? 674.
- Abolvere à reservatis** quis possit generatim? 678.
- A** quibus casibus & censuris Papæ reservatis absolvi possint. Episcopi & Prælati Regulares respectu suorum subditorum. 679. seqq.
- Qualiter & à quibus casibus & censuris** Papalibus ex privilegio Mendicantes absolvi possint sæculares. 681. seqq. vide V. *Reservatio.*
- Abfolvens in mortali scienter, mortaliter** peccat, tamen semel tantum, esto eadem vice plures absolvat. 719. seq. unde tenetur præmittere confessionem, vel contritionem, aut saltem aversionem ab omni peccato. 720.
- Amor DEI generatim duplex, concupiscentiæ & amicitia?** 127. quid amor concupiscentiæ? 128. quid amor amicitia quoad effectum complacentiæ. 129. quid quoad effectum desiderii? 132. seq. cur dicatur obedientialis. 134. An, qualiter, & quando justificet Martyrium? 136.
- Approbatio** quid? 714. quoruplex. 615. Episcopi non possunt citra peccatum injuriæ Regulari legitime presentato & idoneo negare approbationem. 616. seq. nec eam semel justè concessam revocare, vel approbatum denuo ad examen vocare 618. sine justa nova causa. 619. Minus revocare, vel suspendere possunt jurisdictionem Mendicantium semel legitime approbatorum, sine justa nova causa 619. sive arcere ad certas personas, vel tempora. 620. sine approbatione Episcopi non potest Regularis audire confessiones 623. an valide absolvat contra, vel sine legitimo consensu sui superioris approbatus ab Episcopo? 625. seqq.
- Attritio** quid? 200. differt à contritione ratione motivi, & ratione effectus. 201. nam, licet necessariò etiam concipi debeat ex motivo honesto. 202. & supernaturali. 203. non tamen ex motivo charitatis. ibid. sed alio inferiori. 205. v. g. turpitudine peccati, metu gehennæ, vel pœnarum. 205. ultimata resolvitur in motivum spei Theologiæ. 206. Ex metu pœnarum potestari tripliciter 209. seqq. Quid timor, & inde natus dolor, servilis, initialis, & filialis. 213.
- Qualiter** omnis attritio vera ultimata resolvatur in contritionem & amorem DEI super omnia. 214. seqq.

INDEX.

Attritionis motivum quæ & qualiter esse possit turpitudine peccati 216. metus gehennæ, & pœnarum? 217. seqq. & metus pœnarum temporalium? 220. exempla, 221. applicatio practica horum motivorum, 223. quibus & qualiter proponi debeat *turpitudine* peccati? 224. quibus & qualiter *metus* gehennæ? *ibid.* seq. quibus & qualiter *metus* pœnarum? 225. seq. formulæ contritionis, & attritionis 227.

Attritio *formalis, supernaturalis, efficax, & unibersalis* respectu mortalium, necessario requiritur ad Sacramentum non tantum fructuosè. 229. sed etiam validè suscipiendum. 234. seqq. unde Sacramentum pœnitentiæ nunquam potest esse validum & informe. 238. seq.

Ad Sacramentum pœnitentiæ non requiritur contritio perfecta. 242. sed sufficit attritio vera. 246. etiam cognita 248. non tamen æstimata tantum. 250. etiam invincibiliter. 251. Sacramentum pœnitentiæ qualiter ex attrito faciat contritum. 252.

C.

Circumstantia peccati quid, & quotuplex? 371. aggravantes. 372. speciem murantes. 373. hæc necessario explicandæ. 374. etiam in actu interno efficaci. 378. non tamen aggravantes tantum. 381. bene autem mixtæ. 385. ratione majoris materię. 387. seq. & ratione objecti multiplicati. 390.

Confessarius quid? 602. ejus potestas duplex, *ordinis*, & jurisdictionis. 603. qualiter hæc potestates differant? 604.

Confessio sacramentalis generatum quid? 318. seq. quid inchoata, illegitima 320. quid completa, legitima, 321. qualis esse debeat 322. est duplex, formalis, & virtualis. 323. qualiter debeat esse sensibilis. *ib.* per se semper debet esse formalis. 324.

Confessionis integritas alia materialis, alia formalis. 326. formalis est essentialiter necessaria. 327. & sufficiens ad absolutionem. 328.

Confitenda sunt omnia mortalia in specie & numero. 331. post diligens examen occurrentia. 332. quale, & quantum illud esse debeat. 333. seqq. jure Divino mortalia in specie confitenda sunt. 339. An in confessione explicandum hoc mortale jam semel esse confessum, vel non confessum? 341. seqq.

Confessio venialium an sit præcepta? saltem tempore paschali? 343. vel possit præcipi? 345. seq.

Confitenda sunt mortalia in specie morali. 346. & infima. 347. quantum fieri potest. 349. Quid agendum cum iudibus, qui

- etiam examinati solum dicunt se esse peccatores, in specie
 rem nihil, ne veniale quidem fatentur? 350. An & quando
 explicandi sint effectus peccatorum externi. 354. seqq.
- An dubia confrenda ut dubia? 362. seqq.
- Quæ circumstantiæ necessario confrendæ? 370. seqq.
- In Confessione qualis numerus exprimendus? 397. seqq. Vide
Numerus.
- Confessio debet essentialiter esse *vera*. 445. unde mortale est
 & Confessio nulla, negare verum in re gravi & necessaria.
 446. sicut & fateri falsum in re gravi. 447. mentiri in re levi.
 448. vel in re gravi quidem, ad confessionem tamen imper-
 tinente, quale peccatum. 449.
- Confessio debet esse *secreta*, non essentialiter, vel ex necessitate
 præcepti, sed ex usu Ecclesiæ. 450. seq. unde ob rationabilem
 causam potest quis sua publicè confiteri. 441. nullus tamen ad
 hoc tenetur. 451. nec etiam tenetur ignarus linguæ per inter-
 pretem. 452. nullus etiam tenetur peccata sua scribere. 453.
- Confessio ex usu Ecclesiæ debet esse *vocalis*. 454. unde gravior
 peccaret, qui sine iusta causa, signis, vel nutibus solum confi-
 teretur. 454. seq. Casus excepti, quibus licet signò, vel nutu
 confiteri. 455. seq. imò perpetuò mutus tenetur scripto vel
 nutibus confiteri, quoties obligat præceptum confessionis.
 456. Observanda circa tales confessiones. 457.
- Confessio invalida quando, & qualiter repetenda. 458. potest
 esse dupliciter invalida; ex parte confessorii, & ex parte pen-
 nitentis. 459. In confessione valida, sed non integra, repe-
 tendum est solum peccatum inculpabiliter omissum. 461. seq.
 non est repetenda confessio facta bona fide indocto, ne-
 scienti etiam inter mortale & veniale discernere, secus si sit
 facta malâ fide. 461.
- Confessio factâ bona fide surdastro, dormitanti, distracto, an
 & qualiter repetenda? 462.
- Peccata dubia ut talia confessâ repetenda non sunt, dum postea
 sciuntur esse certa. 463.
- An, & qualiter rudes bona fide aliquid omittentes teneantur
 reperere confessionem? 464.
- Confessio invalida inculpabiliter, an & qualiter repetenda? 465.
 & qualiter invalida culpabiliter? 466. Qualiter repeti-
 tio faciendâ sit apud eundem confessorium? 467. qualiter
 apud alium? 469.

I N D E X.

- Præter & modi faciles Confessariis.** I. quoad repetendum ipsius peccatum *omissum* vel *reticentium* 470. II. quoad ipsam peccati *omissionem* seu *reticentiam*. 472. seqq. III. quoad faciendam repetitionem *confessionum*. 476. seqq.
- Confessionis præceptum Divinum** quos, quando, & qualiter obliget? 481. seqq. Item quos, quando, & ad quæ obliget *Ecclesiasticum*? 485. seqq. Praxis circa rudes, pueros & puellas. 488. seq. Quis censeatur *proprius* Sacerdos. 492.
- Parochi non possunt prohibere** suis etiam tempore Paschali, quin validè confiteantur Mendicantibus. 491. imò ob justam causam licentiam dare debent. 494.
- Tempus annuæ confessionis præcepti est totus annus.** 495. unde tempore Paschali solum obligat per accidens ratione communionis. 496. seqq. (seqq.)
- Qualiter & quibus casibus peccetur contra hoc præceptum?** 499.
- Confessarius quid?** 602. de ejus approbatione & jurisdictione generatim. 606. seq.
- Confessarii bonitas qualis requiratur?** 718.
- Confessarius quæ debeat scire, ut absolvat validè?** 721. **Quæ, ut absolvat licitè.** 721. Non requiritur, ut se reflectat super singula audita, dum actu absolvit 723. nec requiritur notitia exacta & intelligentia 725. nec semper judicium determinatum de quantitate, vel qualitate peccati in individuo. 726.
- Confessarius ad officium suum requisita ignorans, quando, & qualiter peccet?** 727. seqq.
- Confessarius tenetur sub mortali examinare penitentem, quando probabiliter credit eum omittere aliquid necessarium ad valorem.** 723. unde interrogare debet ipsa peccata, circumstantias, numerum, & alias dispositiones. 733. quando penitens putatur illa omittere culpabiliter, vel ex ignorantia & ruditate emendabilii 734. seq. examine tamen morali & humano. 735. ac prudenti & cauto, & non indiscreto & curioso, præsertim in materia luxuriæ. 736. seqq.
- Confessarius tenetur sub mortali instruere & monere penitentem.** 729. I. laborantem ignorantia vincibili in quacunque materia mortali. 730. secus quandoque, si ignorantia sit inculpabilis. *ibid.* seq. II. Etiam laborantem quacunque ignorantia in iis, quæ sunt de necessitate mediæ ad salutem. 732. & III. ignorantem ea, quæ sunt de necessitate præcepti credenda & scienda omni Christiano. 733. Ac IV. specialiter indispotum *disponere* 733. seqq. Con-

- Confessarius legitime dispositum tenetur absolvere sub mortali.** 736. nec differenda est absolutio, nisi ex urgenti causa. Quæ salis? 737. seq. liquido autem indispositum absolvens peccat mortaliter sacrilegio uterque tam ipse, quam pœnitens 838. seq. An, & qualiter interrogandus, qui se non accusat de peccato Confessario jam ante extra confessionem noto? 739. seq.
- Confessarius si erravit cum nullitate Sacramenti, tenetur mone-
re pœnitentem, etiam cum gravi suo incommodo.** 741. seq. Non verò si stante valore erravit merè negativè, non interrogando speciem, vel numerum. 742. seq. nec etiam, si erravit cum damno tertii merè negativè, v. g. non movendo, non docendo. 743. bene verò si positivè v. g. dicendo, eam non obligari ad restitutionem, is tamen obligetur ibid.
- An, & quando teneatur, vel possit confessarius in se suscipere
onus pœnitentis, v. g. correctionem?** 744. seqq.
- Contritio generatim quid?** 50. ex quibus actibus consurgere solet? 51. seq. essentialiter includit detestationem, & dolorem. 55. seq. principalius tamen detestationem. 57. cum proposito saltem virtuali. 58. enumerantur actus reliqui ad essentiam contritionis non spectantes. 59. contritio perfecta, & attritio quid, & unde sic dictæ? 61.
- Contritio ad Sacramentum sufficiens necessariò debet esse I. do-
lor formalis** 63. seq. nec sufficit virtualis tantum v. g. amor DEI. 64. minus implicitus in sola voluntate non peccandi de cætero. 64. aut in desiderio doloris. 65. nec sufficit qualiscunque formalis & explicitus. 66. sed II. debet esse *supernaturalis*. 67. tam ex parte principii effectivi. 67. seq. quam ex parte motivi. 68. unde non sufficit dolor merè naturalis. 69. III. debet esse *universalis* respectu omnium mortalium. 70. non tamen requiritur extensio ejus explicita ad singula per distinctos actus. 71. aut ad singula ut distinctè recogitata. 73. sed sufficit extensio ejusdem doloris implicita ad singula moralia. 74. de dolore venialium. 77. IV. debet esse *efficax*. 80.
- Contritio perfecta est summus animi dolor, appetitivè, & ob-
jectivè.** 91. quatenus scilicet est peccatum contra bonitatem DEI infinitam 92. naturalem & essentialem 92. seq. quæ est supremum motivum detestandi peccata. 93. Atque adeo unicum motivum contritionis perfectæ est summa DEI bonitas offensâ 94. seqq. estque contritio perfecta verus actus charitatis Divinæ 98. seq. ac etiam actus pœnitentiæ virtutis, sal-

rem imperatus. 100. seq. in omni lege sufficiens, congrua, vel
ultima dispositio ad justificationem 101. seq. defacto tamen
non justificat sine Sacramento, saltem in voto. 103. unde
contritio perfecta extra Sacramentum justificativa non est
omnis alius dolor ex alio motivo inferiori conceptus. 104.
v.g. ex motivo Religionis, obedientiæ, gratitudinis. 105. ob-
jectio notabilis 106. solvitur, & ostenditur, quando habeatur,
vel non habeatur contritio perfecta. 108. referuntur, & exa-
minantur quedam communes formulæ dolendi. 110. seq.

Contritio vel pœnitentia aliqua in omni lege necessaria est pec-
catori mortali. 116. possit tamen DEUS absolute sine omni
pœnitentia, vel actu alio. 117. peccatori actu non peccanti,
seu ad peccatū non affecto, sua peccata gratis remittere. 118.

Contritio necessaria necessitate mediæ. 118.

In lege veteri semper necessaria erat contritio perfecta. 119. in
lege autem nova sufficit attritio cum Sacramento Baptismi,
vel Pœnitentiæ. 129. non tamen attritio cum aliis Sacra-
mentis per se loquendo. 120.

Contritio perfecta etiam extra Sacramentum justificativa non
necessario debet esse formalis 121. seq. sed sufficit virtualis,
amor DEI super omnia 122. sive peccator sit immemor,
sive memor suorum peccatorum. 123. seq. memor tamen
in extremis constitutus tenetur insuper elicere contritionem
formalem. 125. seq.

Contritio necessaria necessitate præcepti. 141. datur præceptum
Divinum. 143. partim naturale. 144. partim positivum. ib.
seq. spectans ad virtutem pœnitentiæ. 145. obligans in defe-
ctu Sacramenti omnem peccatorem mortalem ad contritio-
nem perfectam. 147. etiam in articulo mortis eos, qui habent
amorem DEI super omnia. ibid. seq. Non tamen, qui usu Sa-
cramenti cum attritione justificantur 148. unde etiam in ar-
ticulo mortis attritio cum Sacramento Baptismi vel pœniten-
tiæ est sufficiens 149. ubi tamen omnimodis consulenda con-
tritio. 150. ad quam certo obligatur in tali articulo consti-
tutus in mortali extra Sacramentum. 151. seq. non tamen
ante per se loquendo 152. seq. nec statim post mortale com-
missum. 154. Solvuntur Objectiones. 156. præcticè tamen
longè probabilius est, etiam ante periculum mortis, quandò-
que se obligare. 162. optime ostenditur. 163. seqq. quando,
& quibus casibus obliget per accidens? 166. seqq.

Contritionis perfectæ effectus. 172. primus est infusio gratiæ sanctificantis. 173. quam contritio non cauat ex natura rei, sed ex libera DEI ordinatione. 174. nec effectivè, sed dispositivè solum. 176. Secundus est remissio omnium mortalium. 177. quæ reipsa verè delentur. 179. nec unquam amplius reviviscunt ob sequentia peccata quæcunque. 180. qualiter venialia remittantur post mortem? 182. seq. Tertius pœnæ æternæ condonatio. 184. quæ plerumque non remittitur tota, sed æterna mutatur in temporalem. 185. quanta autem temporalis luenda in hac, vel in altera vita remaneat, nobis incertum est. 186. Quartus reviviscencia meritorum; quæ dicantur opera mortuæ? quæ mortificata? 187. mortificata per contritionem & justificationem omnia reviviscunt. 188. ad integrum præmium essentialè. 191. ac quoad jus ad totam pristinam gratiam antea undecunque habitam. 192. Quæ probabiliter etiam statim redditur ablato obice. 194. Corollaria. 196. & seqq.

Contritio imperfecta. 199. vide *Attritio*.

D.

Dolor, vide *Contritio*.

De dolore venialium, quis, qualis, & quando necessariò habendus? 77.

Dolor contritionis perfectæ debet esse summus appetitivè seu æstimativè. 83. non tamen intensivè. 86. nec requiritur certa ejus intentio. 87. minus ut sit sensibilis. 88. seq.

Dolor perfectus vide V. *Contritio*.

Dolor imperfectus. vide V. *Attritio*.

Dolor quando eliciendus? 254. seqq. necessariò debet aliquo modo jungi confessioni. 255. non quidem physicè. 256. sed moraliter. ibid seq. utilissimè præmittitur confessioni. 258. non tamen ita immediatè, ut adhuc actu duret tempore confessionis. 259. debet tamen necessariò aliquo modo virtualiter ad confessionem esse relatus. 261. (estò id negent alii) & non revocatus. 264.

An dolor novus eliciendus sit, si heri dolui, & hodie novum occurrat peccatum? 265.

Dolor non necessariò præmittitur confessioni, sed etiam poni potest. 266. modò ad eam referatur, eamque informet. 269. necessariò tamen habendus est ante terminu in ablu- tionis. 271.

I N D E X.

Dolor an sit repetendus, si pœnitens post datam absolutionem afferat nova peccata? 272. casus varii. 273.

E.

Examen in pœnitente quale requiratur, & sufficiat. 333. seqq. vide V. *Integritas*.

Quando, quæ, & qualiter confessarius teneatur examinare pœnitentem? 723. seqq.

Quale illud examen esse debeat? 735. seqq.

Qualiter examinandus, qui se non accusat de peccato Confessario jam ante extra confessionem noto? 739. seqq.

I.

Integritas confessionis formalis. 328. seq. **materialis.** 329. seqq. **materialis non est essentialiter necessaria, tamen de præcepto** ibid. seq. **respectu ejusdem confessarii & confessionis.** 330. **confitenda sunt omnia mortalia in specie & numero.** 331. **post diligens examen memoriæ occurrentia** 332. **in quo examine non requiritur diligentia summa, sed sufficit mediocri.** 333. seq. **quando hæc censeatur adesse, vel adfuisse.** 335. **quæ adhibita sufficit, esto quis putet fors plura occurrura per longius examen.** 336. **ex defectu autem vel negligentia examinis mortaliter culpabili evadit confessio invalida & nulla.** 337.

Ab integritate materiali confessionis excusat I. inculcata obli- *vio.* 426. seq. **quæ & qualis ignorantia excuset?** 427. **II. Impotentia physica, ut in infirmo, surdo, muto, in periculo mortis &c.** 429. seq. **casus ambigui.** 431. **III. Impotentia moralis,** 433. **ur damnum proprium ipsius pœnitentis,** 434. **ac damnum ipsius Confessarii corporale, vel spirituale.** 435. **aut alterius tertii v.g. complicitis.** 436. **sola tamen famæ læsio complicitis apud solum confessarium non excusat.** 437. seq. **quando scilicet adest necessitas confitendi, & alius Confessarius haberi nequit.** 439. **Aliæ animadversiones circa impotentiam moralem, aliâsque causas excusantes.** 441. seqq.

Jurisdictio à Pontifice Regulari approbato adveniens non limitatur ad solam approbantis Diœcesim. 622. **Non potest tamen talis Regularis in alia Diœcesi sine ejusdem Episcopi approbatione & licentia audire confessiones.** 623. **sed debet prius ei legitime presentari à suo superiore.** 626. **an valide absolvat contra vel sine legitimo consensu sui superioris approbatus ab Episcopo?** 625. seq. **Non validè absolvit Regu-**

laris alios Religiosos vel Religiosas sui vel alterius Ordinis sine licentia superioris cujusvis ordinis respectivè. 627.

Jurisdictionis ordinaria quid? 632. quorum seu quibus competat ibid. seq. à quo habeatur. 634. seq. quinam ei subjiciantur ratione domicilii, vel quasi domicilii? 636. aut privilegio statùs. ibid. seq. vel juris dispositione. 637.

Jurisdictionis delegata quid? 638. quis possit eam delegare? 639. delegari potest directè, vel indirectè. 640.

Quibus & qualiter fiat delegatio à jure vel privilegio? 641. quibus, & qualiter à consuetudine. 644. seq. Quibus & qualiter ab homine? 646. seqq.

Jurisdictionis certa quid? 650.

Jurisdictionis ex errore communi, cum, vel sine titulo colorato quid, & quando censeatur adesse? 650. seqq.

Jurisdictionis probabilis quid? 653. an & quando sufficiat? 653. seqq. an & quando sufficiat jurisdictionis dubia? 657.

Jurisdictionis universalis quid, & quibus conveniat? 659. In articulo mortis eam habet omnis Sacerdos, ad quoscunque casus vel pœnitentes, etiam simplex. 660. secus, si tunc adit Confessarius ordinariâ, vel delegatâ potestate prædictus, oppositum tamen est etiam probabile. 662.

An, & quando absolutus in articulo mortis à casu reservato, vel censura à non habente potestatem, postea, convalescens debeat se sistere superiori? 663. seq.

M.

Martyrium an, qualiter, & quando hominem justificet? 36. seqq.

Materia Sacramenti pœnitentiæ quæ, & quotuplex? 23. seq. quâ ratione venialia sint materia sufficiens? 27. seqq. quibus modis universim remittantur? 23. seq. qualiter peccata jam semel ritè confessâ sint materia sufficiens? 41. seq. quâ ratione peccata dubia sint materia Sacramenti pœnitentiæ? 45. seq. qualiter Confessarius procedere debeat, si pœnitens afferat mera dubia? 47. seq. materia sigilli. 762. seq.

Mendicantes qualiter, & à quibus casibus & censuris Papalibus ex privilegio absolvere possint seculares? 781. seq. quid possint quoad casus Episcopales? 686. seq.

Minister Sacramenti pœnitentiæ quoad valorem est solus Sacerdos *verus*. 606. seq. nullus Laicus. 608. quid si quis se fingat Confessarium? ibid.

Minister debet habere jurisdictionem 609. & approbationem

I N D E X.

ab Episcopo expressè, vel tacitè. 607. An, quos, & à quibus
absolvere possit non approbatus? 611.

Moribundus loquelâ & sensibus destitutus, si dedit signa dolo-
ris, & confessionis, validè & licitè absolvitur. 589. ad abso-
lutionem petendam directa. 590. etiam quando ea dedit,
Sacerdote adhuc absente, coram aliis, etiam uno postea te-
stante 591. qualiter, absolutè, vel sub conditione? 593. seq.
Moribundus, qui nullum dat, vel dedit signum, an quando, &
qualiter possit absolvi? 596. seq.

N.

Notitiâ confessionis quando & qualiter non liceat uti, & quan-
do, ac qualiter quandoque liceat? 789. seq. vide *Sigillum*.

Numerus moralis tantùm peccatorum exprimens est in con-
fessione, non physicus actuum. 398. quando peccata inter-
na censeantur unum, vel plura numero. 399. seqq. quando
censeantur formaliter, vel interpretativè interrumpi. 410.
seq. an multiplicatio objectorum in eodem actu multiplicet
numero malitias. 402. seq. Quando actus externi sub uno
eodèmq; interno multiplicati censeantur unum numero
peccatum? exempla varia. 403. seq. Quando censeantur
plura numero peccata actus interni & externi. 409. seq.

Numerus certus explicandus est, quantum fieri potest. 412. seq.
unde graviter peccat, qui numerum sibi certum, exprimit
sub illo suo *circiter, plus, minus*. 413. quem numerum com-
prehendat, vel confessario significare possint dictæ parti-
culæ, *circiter, plus, minus* 415. seqq.

Quando nullus, ne probabilis quidem numerus haberi potest,
qualiter sufficiat, & exponi debeat status pœnitentis, con-
suetudo, & mora peccandi. 420. casus varii. 421. seqq.

O.

Occasio remota. 296. propinqua. 297. & proxima quid? *ibid.*
seq. quid & qualiter agendum cum recidivis ex occasione,
proxima? 299. specialiter cum concubinariis? 303. seq. quid
cum recidivis ex intrinseca tantùm fragilitate? 306. seq.
specialiter quoad mollitiem 310. seq. vide *recidivi*.

P.

Peccatum quodlibet qualiter & quot modis repugnet DEO? 9.
seq. continet offensam & injuriam DEI. 11. seq.

Peccata venialia quibus modis universim deleantur? 32. seqq.
ex opere operantis. *ibid.* seqq. ex opere operato. 36. per
Sarra-

- Sacramentalia 38. nullum remittitur sine remissione mortalitatis. 40.
- Peccata jam semel ritè confessà qua ratione sint Materia sufficiens? 41. seqq. & quâ ratione peccata dubia? 45. quando tales absolvendi, vel non? 47. seq.
- Peccata mortalia in specie & numero necessariò confitenda. 331. post diligens examen. 332. vide *Confessio*.
- Peccata dubia, an necessariò confitenda ut dubia? 358. certus de peccato, & dubius de confessione, illud confiteri debet. 359. dubium juris, facti, negativum, positivum &c. 362.
- Peccata merè & verè dubia non esse necessariò confitenda docent multi. 362. Sententia tamen opposita affirmativa praticè vera ostenditur. 363. seqq.
- Peccatum confessum ut dubium, postea non repetendum est ut certum. 367.
- Pœnitentia quid nominis? 3. ut virtus, & ut Sacramentum. 4. quid ut virtus? 5. offensa & injuria quid & qualiter differant. 6. Item quid & qualiter differant satisfactio, & restitutio. 8.
- Pœnitentia ut Sacramentum quid? 13. Est verum N. L. Sacramentum ibid. immediatè à Christo institutum 14. necessarium omni post Baptismum mortaliter lapsò, necessitate medii in re, vel in voto. 14. seq. ejus subjectum, & differentia à Baptismo. 15. seq.
- Pœnitentiæ ex parte Sacramenti materia, & forma 17. ex parte pœnitentis contritio, confessio, & satisfactio. ibid. & seq. quænam ex his sint partes essentielles? 18. quomodo contritio & confessio sint partes essentielles. 19. Thomistæ & RR. volunt esse partes propriè essentielles. 20. negant Scotistæ. 21. in quo ergo ejus essentia consistat. 22.
- Pœnitentiam implens in mortali, satisfacit quidem præcepto Confessarii. 506. peccat tamen venialiter. 507. imponenda est à Confessario necessariò, necessitate præcepti tantum. 508. & quidem sub gravi culpa per se loquendo. ibid. quibus talibus possit nulla, vel levis imponi? 509. specialia quoad infirmos & moribundos. 510. seqq. qualiter pœnitens teneatur acceptare. 512. & implere. 513. pœnitentiam *rationabilem*. 514. & *obligatoriè* impostam. 515.
- Pœnitentia quanta & qualis imponenda? 517. seqq. Regulæ praticæ. 519. seqq. & causæ excusantes, ut justò minor imponi possit. 523. seqq. qualia opera injungenda? 526. seq. an impo-

I N D E X.

imponi possit opus alias debitum? 528. seqq. vel opera, quæ aliàs facturus est. 530. an opus pro defunctis, vel pro aliis. 532. ac an opus per alium implendum? 533. an opus sub consilio solum implendum? 534. & an cessatio à bono opere? 535.

Penitentia regulariter imponenda est post peccata audita ante absolutionem 536. & implenda tempore vel termino præfixo. 537. si non sit præfixus, quàm primum commodè fieri potest 538. potest impleri per opus aliàs præceptum 539. vel aliàs exercitiū, etsi quis de ea implenda non cogitet 539. seqq.

Penitentiam justam à confessario impositam 540. commutare potest solus Confessarius. 541. non solum is, qui imposuit, sed etiam alius 542. æqualem potestatem habens. 542. seqq. Qui primò imposuit, potest eam mutare extra Sacramentum 543. non verò alius 544. seqq. sed probabilius debet ei prior confessio repeti. 545. Probabile tamen est, eam ei non debere repeti. 546. seqq.

Preceptum confessionis *Divinum* quos, quando, & qualiter obliget? 481. seqq.

Preceptum confessionis *Ecclesiasticum* quos, quando, & qualiter obliget? 485. seqq.

Propositum ad validam & licitam absolutionem requisitum quale? 275. seqq. debet esse. *I. absolutum* 276. nec sufficit velleitas conditionata 277. ut alii volunt. 278. *II. firmum* 280. qua firmitate? 281. non requiritur credulitas vel persuasio certà ex parte intellectus, ut quis certò credat se non amplius peccaturum 282. seqq. nec promissio nova obligatoria 284. *III.* debet esse *universale*. 282. & *IV. efficax* 286. corollaria 287. & applicatio practica ibid. & seqq. An sufficiat propositum virtuale. 289. vel an semper, vel quando debeat esse formale, & expressum? 291. seqq.

Propositum vitandi venialia quale esse debeat 312. seqq. notantur specialia. 317.

R.

Recidivi ex occasione proxima qualiter juvandi? 299. quando, & quoties absolvendi, 300. seqq. aut in occasione permittendi 302. specialiter concubinarij. 303. seqq. quibus conditionibus in domo permitti possit concubina? 305. seqq.

Recidivi ex intrinseca fragilitate quoad blasphemias, odia, delectationes morosas &c. quoties absolvendi? 306. seqq. quando

- do censentur habere propositum 307. seq. specialiter quoad molliciem. 310.
- Regulari Mendicanti an possit negari approbatio ab Episcopo? 618. seqq. unde & quanta eis adveniat jurisdictio. 622. seqq.
- Regularis non potest validè absolvere alios Religiosos, vel Religiosas sui vel alterius Ordinis sine licentia Superioris cujusvis Ordinis respectivè 627. Nec etiam potest uti jurisdictione Pontificiâ sine licentia sui superioris. 629.
- Religiosus extra Monasterium commorans, an & cui possit confiteri? 630.
- Repetere confessionem, seu confessionum repetitio quando, & qualiter faciendâ? 458. seqq. vide V. *Confessio invalida.*
- Reservatio quid? 666. quinam possint sibi reservare casus? 667.
- Reservari solent, & debent solum mortalia atrocità 669. externa 670. opere Consummata. 671. & certa tantum, non dubia. 672.
- An absolvi possit pœnitens ignorans peccatum suum esse reservatum? 674.
- Casus in Religionibus reservati. 675.
- An Prælati Regulares non possint alia peccata prohibere sub excommunicatione sibi reservata? 676.
- A reservatis quis absolvere possit generatim. 678.
- A quibus casibus & censuris Papa reservatis absolvere possint. Episcopi, & Prælati Regulares respectu suorum subditorum. 679.
- Qualiter & à quibus casibus & censuris Papalibus ex Privilegio Mendicantes absolvere possint sæculares? 681. seqq.
- Quid Mendicantes possint quoad casus Episcopales? 686.
- Quis per accidens & adhuc directè in necessitate, & impedimento perpetuo adeundi Papam, vel Episcopum possit absolvere à reservatis eisdem? 669. seq.
- Tales absolvi possunt ab inferiori, sub duplici tamen onere, vel conditione. 691.
- Quando, & qualiter per accidens & indirectè à reservatis absolvere possit inferior in casu necessitatis, vel impedimento adeundi superiorem? 693. Resolutiones & casus notabiles. 695. seqq. specialia quoad hæc ex parte pœnitentis 699. seqq. Item specialia ex parte confessarii 705. seqq.
- Specialia quoad reservata tempore Jubilæi. 710.
- Specialia quoad superiores Regulares, quando possint & debeant absolutionem à reservatis committere inferiori. 712. seq.

Ad Sacramentum pœnitentiæ non tantum fructuosè. 229. sed etiam validè suscipiendum requiritur attritio formalis, supernaturalis, efficax, & universalis respectu mortalium. 234. seqq. unde.

Sacramentum pœnitentiæ nunquam potest esse validum, & informe. 238. seq.

Ad Sacramentum pœnitentiæ non requiritur contritio perfecta. 242. (objecta solvantur 243) sed sufficit attritio vera. 246. etiam cognita. 248. non tamen æstimata tantum. 250. etiam invincibiliter. 251.

Sacramentum pœnitentiæ qualiter ex attrito faciat contritum? 252.

Satisfactio Sacramentalis quid? 503. ejus effectus est remissio pœnæ temporalis. 505. quem ut fortiatur, fieri debet in statu gratiæ 506. vide V. Pœnitentia.

Sigillum Sacramentale quid? 747. oritur ex sola 748. & omni confessione Sacramentali, etiam invalidè factâ 749. obligat ad tacenda audita, quatenus in sola confessione audita, non quatenus aliunde cognita 749. seq. estque ea obligatio juris Divini naturalis, vel probabilius positivi. 751. ex virtute Religionis, fidelitatis & justitiæ. 752. Semper sub mortali ex virtute Religionis. 753. seq. in omni casu 754. seq. coram quovis iudice 756. nisi de expresso & libero consensu pœnitentiæ 758. seq. sine quo nunquam de auditis in confessione, ne quidem cum ipso pœnitente loqui licet extra confessionem. 760. seq. bene autem intra confessionem. 761.

Sigilli materia. 762. sub sigillum cadunt I. omnia mortalia tamen in genere, quam in specie. 763. cautelæ practicæ valde notanda. 764. seqq. II. Omnia venialia in specie. 767. non tamen in genere & indefinitè? ibid. nisi ex circumstantia, vel modo loquendi detur ansa suspicandi graviora de eodem, vel de aliis. 767. seq. III. Omnes peccatorum circumstantiæ, quas tacere pœnitentis interest. 769. IV. Complices seu peccata complicitis, sive justè sive injustè detecta 770. V. peccatorum objecta, v. g. si quis confiteatur se infamatoriè locutum de adulterio Caji &c. 771. VI. Pœnitentia injuncta. 772. VII. Negatio absolutionis 773. VIII. Negatio schedæ confessionalis. 774. est tamen probabilis, hanc negare non esse contra sigillum. 775. IX. Item scrupuli, & detestatus naturalis. 776. seqq.

Sigillò Sacramentali per se primò obligatur. I. Confessarius. 779. etiam fictus. 780. II. Interpres pœnitentis. 781. III. alterius confessionem scribens. 782. IV. Adstantes, sive casu, sive ex industria aliquid audientes. 782. V. Illi, quibus confessarius sine licentia pœnitentis aliquid revelavit. 782. seq. VI. Superior pro licentia requisitus. 783. VII. Consulti de peccatis, vel statu pœnitentis. 784. probabilius etiam, quo pœnitens ipse ante, & in ordine ad confessionem consuluit. 785. VII. Legens, sive casu, sive studio confessionem scriptam alterius. 786. in quo tamen solum secreti naturalis obligationem agnoscunt alii. 786. seq. gravissimè tamen obligantis. 788.

Notitià confessionis non licet uti sic, ut alii advertant. 790. An confessarius ex confessione sciens sibi insidias parari, possit aliquam actionem omittere, domi manere. 791. seq. aut aufugere, esto insidiatores id advertant, & fors ideo occisuri sint innocentem? 793. seq.

Nec etiam licet uti notitià confessionis sic, ut pœnitens ipse solus advertat. 794. seq. exercendo actus illi ingratos, vitare, punire, deponere &c. 795. seq. probabiliter tamen licet ei negare actus nullo jure debitos, suffragium, beneficium &c. 796.

Nec etiam licet uti eà notitià ad gubernationem ipsius pœnitentis. 797. seq. bene autem ad gubernationem sui ipsius. 202. seq. Resolvuntur casus aliquot particulares valde notabiles. 804. seq.


V.

Venialia quibus modis universim deleantur? 32. seq. qualiter per actus meritorios. 32. per pœnitentiam formalem, virtutalem? 33. ex opere operantis? 34. per attritionem? 35. per actum amoris DEI super omnia? ibid. per orationes, jejunia, & eleemosynas &c. 35. seq. ex opere operato per Sacramenta? 36. seq. per Sacrificium Missæ? 38. Qualiter per Sacramentalia. 38. seq.

Nullum veniale remittitur, non remissio mortali. 40.

Venialia qualiter remittantur post mortem. 182. seq.

F I N I S.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Skin	Light Gray
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Skin	Dark Gray

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
	R	G	B				W	G			K			C	Y	M			

TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

